

CONSILIA
MARIANI SOCINI IVNIORIS.

CONSILIORVM CLARISS. Celeberrimiq; Iuris Consulti D. Mariani Socini Iunioris, Patritij Senensis **PARS PRIMA.** Quæ ipse, dum publice multos annos summa cum laude, Senis, Pisis, Patauij, ac nunc demum Bononiæ Ius Ciuile profitẽdo cõsuleret: in vnũ corpus redegit, vltimaq; manu imposita, a studiosis instantissime requisitus, ad cõem omnium Iuris profess. vtilitatem, in lucem emittenda curauit.

Additis, Casibus, Summarijs, ac Repertorio copiosissimis.

Cum gratia, ac Pontificio, Cæsareo, Venetoq; priuilegijs.

VENETIIS

1544

FEDERICO CAESIO

EPISCOPO TVDERTINO,

Octauianus Scotus Secundus. S. P.

VLTVM Iandiu quærenti mihi, quo muneris genere non memorem modo me tuorum in me officiorum, sed gratum etiam aliqua ex parte significarem: nihil plane eiusmodi veniebat in mentem, quo id, quod in primis volebam, efficere posse sperarem. Quibus enim rebus vel gratia referri, vel animi grati laus declarari solet, ita te ijs omnibus cumulatum sciebam, vt putidum plane esse ducerem vel cogitare, quonam pacto aliqua a me accessio fieret. Verum in hac cogitatione versanti mihi casus tandem obtulit, quod ipse nullo cõsilio, nulla ratione excogitare potuissem. Marianus enim Socinus, vir (vt nunc reliquas hominis dotes, quæ plurimæ sunt, taceam) tanta Iuris peritia, quanta omnes intelligunt, non contentus (qua est humanitate, atq; animi erga me propensione) ijs, que apud me superioribus temporibus innumerabilia prope officia posuit: proxime eo in me liberalitatis genere est vsus, vt me iampridẽ sibi deuinctum, hoc recenti beneficio in perpetuũ obligarit. Is enim cũ multa Cõsilia nuper in Ciuili facultate, cũ acute, tũ ingeniose elucubrasset, q̃bus difficiles in Iure quæstiones explicãtur, illarum me vigiliarum laborumq; fructibus donauit. Quæ quidem elucubrationes ad communem vtilitatem typis excusæ cũ edendæ forent, in tuo potissimum nomine emittendas esse duxi. Hac enim ratione, quod vehementer optabam, vtrumq; mihi eodem tempore assecuturus videbar: vt & celebri quidem illi per se satis prestantissimi viri famæ nõ parua quædam ad gloriã, sempiternamq; memoriam, nominis tui claritate accessio fieret: & ego cum apud te ipsum, tum apud omneis homines quasi perpetuum aliquod monimẽtum animi grati, pietatisq; in te meę relinquerem. Neq; vero Iuris consultissimi hominis vigilię rectius cuiq; (meo quidẽ iudicio) quam Amplissimo Iurisq; peritissimo viro nuncupari debebant. Et quamq; hoc ipsum, quod Amplitudini tuę muneris dicamus, minimum quidem est, neq; aut cum tuis in me officijs, quę sunt maxima, aut cum eo munere, quo sum ego ab Authore ipso donatus, conferendum: tamen nihil mehercule dubito, quin vel gratissimũ tibi sit futurum: tum quia tu nihil magis, q̃ eorũ, qui te amant, coluntq; animum perpendas: tum vero, quod in hisce prudentissimi viri scriptis, præter singularem cum summa perspicuitate coniunctam doctrinam, meram certamq; veritatem expressam agnosces. Nam, qui pro sua integritate nihil vnq; alijs, nisi quod æquum, rectumq; sentiret esse, consuluerit: quid in hijs, quæ literarum memoriæ commisit, vbi fidei, doctrinę, iudicij, existimationis denicq; omnis suæ rationem agi videret, illum fecisse putandum est? Quod si cui minus hęc ab aliena liberalitate significandę voluntatis ratio probabitur: tibi quidem certe humanissimo viro, vel ex hoc ipso probatum iri confido: quod debitorum more, qui æs alienum dissoluere cupientes, quod ipsi per se non possunt, amicorum ope id prestare student: ego quoq;, cum plurimum tibi me debere sentirem, quacũq; grati memorisq; animi significatione possem, summam in te obseruantiã, ac pietatem meam illustrius tibi declarare voluerim. Quod superest, te etiam, atq; etiam rogarem, vt hoc, qualecũq; est, munusculi, quo a me animo datur, eo tu accipere velles: nisi te tua sponte id pro singulari humanitate tua facturum esse certo scirem. Quamobrem tu bene vale, & nos, quod facis, ama.


DIV.
FEDERICO
CAESIO

Consiliorum claris. eminētissimiqꝫ Jurisconsulti Dñi Mariani Socini iunioris, Senensis patritij, equitis, ac Cesaree, Pontificalisqꝫ aule Comitis. aliter, Socini nepotis, Prima Pars, Qui postqꝫ pluribus annis Senis, Pisis, ac etiam Padue legit. Nunc in almo Bononiensi gymnasio, primam cathedrā Juris Ciuilis tenens, desideratissimus ꝓfitetur.

CASVS



Actum Tale proponitur, nobilis Jacobus Senēsis intestatus decessit, superstitibus ei dña Nicola innupta, ⁊ Tinelloccio filijs legittimis, ⁊ naturalibus, ⁊ heredibus vniuersalibus. Ex post nupsit dña Nicola dote sibi constituta de bonis cōmunibus, ⁊ iuribus paterne, ⁊ materne hereditatis renunciauit, cum expressa reseruatione, ꝙ ad bona predicta, idest ad partem suam in eis posset reuerti deficiente prole masculina. Demum decessit Tinellocius absqꝫ prole masculina, superstite tamen ei Agnete eius filia legitima, ⁊ naturali, ⁊ herede vniuersali.

¶ Item presupponunt duo statuta principalia. Primum est sub Rubrica, ꝙ mulier dotata extātibus masculis non succedat, ⁊ ita dicit.

¶ Mulier nupta dotata a patre, fratre, seu patruo, matri sue ab intestato non succedat, quādiu supererit filius masculus ex ea, ⁊ nedum ipsa, sed nec descendentes ex eā succedere possint auo materno, proauo, vel proauie, quādiu supersint filij masculi, vnus, vel plures, ex auo materno, vel auia materna, vel proauia descendentes masculi ex ipsis filijs masculis ex legitimo matrimonio ⁊c.

¶ Secundum est sub Rubrica, ꝙ mulier dotata ad successionem, vel diuisionem non veniat cum fratribus, ⁊ ista sunt verba eius.

¶ Item nulla mulier, que nunc est, vel fuerit dotata, ⁊ dotem suaꝫ receperit de bonis cōmunibus, que haberet cum fratre, vel fratribus carnalibus possit ipsa, vel hr̄des eius de cetero venire per se, vel per alium ad successionem, vel diuisioneꝫ, vel ad cōmunionem aliquam bonoꝝ, ⁊ rerum cōmunium, que penes fratrem, vel fratres remanserint, siue iurauerit refutationem, siue non, si de predictis fratre, vel fratribus legitimi heredes vel heres remanserint ex se descendentes, salua in hoc testamentaria dispositione patris, vel matris ⁊c.

¶ Modo stantibus statutis predictis, ⁊ quibusdam alijs, quorum copia transmittitur, dubitatur, vtꝝ predicte Nicole competat ius aliquod aduersus paterne, vel materne hereditatis portionem sibi contingentem, que penes fratrem remansit?

SVMMARIVM

¶ De interpretatione statutoꝝ Senensium de quibus in puncto, vtꝝ. s. filia dotata exclusa ꝓpter masculos filios debeat reintegrari ad bona materna, ⁊ paterna, si filij masculi, ⁊ sic eius fratres decedant sine descendentibus masculis, sed cum feminis.

1 Si statutum dicat ꝙ femina non succedat donec ⁊ quousqꝫ superfuerit masculus, si nullus masculus superuiuat, exclusio dicit̃ euanescere, ⁊ per hec verba non dicit̃ simpliciter ⁊ ꝓprie exclusa, sed tpaliter, ⁊ est com. opi.

2 Filia dotata de bonis cōmunibus a statuto exclusa simpliciter, an possit aliqd de bonis paternis habere, ⁊ ad eorum cōmunionem venire, ⁊ possit dici ꝑpetuo exclusa.

3 Filia dicitur heres legitima cum a. l. ad successionem vocetur, vide tamen. j. nu. 135.

4 Conditio ista, si sine liberis decesserit ex. l. dispositione ad liberos restricta, etiam filia herede deficit.

5 Adiectiuum masculini generis iunctuꝫ cum cōmuni genere ex propria significatione comprehendit etiam femininum. vide tamen. j. nu. 88. vbi videtur limita.

6 Ratio feminaꝝ exclusiua, videlicet ratio ꝯseruande agnationis ⁊ cyppi domus, cessat, qñ solum femina superest, ⁊. j. nu. 26. vbi assignat aliaꝫ rōnem feminaꝝ exclusiuaꝫ.

7 Qualitas masculinitatis ꝯsiderata in principio statuti ad exclusionem feminarum censetur repetita in fine, vbi etiam agitur de exclusione feminarum. limita vt. j. nume. 28. 30. et. 31. et. 87.

8 Verba illa legitimi heredes, generaliter intellecta, prout posita sunt, etiam in feminis verificari debent.

9 A verborum significatione non est recedendum, vbi non ostenditur alia proferentis voluntas.

10 Verbis statuti tenaciter est adherendum, qꝛ tantum disponunt, quantum loquuntur.

11 Quando ratio nō est in statuto expressa, ab ea, nec ab eius defectu argui potest.

12 Argui potest ab vnica ratione, licet non expressa, tanqꝫ ab expressa, vide tamen infra nu. 53. vbi late.

13 In statuto sufficit dicere plures esse rationes, ⁊ creditur, nisi probetur, ꝙ sit vnica.

14 Statuentium auctoritas omnino est attendenda.

15 In dispositionibus consistentibus in sic volo, licet pro ratione allegetur fauor agnationis, non tamen dispositio

semper hz locuz, vbi sit talis fauor, nisi verba paterent.
16 Mater exclusa a patruo nō erit exclusa a patruo magno.
17 Argumentum a cessante ratione valet.
18 Soror exclusa a fratre fauore agnationis non est reintegranda ipso fratre sine liberis mortuo, vide tamen nume.56. vbi declarat.
19 Retentio facilius conceditur, ꝗ̄ de nouo petitio.
20 Multa fieri impediūtur, que tñ facta tenēt. vide.J.nu.56.
21 Excōmunicatus licet non possit petere, tñ retinere potest.
22 Filia licet per statutum prohibeatur petere legitimaz, non tamen prohibetur retinere.
23 Filia dicitur esse agnata.
24 Subrogatum sapit naturaz eius, in cuius locuz subrogat.
25 Statutum excludens feminas, stantibus masculis, hz locū si extat masculus filios legitimos nō habiturus, puta clericus, ad exclusionem feminaruz, vide tamen.J.nume.63. vbi dicit contrariam opi. sibi videri veriorem.
27 Licet vna ratio cesset, si tamen alia remanet, debet etiam dispositio remanere.
29 Clausula in medio posita non refertur ad omnia, quando ratio non est equalis.
32 Conditio adiecta verbo futuri temporis ꝛ diei incerte, inducit veram conditionem.
33 Conditio suspendit effectum dispositionis in euentuz, vel defectum conditionis.
34 Verba statutorum debent inseruire menti statuentiuz, sub cuius iugo, tanꝗ̄ sub proprio originali consistunt, ꝛ infra numero.124.
35 Fratris appellatione qñ cōprehendatur soror, ꝛ nu.37.
36 Verba cum sint de necessitate verificanda in aliquo, perinde est ac si nominatim de eo expressa fieret mentio.
38 Ratio statuti excludentis feminas ꝑpter masculos est publica vtilitas, que resultat ex conseruatione dignitatis familie, ꝛ agnationis, ꝛ.J.nu.43. ꝛ nu.44. vbi late.
39 Pauperes non facile ad dignitates eriguntur.
40 Verba in statuto posita debent aliquid operari.
41 Argumentum per locum a simili procedit.
42 Statutum vnum per aliud declarari incōueniens nō est.
44 Femine sunt finis earum familie, qꝛ qui ex eis nascuntur, sunt alterius familie.
45 Filia de iure cōmuni pariter cum masculo succedit, et statutum aliter disponens est iuris cōmunis correctoriuz, ꝛ ab eo exorbitans, ideo stricte interpretandum.
46 Statutum excludens feminas propter masculos, an sit fauorabile vel odiosum, refert quattuor opiniones, sed secunda ꝭm eum est magis cōmunis. ꝛ nu.108.
47 Argumentum a cessante ratione valet.
48 Lex restringitur per rationem, qñ sumus certi de ratione.
49 In statutis a plano sensu verboruz recedimus, vt ratio motiua saluetur.
50 Statutum excludens matrem propter patruum restringitur ad eum patruum, qui sit agnatus.
51 Statutum excludens sorores ꝑpter fratres non procedit in fratre vterino, cum in eo cesset ratio statuti, videlicet conseruande agnationis, licet appellatione fratris veniat frater vterinus.
52 Verba in fine statuti posita ad omnia referri debent.
54 Statutum vocans masculos ad exclusionem feminarum non debet extendi vltra propriam ꝛ strictam significationem verborum, ne per talem extensionem maior inducatur correctio iuris communis.
55 Lex non debet esse sine ratione.
57 Regula.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alie. iur. non ꝓcedit, qñ eadez ratio esset in vno casu que in alio.
58 Filia licet sit agnata, ꝛ representet personaz patris, tamen talis representatio non operatur conseruationez cyppi domus, ꝛ agnationis.
59 Neptis ex filio premortuo non excludit filiam, licet representet personaz patris premortui, quia deficit qualitas masculina, que erat in patre.
60 Qualitas masculina taz a.l.xij tab. ꝗ̄ a.l.mosaica, ꝛ in.l. voconia inter primum ꝛ secundum bellum punicum late fuit considerata.
61 Soror licet sit agnata, tamen a fratre excluditur.
62 Femina non potest dici cyppus domus.
64 Ecclesia seu monasterium in multis habetur loco filij.
65 Qualitas repetita in primo cap. censetur repetita in seq.
66 Exclusio sororis si fit ꝑpter fratres ꝛ eoꝝ heredes fauore conseruandi cyppi, vt ratio ipsa saluetur, qualitas masculinitatis in fratribus existens omnino debet etiam esse in eorum legitimis heredibus.
67 Verba ista legitimi heredes debent dūtaxat de masculis intelligi. ꝛ.J.nume.133.
68 Natura copule est, vt fiat relatio cuz oībus qualitatibus.
69 Qualitas masculini sexus apposita in filijs instituti positi in conditione dicitur repetita in eiusdem instituti nepotibus ex fratre similiter positis in conditione.
70 Substitutio facta filijs institutis, si sine filijs masculis decederent, ex verisimili mente testantis, dicitur etiam facta nepotibus, cum eadem qualitate, si decederent sine filijs masculis.
71 Filia femina exclusa per filium excludetur ēt ꝑ nepotez.
72 Statutum priuilegians filium respectu alicuius qualitatis non procedit in nepote, in quo illa qualitas deficit,
73 Priuilegium cum datur filio excludendi filiam, eo qꝛ est masculus, illa qualitas masculinitatis requiritur etiam in nepote, vt gaudeat illo priuilegio, ideo neptis ex filio non excludet filiam.
74 Inductum simplr si ab initio recipit suam ꝑfectionem, tale inductum conseruatur, licet illa ratio ex post cesset.
75 Exclusa simpliciter perpetuo dicitur exclusa.
76 Lex naturali miseratione induxit fratrem ad alendum fratrem inopem, ꝛ donec fuerit inops alendus est, ꝛ sic inductum conseruabitur, ꝛ potest etiam destrui.
77 Lex inducit maritum ꝛ alios teneri inquantum facere possunt ex naturali miseratione, hoc inductum ex futuro euentu conseruabitur, ꝛ etiam destruetur.
78 Filius viuente patre dicitur quasi dominus eius bonoruz.
79 L.in suis.ff.de liber. ꝛ posthu. loquitur improprie ꝛ ficte.
80 Per iudicium possessorium nullum infertur preiudicium in petitorio.
81 Possessio etiam sine iusta causa prodest possidenti aduersus non probantem de iure suo.
82 Debitum naturaliter, si est solutum, non repetitur.
83 Defensio, que naturalis est nulli est deneganda.
84 Fauorabilior est recuperare, quod suum fuit, ꝗ̄ id quod nunꝗ̄ fuit suum, petere.
85 Res de facili ad suam naturam reuertitur.
86 Fauores pares mutua compensatione tolluntur.
89 Dispositio maxime correctoria iuris cōmunis, licet generaliter loquatur, recipit restrictionem ex defectu rōnis.
90 Statutum, ꝙ rapiens virginem vel monialem puniat certa pena, non comprehendit feminam, qꝛ ratio, que est in viro, ob violationem pudicitie remouendam, non est in femina.
91 Statutuz dicens ꝙ si quis eat de nocte puniatur certa pena ob rōnem indifferentem etiam feminā cōprehendit.
92 Statutū excludens filios bānitoꝝ, vel expellens liberos, ꝛ descendentes bannitoꝝ non procedit in feminis.
93 Verbum liberi, ꝛ descendentes est cōmune etiaz feminis.
94 Appellatione descendentium vel posterorum, vbi est diuersa ratio, femine non comprehenduntur.
95 Dispositio deferens hereditatem descendentibus vel posteris non defert feminis, vbi per statutum per masculos sunt excluse, vbi de ratione.
96 Verbum attinentes non comprehendunt feminas.
97 Nomen masculinum ex ꝓpria significatione nunꝗ̄ comprehendit feminum, etiam ꝙ terminetur a nomine cōmunis generis, puta si quis homo ꝛc.
98 Ista propositio nullus homo currit ꝭm dialecticos feminam non comprehendit.
99 Statutum loquens indefinite non comprehendit casum, seu personam, in quibus non est eadem ratio.
100 Verbum sui indefinite prolatum non comprehendit feminas ob diuersitatis rationem.
101 Lex vel statutum loquens per nomen generis cōmunis solum masculos comprehendit, quando ex verbis apparet ꝙ non loquitur in feminis.

102 Statutum exorbitans à iure cōmuni loquens de credito-
ribus non comprehēdit feminas creditrices, stante alio
statuto, ꝙ statuta vt iacēt intelligantur, licet de iure ver
bum creditores feminam comprehendat.

103 Masculinum genus positum in dispositione, si dispositio
fit propter feminas, non comprehendet femininum.

104 Femine non comprehenduntur sub verbo parentum, vel
consanguineorum, stante statuto ꝙ femine non possint
contrahere sine consensu parentuꝫ, vel consanguineoꝝ.

105 Statutum si excludat matrem propter fratres, non exclu-
det propter sorores.

106 Statutum excludens matrem per coniunctos ex linea pa
terna non excludet per feminas ita coniunctas.

107 Masculinum non concipit femininum in statutis exorbi-
tantibus, ꝛ odiosis, maxime si odium est irrationabile.

109 Verba debent intelligi ſm intentionem proferentis.

110 Unum statutum per aliud, nedum simpliciter declaratur,
veꝝ etiaꝫ restringitur, ne inter ea remaneat ꝯtrarietas.

111 Statutum excludens feminas a successione ascendentiuꝫ
pp masculos, quare nō procedit in hereditate matris.

112 Femine facilius admittuntur ad successionem femine, ꝙ̃
masculi.

113 Institutio facta de filijs licet de iure cōmuni trahatur ad
feminas, tñ si in loco est statutum exclusiuum feminaruꝫ
pp masculos, non cōprehendet feminas, ꝛ ibi de rōne.

114 Substitutio facta filio si sine filijs decesserit ab eo, qui filie
femine certum quid relinquerat, dꝛ́ habere locum, etiaꝫ
si cum filia decesserit, saltem eo casu quo sit substitutus
alter filius testatoris, ꝛ est cōmunis opinio.

115 Statutum si excludat matrem propter agnatos illud
restringitur ad masculos tantū, licet appellatione agna
torum etiam femine agnate veniant.

116 Dispositio vocans heredem per lineam masculinam ex
ratione agnationis considerata per disponentem non
dicitur vocare filiam feminam.

117 Emphiteosis accepta pro se ꝛ liberis per lineam mascu
linam descendentibus non transit ad filiam feminam.

118 Testator si iusserit in certū euentū bona remanere in fami
lia agnatoꝝ, sub illis verbis nō cōprehendenꝝ femine.

119 Feudum vni competens, si ille sine legitimo herede dece-
dat, alteri concessum, dicitur concessum etiam si cum fi-
lia herede decedat.

120 Verboꝝ interpretatio sumiꝝ a ratione subiecte materie.

121 In feudis femine non includuntur, vbi fit mentio de here
de indefinite, ꝛ eo magis vbi per verba masculini gñis.

122 Argumentum ab absurdo euitando valet.

123 Incōueniēs est ꝙ neptis sit melioris ꝯdōnis ꝙ̃ ipsa filia.

124 Verba statuti debent impropriari, vt menti seruiamus.

125 Absurdum est ꝙ sexus masculinus magis consideretur
in excludenda filia ab hereditate matris, ꝙ̃ ab heredi-
tate patris.

126 A verbis recedendum est, ꝛ ab eorum ꝑpria significatio
ne, vt iniquitas, ꝛ absurditas remoueatur.

127 In statutis debet fieri interpretatio, quam verisimiliter sta
tuentes respondissent, si interrogati fuissent.

128 Statuta semper interpretari debent, ne a sapientibus re-
prehendantur.

129 Sapientum est ꝑprie scire, ꝛ sic rem per cām cognoscere.

130 Lex carens ratione est sicut corpus sine anima.

131 Verba statuti, licet sint generalia, tamen vbi ratio cessat,
declaranꝝ, ꝛ restringunꝝ, ne quis indebite dānū patiaꝝ.

132 Argumentum ab auctoritate maiorum nostroruꝫ quan-
do sit probabile.

134 Interpretationem diutinam debemus obseruare.

136 Ex diuersis non fit illatio.

137 Dictio taxatiua posita in statuto non tollit similem inter-
pretationem ex alio statuto.

138 Dictio taxatiua non excludit casum similem, seu similem
rationem habentem.

139 Fauorabilior est qui agit de recuperando, ꝙ̃ ille qui agit
de nouiter acquirendo.

140 Ratio statuti indefinite loquentis, si non reperitur in femi
na, eam ex sui natura non comprehendit.

141 Statutum prohibens interpretationem solum de friuo-
lis ꝛ extrinsecis interpretationibus loquitur, ꝛ non
de alia.

142 Dispositio. l. cum auus. ff. de conditio. ꝛ demonstra. que
procedit ex interpretata mente testatoris, ꝑcedit etiam
si sit in ciuitate statutum, ꝙ verba testamenti nullam re-
cipiant interpretationem.

143 Opinio doctoris non debet dici quādo non examinat arti
culum, ꝛ firmat, sed perfunctorie loquitur.

144 Auctoritas doctoris conuincitur per rationes.

145 Auctoritas Pau. de cast. est maior ꝙ̃ domini Bartho-
lomei soci. ꝛ Areti.

146 Iudicandum est ſm cōmunem opinionem.

CONSILIVM PRIMVM.

Irigat Dñs verba mea in viam veritatis, ꝛ iustitie. Presen-
tis ꝯsultationis resolutio non est modice dubitationis, in
qua (vt distincte procedam) duo sunt discutienda. Primo
vtꝝ do. Nicola debeat rein-
tegrari ad partem heredita-
tis materne, quod pendet ab intellectu primi statuti, quod
de successione materna loquitur. Secundo, vtrum eidem
competat ius aliquod ad partem paterne hereditatis, ꝛ
hoc pendet ab intellectu secūdi statuti generaliter loquen
tis. ¶ Circa primum dubium parum instabo tanꝙ̃ super
re clarissima. Et in eo breuiter concludo dñam Nicolam
indubitanter esse reintegrandam ad portioneꝫ materne he
reditatis, nam ex forma primi statuti. s. descripti non fuit
ab ea simpliciter exclusa, sed temporaliter, videlꝫ donec, ꝛ
quousqꝫ superfuerit masculus aliquis ꝛc. vt patet ibi, quā-
a diu supererit filius masculus ex ea ꝛc. † Unde cum in pro-
posito casu nullus masculus supuiuat, exclusio diciꝝ euane
scere, ꝛ sic illa ad partem suam erit reintegranda. Ita in
terminis declarat Bart. in. l. fina. in. i. q. ff. ad tertul. quan
do enim per ista verba, donec, quādiu, vel quousqꝫ, vel si-
milia femina remouetur a successione non dicitur ꝑprie, ꝛ
simpliciter exclusa, sed temporaliter, ꝛ sic suspensa, vt ibi
per Barto. ꝛ ponit Bald. in titu. episcopum vel abbatē.
§. i. versicu. secundo nota ꝛc. in vsibus feudo. ꝛ in auc. sed
ꝛ si quis. in. iij. colum. versicu. ꝛ per hoc infertur ꝛc. C. de
secun. nup. ꝛ in. l. in quibus eodem titu. i. colum. versicu. ꝛ
intelligo hoc verum ꝛc. vbi proprie loquitur in terminis
nostris, quando statutum dicit, quandiu extant ꝛc. ꝛ in. l.
ij. C. de libe. preteri. versicu. extra quero de tali questio. ꝛc.
Ubi simpliciter sequuntur Paul. de cast. Saly. Alexan.
ꝛ do. Corne. ꝛ ideꝫ Corne. in. l. si pontionilla, C. quando
dies lega. ced. ꝛ Paul. de castr. in. l. sufficit. ij. colum. ff. de
conditio. indebi. versicu. vltimo nota. ꝛc. idem tenent An
ge. ꝛ Imo. in. l. ei qui soluendo. ff. de heredi. instituen. Et
sequitur Areti. post Bald. ibi in. l. gallus. §. ꝛ quid si tan
tum. in fine. ff. de liber. ꝛ posthu. Et idem vult ibi Ias. in
xiij. colum. secunde lectu. versicu. ꝛ ista bene nota ꝛc. in fin.
hoc etiam tradunt Imol. ꝛ Paul. de cast. post Bal. in. l.
si quis posthumos. §. si quis filium. eodem titu. hanc opi-
nionem consulendo tenuit Petr. de ancbara. in consilio
ccxx. Hec questio iaꝫ vulgaris dici potest ꝛc. vbi refert ita
tenuisse acutissimum doctorem dominum Gulielmum de
perusio, qui fuit gener Bart. ꝛ ſm eam consuluit Bald.
in consilio. xliij. Domina Mangrada. secundo volumi. ꝛ
voluit Fulgo. in consi. viij. Dominus Petrus longus ꝛc.
scda colum. ꝛ dominus Bartholo. soci. Patruus ꝛ do-
minus meus in consilio. x. Consideratis, ꝛ bene pensatis
per totum. ꝛ in consilio. lxxvj. Uiso testamento Petri
Georgij. ij. colum. iij. volumi. ꝛ domi. Corne. in consilio
ccxxxij. In hac consultatione plura ꝛc. colum. vj. iiij. volu
mine. ꝛ Areti. in consilio. cxliij. Uisa consultatione ad
me ꝛc. dicens, ꝙ ista opinio est iam diu ab omnibus ap-

probata, & Clarissimus etate nostra Jurisconsultus, & dominus meus Philip.deci. in consilio.lxxxvij. Pro resolutione casus propositi &c.in princi. Et idem voluit, & in fortioribus terminis Abb.in consilio.xcij. Illud indubitati iuris est.colum.fina.ij.volumi.vbi concludit, quod si statutum dicat feminam non admitti masculo superstite dicitur exclusa temporaliter, & ideo eo mortuo recuperat ius suū, quod est valde notabile, si est verum. Indubitatum tamen est, vt supra dixi, quando statutum loquatur per verbum quandiu &c.vel similia. est eniz cōmunis opinio fere omnium & legentium, & consulentium, a qua nullo modo est in iudicādo recedendum per iura vulgaria, quicquid aliquando dixerit Fulgo. consilio.xcviij. Uisis petitionibus tribus &c. Et licet in contrarium quedaz adduci possent, que per auum meum domi. Maria.soci.cuius nudum nomen ego represento, eleganter adducuntur in cōsilio.lxij. In causa vertente &c.vj.colum. versicu. nam quod in perpetuum.tamen per ea (aliter non disputando) non est recedēdum a predicta cōmuni opinione in consulendo, & iudicando, vt ibidem in fi.ipse fatetur, qui etiam in.ij.colum.eiusdem consilij.versicu.secunda via &c.dicit hanc opinionem cōmuniter approbari, & idem voluit in consil.v. Presens consultatio.i.colum. & quod ab ista cōmuni opinione non sit recedenduz dixit expresse patruus meus in gsi.xcij. Circa primum. col.x.versic. Circa quartam dubitationem vbi plurimos concordantes allegat, vbi etiaz dicit, quod ista opinio fuit iam diu recepta, & approbata in practica in ciuitate Senensi, & ego vidi pluries ibi bm eam iudicari, igitur super isto primo articulo vlterius nō insistendo, concludo vt supra. ¶ Circa secundum dubium (in quo non leuis est

2 difficultas) † videtur prima fronte dicendum predictā Nicolam ius aliquod habere non posse respectu bonoꝝ paternorum, & sic, quod non possit ad aliquam diuisionem, vel cōmunionem eorum venire, sed quod sicut ipso Tinelloccio viuente a predictis erat repellenda ita & nunc eo mortuo debeat repelli ꝓpter superexistentiam Agnetis filie, & legitime heredis dicti Tinelloccij. Que conclusio apertissime probari videtur, quoniam in persona.d.Nicole verificantur verba statuti supra secūdo loco descripti. Fuit eniz dotata de bonis cōmunibus, vt preponitur propter quod videtur, quod a fratre dicatur simpliciter exclusa, & gsequenter debet dici perpetuo exclusa bm quod declarat Bald. in dicta auten.sed & si quis.de secun.nup.iij.colum. & in.l.in quibus.i.colum.eodem titu. & est text.& ibi not.Bal. in secundo notabi. in titu. episcopum, vel abba.§.fina. in vsibus feudo. Et dixit auus meus in dicto consilio.v.i.colum.& domi. Decius. in consilio. lxxxij. Licet ergo Tinelloctius decesserit, ex quo tamen superuixit patri suo domino Jacobo, & eius hereditatem adiuit, ita dictam Nicolam eius sororem excludendo, exclusio perpetuo durare debet, vt per Bald.& alios in locis predictis, & declarat Barto. in.l.fina.ff.ad tertullia.ij.colum. versicu. sed si poneremus, & ante eos dixit Cy.in.l.fina.C.ad legez iuli. de adulte.& traditur cōmuniter maxime per Moder.in.l.venia.C.de in ius voca. ¶ Item etiam concurrit, quod ex.d. Tinelloccio fratre eius remansit filia Agnes, & ita legitimus heres ex se descendens, & ita etiam caude predicti sta

3 tuti videtur satisfactum ad remotionem.d.Nicole. † Naz cum illa Agnes sit filia legitima, & naturalis dicti Tinelloccij negari non potest, quin sit & dici possit legitimus heres, cum a lege ad successionem vocetur iuxta.l.iij.§.de illo.ff.pro socio. ¶ Nec ex eo quod sit femina dicitur minus legitimus heres, vt clare probatur in.l.prima, & tertia. iuncta rubrica.C.de legitimis heredibus. & in.§.nos vero legem. institu. de legiti. agna. success. dato ergo millies, quod verba illa in fine dicti statuti posita, videlicet si ō predictis fratre, vel fratribus legitimi heredes, vel heres remanserint &c.dicantur importare quedam suspensionem, vt scilicet tunc dicatur soror perpetuo exclusa, quando legitimi heredes ex fratre remanserint, tamen cuz (vt iam dixi) conditio ista videatur impleta per existentiam predicte Agnetis perpetuitas exclusionis debet dici omnino roborata, &

4 confirmata, † sicut enim alias ista conditio si sine herede decesserit ex dispositione legis ad liberos restricta etiam filia herede deficit, vt.l.ex facto.§.fina. in sui generalitate.ff.ad trebellianum. ita etiam in casu nostro illa conditio si legitimi heredes remanserint tantum ad liberos re-

5 stricta debet etiaz in femina verificari. † Et licet statutum vtatur adiectiuo masculini generis, videlicet legitimi, tamen ex quo iungitur nomini communi, scilicet heredes dicitur comprehendere etiam femininum, & quidem ex propria significatione, secundum quod declarat Barto.in.l.prima.ff.de verborum significatio. Et ex his videtur optime fundata intentio predicte Agnetis, vt scilicet predicte Nicole nullum ius competat respectu bonorum paternorum, sed quod totaliter, perpetuo, & omni respectu dicatur exclusa. ¶ Nec predicte conclusioni videtur obstare, si dicatur, quod verba illa legitimi heredes debent intelligi

6 tantum de descendentibus masculis. ¶ † Primo, quia quando solum femina superest videtur cessare ratio feminarum exclusiua, videlicet ratio conseruande agnationis,

7 & cyppi domus, vt infra dicam. ¶ † Secundo, quia qualitas masculini sexus considerata in principio statuti predicti ad exclusionem feminarum censeri debet repetita in fine, vbi similiter agitur de feminarum exclusione, vt etiaz de hoc infra dicam. Et ita in terminis predictum statutuz propter istas rationes restringit ad masculos tantum subtilis doctor Aretinus in consilio.cxliiij. Uisa consultatione ad me transmissa &c. in septima & octaua columna.

8 ¶ Quoniam videt ita responderi posse, firmando. † Primo, quod immo verba illa generaliter intellecta prout posita sunt etiam in feminis debent verificari iuxta.l.primam.§.& generaliter.ff.de legatis prestandis. & l.de precio.ff. de public. & l.quiqz.§.parentes.ff.de in ius voca.& l.item apud labeonem.§.generaliter.ff.de iniurijs.cuz similibus. Presertim cum de propria significatione etiam filia dica-

9 tur de legitimis heredibus, vt supra dixi. † Non ergo debemus a verborum significatione recedere, vbi non alia euidens voluntas proferentis ostenditur.l.non aliter. in principio. de legatis tertio. & l.prima.§.si is qui nauem.

10 ff.de exercitato. cum similibus. † vnde solet dici verbis statutorum tenaciter inherendum esse, vt tradit dominus Corneus in consilio nonagesimo. Scrupuloso videtur &c. columna sexta, tertio volumine. Tantum enim disponunt statuta, quantum loquuntur, & non plus, vt inquit Bald. in.l.testamentuz non ideo.C.de testamentis.& insignis doctor dominus Franciscus curtius in consilio vndecimo. Statuto parmensi.prima columna. ¶ Ad primum itaqz quod dicitur, quod in casu isto cessat ratio conseruande agnationis, que fuit motiua ad exclusionem feminarum multi-

11 fariam rñderi potest. ¶ † Primo, quod cum illa ratio in statuto non sit expressa ab ea, seu eius defectu non potest argui, prout in terminis loquens de tali ratione declarat Barto.in.l.liberorum.in sexta columna.ff.de verboruz significatio. & si quispiam dicat, immo debet posse argui,

12 quia cum ista tantum ratio sit, habetur pro expressa, † & alias ab vnica ratione, licet non expressa, tanquam ab expressa argui potest, iuxta glosam illam regularem, licet vulgatam & communiter approbatam in.l.quamuis.C. de fideicommis. Respondetur, quod falsum est, quod sit tantum vna

13 ratio, quia etiam alie sunt, † & sufficit dicere in statuto plures esse rationes, hoc etenim creditur nisi ex aduerso ꝓbetur, quod sit vnica secundum Salycetum in.l.secunda.C.de noxali. secundum quod eum refert & sequitur Alexander in l.si constante in principio columna decima tertia.ff.soluto matrimonio. & Jason in anctenti.quas actiones. in septima columna.C.de sacro sanctis eccle. & dominus Franciscus curtius in consilio quinto. Recte prefatus egregius doctor. secunda columna, versiculo vltimo fortius vrget. ¶ Uel secundo potest respōderi, quod ex defectu talis rationis (etiam quod esset expressa) non est dicendum cessare dispositionem si alias verba gueniunt, quoniaz in hoc nostro statuto ratio non videt disponere de eo, sed potius ecōtra, statutum disponit de ratione, qm̄ dicitur fundatum in sola voluntate, & auctoritate statuentiū, q̄uis apud eos in consideratione aliqua fuerit fauor agnationis, lz ergo in casu nostro fauor gseruande agnationis cessare videatur in filia

14 femina, † remanet tñ statuentium auctoritas, que videtur omnino

omnino attendenda, vt dixerunt quidam antiqui, quos re
fert Bal. in c. i. §. sed qr diximus. vj. col. qui feu. da. pos. Fa
cit q singulariter dixit do. Cor. in d. ɔsi. xc. vj. col. ɔcludēs
15 † q in eiusmodi dispositionibus ɔsistentibus in sic volo &c.
(prout in casu suo erat quōdam rescriptum exclusiuum femi
narum) lz pro ratione allegetur fauor agnationis, non tamen
sequitur dispositionem habere locum semper, vbi sit talis
fauor, nisi verba ipsa paterētur, qm ex quo tunc non ratio
de lege, sed lex de ratione disponit, cum tales dispositiones
a sola disponentis emanent voluntate, ratio ipsa non dici-
tur potens ad alterandam ipsam dispositionem, & idem in
simili voluit idem Corne. in consi. cccxxxvj. constat q ij. col.
16 in fi. iij. vol. † vnde alias dicimus q mater exclusa a patruo
non erit exclusa a patruo magno, fm Alex. post Bald. ibi
in l. i. C. de success. edict. & tradit auus meus in consil. xxx.
q̄uis ex his que. s. &c. in. vij. & viij. colum. cum ɔcordanti-
bus ibi per eum adductis, lz etiaz eo casu ratio statuti sit fa
uor agnationis, et in patruo magno consideranda, ea. n. ra
tio verba statuti non alterat, sic ergo in ꝓposito cessans ra-
tio fauoris agnationis in persona dicte Agnetis non de-
bet alterare statutuz illud in suis verbis generaliter positis
statuentium auctoritate remanente. ¶ Uel & tertio re-
17 sponderi potest, † q valeat argu. a cessante ratione, qn. s.
cessaret in casibus in quibus ratio ponitur, vel considera-
tur, dico enim q in isto statuto videntur duo principaliter
disponi. Primo q p existentiā fratrum soror dotata exclu
datur, & in hoc videatur apposita, seu considerata ratio fa
uoris agnationis, & tunc posset argui a cessante ratione, sed
de hoc ad presens non disputatur, nam viuente Tinelloc-
cio. d. Nicola ꝑpter eius existentiam videtur fuisse exclusa
ratione predicta. Secūdo disponitur, q femina ad ius suū
redire non possit, in quo non reperitur apposita ratio fauo-
ris agnationis, neqz et considerata, sed tantum existentia le
gittimorum heredum descendentium ex fratre, & de hoc
ad presens agimus, vnde cum ad impediendam Nicolam
predictam, ne ad ius, quo iam priuata videbatur, redeat fa
uor aliquis agnationis non consideretur, sed tantum q ex
eius fratre extent legittimi heredes, & hoc sit in proposito
verificatum per superexistentiam Agnetis, debet dici pre-
dicte Nicole nullum regressum dari, nec. n. videtur conue-
nienter argui posse, fauor agnationis consideratus fuit in
sorore excludēda, ergo et debet considerari in ea impedien-
da, ne ad ius suum redeat, qm que semel excluditur perpe-
tuo dicitur exclusa, vt. s. dixi, & ita in terminis videtur decla
18 rare Bar. in d. l. fi. ff. ad tertul. † volens sororem exclusam
a fratre (q̄uis fauor agnationis) non esse reintegrandam
ipso fratre sine liberis mortuo, taz & si tunc cesset fauor con
seruande agnationis, & ratio est, qr semel exclusa perpetuo
dicitur exclusa, & ex post non agitur amplius de eius exclu-
sione. ¶ Uel et & quarto responderi potest, aliter statutū,
de quo agitur declarando, videtur. n. q in eo ponatur vna
regula cum vna ampliatione in proposito nostro conside-
randa, regula est, que tam ex rub. huius statuti, q̄z ex ipso te
xtu sumitur, vz q mulier dotata ad successionem, vel diuisio
nem non veniat cum fratribus, & huius regule vigore mu-
lier que est dotata dicitur simpliciter & principaliter exclu-
sa ꝑpter fratres, huic autem regule, ponitur in fi. ampliatio
in versicu. si de predictis fratre, & fratribus legittimi here-
des &c. hoc est dicere, q illa regula procedit, & perdurat
etiam post mortem fratrum, si tamen ex eis legittimi extēt
heredes, per quam ampliationem, mulier ipsa ꝑpter legit-
timos heredes fratrum de nouo non excluditur, cum iam
fuisset exclusa a fratribus, sed in eius exclusione conserua-
tur, & per consequens econtra nihil noui acquiritur ipsis le
gittimis heredibus fratrum, sed in iure patri eorum iam que-
sito conseruatur, & sic prima exclusio mulieris facta per fra
tres continuatur, vbi ex eis sint legittimi heredes, & ista de
claratio, & intelligentia ad presens statutum videt multum
conueniens, & valde colorata, & audio, q quidam nostre
tempestatis excellentissimus vir magne auctoritatis, & do
ctrine, ita predictum statutum declarauit asserens esse pro-
priam veritatem. Quo stante ad argumentum, qd fit de ra
tione agnationis videtur facilis responsio, quoniam illud
procederet, quādo tractaremus de ipsa Nicola excluden-
da, naz non debet excludi, nisi vigeat predicta ratio, que in
regula statuti nostri omnino est attendenda, sed non proce-
dit argumentum quando tractamus de exclusione iam fa-
cta conseruanda, & continuanda, & sic quando tractamus,
q filia femina fratris (non dico acquirat aliquid noui, seu
19 petat) sed iam patri eius acquisita retineat, † retentio enim
longe facilius conceditur, q̄z de nouo petitio fm Bal. per
illum text. in tertio notab. in l. secunda. C. de fideicommiss.
20 † Multa si quidem impediuntur fieri, que iam facta tenent
. l. patre furioso. cum similibus. ff. de his qui sunt sui vel ali.
21 iur. † sic videmus in excōmunicato, qui licet non possit pe-
tere, vt in c. intelleximus. de iudi. tamen bene potest retine
re, vt in c. cum inter. de except. & traditur in d. c. intellexi-
mus. & per hanc considerationem dominus Benedict. ca
pra Perusinus in consil. xix. & si viso, & considerato in vlti-
ma columna, ver. & primo, quia tale statutum &c. concludit
22 in casu suo, † q licet quedam filie prohibeatur petere legit-
timam ex forma statuti, non tamen prohibebuntur retine-
re, videtur ergo concludenduz in ꝓposito, q licet si tracta-
remus de excludenda domina Nicola, & de iure querendo
ipsi Agneti vigore exclusionis per eam faciende posset for
tasse dici cessante fauore agnationis dominam Nicolaz nō
esse excludendam, nihilqz noui agneti acquirendum esse, ta
men ex quo tractamus tantum de exclusione Nicole conti
nuanda, & de retentione per Agnetem facienda, non de-
beat considerari fauor agnationis, sed solum q de fratre
remanserit legittimus heres, cum vt est dictum retentio fa-
cilius concedatur, & ista quarta solutio habet magnaz con
formitatem cum precedenti. ¶ Uel nouissime, & quinto
posset quis aliter rn̄dere, negando q in personā. d. Agne-
tis non vigeat fauor agnationis, nā si eā admittimus agna
23 tioni fauemus, † cū & ipsa sit agnata, vt in §. sunt aūt agnati.
insti. de leg. agna. tut. & de leg. agn. succes. Et maxime cū suc
cedens in locum patris sui eius personā representet, vt in §.
24 cum filius. insti. de hered. que ab intest. def. † & alias pro re
gula subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum sub-
rogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. & §. fue-
rat. institu. de act. cum similibus. & si quis forte dicat, q
immo per eam non conseruabitur cyppus domus, & agna-
tionis, ex quo nati ex ea non erunt ex eius agnatione, vt.
d. §. sunt autem agnati. & l. pronunciatio. in fi. ff. de verbor.
significa. & sic bona deuenirent in alienas familias contra
intentionem statuentiū, videtur q possit responderi, q hoc
non videtur attendendum, quoniaz & si masculus esset, pos
set hoc idem contingere si moriens extraneos relinquat he
25 redes, † immo & si ab initio certum est masculuz liberos le-
gittimos non habiturum, puta qr sit clericus adhuc statu-
tum locum haberet, & excluderet feminas ex forma similis
statuti, vt notanter concludit Bald. in consilio trigesimo.
presupposito statuto, primo volumine. & Abb. in c. consti
tutus. de in integruz restitutione, in quinto notabili. & La
pus in suis allegationibus allegatione centesima, & cen-
tesima prima, & Barbatia in consilio. liij. in fine. Precla-
re scripsit Psalmista, licet in meo codice corrupte legatur
in contrarium. ¶ Deniqz ad confirmationem predictoruz
potest addi, & sit loco sexte solutionis, nam dato, q statuti
nostri ratio fuerit conseruare honorem agnationis, & dato
etiam q illa ratio cesset in casu proposito, videtur tamen
posse dici, q non cesset cōstitutio (vltra dicta. s. in. ij. solu.)
26 † eo qr huius statuti etiam ratio concludens potest allega-
ri, vz quia femine dotate, de quibus loquitur, cum transeāt
in domum viri non indigent tanta substantia ad sui, & suorum
substentationē quanta indigent masculi, & ideo pensate sta
tutum non excludit nisi dotatas, hanc rationem in eiusmo
di statutis considerauit egregius doct. domi. Benedictus
de aret. in quodam suo consilio incipien. in casu supra nar-
rato &c. quod est insertum inter consi. Soci. nostri, nume. i.
& dicto consilio se subscripserunt auus meus & do. Joan de
27 buongirolamis, † vnde licet cesset vna ratio in casu nr̄. s. fa
uor agnationis, ex quo tamē remanet alia. s. quia Nicola
iam dotata non indiget tanta substantia &c. debet remane-
re dispositio iuxta. §. affinitatis. insti. de nup. cum simi. & ita
in casu suo concludit do. Benedi. predictus. in. d. ɔsil. col.
fin. Ex his ergo rationibus, & ex qualz earuz vr̄ posse con-

cludi statutum predictum etiam in feminis verificari non
obstante aliqua consideratione conseruande agnationis.
¶ Ad secundum vero ꝙ de qualitate sexus masculini re-
petita dicebatur, potest ēt multipliciter respōderi. ¶ Pri
mo .n. responderi potest, ꝙ talis repetitio censeretur fieri,
vbi de eodē disputaretur, de quo in princi. sic declarando,
vt quemadmoduꝫ in pn. qualitas masculini sexus ponit̄ ad
exclusionem femine dotate, eodem modo, si in sequenti par
te ageretur de exclusione, illa qualitas diceretur repetita,
hoc autem in casu nostro non est, nam in fi. statuti non agi-
tur amplius de exclusione facienda (iam enim fuit. d. Ni-
cola per fratres exclusa) sed agitur tantū de exclusione pre-
dicta cōtinuanda, vt. s. dictum est, merito qualitas illa non
censetur repetita, cum facilius quid ꝯseruetur, q̄ꝫ nouiter
inducatur. Et ex hoc constare potest, ꝙ non tanta ratione
qualitas masculini sexus considerari dꝫ ad perpetuandam
exclusionem iam factam, quanta ad eam inducendam.
28 ¶ † Ex quo colligi potest alia. ⁊ secunda responsio ad ar-
gu. predictum, qm̄ tunc qualitas dicitur repetita, qn̄ esset
eadem ratio, qn̄ autem ratio non esset eadeꝫ, qualitas non
dicitur repetita, ꝺm ꝙ declarat Bal. in. l. in actionibus. ff.
de his qui no. infa. ⁊ ideo dixit Bar. in. l. talis scriptura. in
29 vlti. parte. de legat. i. † ꝙ clausula in medio posita non re-
fertur ad omnia, qn̄ ratio non est equalis, idē voluit Abb.
in. c. secundo requiris. in. iiij. nota. de appella. ⁊ in. c. eccle-
sia vestra. el. ij. in. vj. nota. de elect. ⁊ do. Philip. deci. in. d.
c. scđo requiris. cum ergo in. ij. c. nostri statuti non sit par ra
30 tio, que est in pmo, qualitas illa nō dicet̄ repetita. ¶ † Vel
tertio potest responderi, ꝙ qn̄ ex repetitione qualitatis se-
quitur absurditas tunc non dicitur repeti, vt euitetur absur
dum arg. l. nam absurdum. ff. de bon. liber. ⁊. l. diuortio. ⁊
ibi Jas. in. v. not. ff. solu. matri. cum simil. ⁊ ita determinat
Abb. in. d. c. ecclesia vestra. ⁊ in. d. c. scđo requiris. vbi etiā
dixit do. Deci. in. ij. colū. sed hic eā repetita sequeretur ab-
surduꝫ. s. qꝛ. d. Agnes priuaretur iure paterne successionis
contra omnem equitateꝫ, ⁊ omnes regulas iuris, ergo ⁊c.
priuaretur etenim, qꝛ cum patri eius Tinelloccio iam tota
hereditas. d. Jacobi esset quesita predicte Agneti auferre
31 tur omne, qđ Nicola petere posset. ¶ † Potest ⁊ quarto
responderi aliter, vt. s. arg. procedat, qn̄ qualitas in vno ca
pitulo reperitur expressa, tunc enim in alio potest dici repe
tita, secus qn̄ tacite subintelligeretur, nam tunc illud, quod
in vno capitulo subauditur, non est subaudiendum in alio,
vt voluit Bal. in. l. i. in princ. in antiq. lect. ff. qđ quisqꝫ iur.
prout ipsum ibi refert, ⁊ sequitur Alex. in. iiij. col. ver. nota
ex glo. ꝺm Bald. ⁊ tradit Deci. in. d. c. secundo requiris.
in fi. sed ista qualitas masculini sexus nullibi in hoc statuto
exprimitur ergo ⁊c. videtur igitur ex predictis in fauorem.
d. Agnetis concludendum vt. s. non autem ꝙ verba illa le
gittimi heredes ad masculos tantum restringant̄. ¶ Ad
quod vltra predicta optimum prestat argu. quedam addi-
tio facta ad statuta antiqua, que incipit, item cum statutuꝫ
qđ est additio ⁊c. arguendo per locum a speciali, nam cum
ibi verbum illud sine ascendentibus positum in alio statuto
declaretur solum intelligi debere de ascendentibus mascu
lis per patrem, subditur, ꝙ illud procedit tantum in eo sta
tuto, ⁊ ꝯsequenter innuitur in alijs statutis verba non esse
ad masculos restringenda, iuxta regu. l. cum pretor. ff. de iu
di. cum simi. ¶ Preterea pro ista parte arguitur per locū
a remotione absurdi iuxta. d. l. nam absurdum. de bon. lib.
nam si. d. verba ad masculos restringātur, ⁊ ita. d. Nicola
ad partem admittatur, sequetur ꝙ illa dicetur potētior in
priuanda filia fratris, ⁊ sic. d. Agnete iure iam patri suo
quesito q̄ꝫ esset alter frater masculus, si viueret, naꝫ eo casu
posito. d. Agnes iure patri eius quesito ꝓpter exclusionē.
d. Nicole dotate non priuaretur a patruo, si esset, ⁊ tn̄ vbi
patruus non esset, prout est casus noster, priuaretur ab ami
ta ita per defectum masculoruꝫ admissa, quod videtur om
nino esse contra mentem statuentium, qui semper masculis
magis fauentes eos feminis preposuerunt. ¶ Rursus cō
firmari videntur predicta, qm̄ si statutum predictū esset tan
tum ad masculos restringendum fieret hoc per q̄ꝫdam in-
terpretationem contra propriam vim verborum, sed sic est
ꝙ in ciuitate senensi tales interpretationes in statutis repel
luntur ex forma alterius statuti incipientis item prouisum,
⁊ ordinatum est ⁊c. ergo talis restrictio nō est admittēda.
¶ Nouissime accedat ꝑdictis auctoritas patrui mei, qui
in consil. cxxj. visa contingentia facti. iij. col. ver. sed ad hoc
respondeo ⁊c. expresse declarat verba statuti nostri ēt in fe-
minis verificari. ¶ Hec sunt que in hāc partem cōtra Ni
colam predictam quelibet prima fronte trahere possent, ⁊
que me diu (vt verum fatear) ancipitē detinuerūt. ¶ Ve-
rum maturius omnia considerando, ⁊ mentem statuentiuꝫ
vndiqꝫ, ⁊ diligētius perscrutādo, predictis minime obstan
tibus contrariam opinio. ⁊ equam, ⁊ iuris rationi, ac mēti
statuentium consonam arbitror, ⁊ omnino amplectendaꝫ,
vꝫ ꝙ verba illa legittimi heredes necessario debeāt de ma
sculis tantum intelligi, ⁊ ꝯn̄r ꝙ in proposito casu cessanti-
bus masculis. d. Nicola possit petere partem suam heredi
tatis paterne, veluti ad eam (vt ita dicam) reintegrata, vel
vti nunquaꝫ exclusa ad presens non impedita amplius ius
suum ꝓsequi, ꝺm ꝙ ex. j. dicendis apparebit. ¶ Et ꝓ in-
telligentia dicendoꝝ, ⁊ veritatis enucleatione pleraqꝫ ge-
neralia sunt videnda. Primo quis sit sensus statuti nostri.
Secundo an in eo expresse ponantur masculi ad impedi-
mentum feminaꝝ. Tertio que sit vera ratio nostri statuti.
Quarto quomodo se habeat ad ius cōmune. Quinto an
eius dispositio sit odiosa. Quibus oībus recte intellectis
veritas. s. firmate ꝯclusionis satis erit in ꝑspicuo. ¶ Cir-
ca primuꝫ videtur (si verbis statuti velimus inherere) ꝙ ex-
cludat feminas dotatas non simpliciter, sꝫ sub ꝯditione ex-
32 pressa in illis verbis si de predictis fratre ⁊c. † Nam ista cō
iunctio adiecta verbo futuri temporis, ⁊ diei incerte omni
respectu inducit veram ꝯditionem, vt declarat Bart. in. l.
i. in fi. i. col. ver. primo ergo quero d̄ natura dict. si, ⁊c. ff. de
condi. ⁊ demonst. allegans ad hoc. l. si titio. in prin. ff. quan
do di. leg. ced. ⁊. l. i. C. de his que sub mo. que facit iuncta
glo. ⁊ ita in ꝓposito nostri statuti dixit patruus meus in. d.
consi. cxxj. ij. ⁊. iij. col. ver. sed iteꝝ ⁊ secundo possent insta-
re ⁊c. quo posito sequitur ꝙ ante implementum conditio-
nis, ⁊ sic ante mortem fratris dispositio statuti non potest
33 sortiri effectum, † cū de natura conditionis sit non statiꝫ in-
ducere effectum dispositionis, sed illum suspendere in euen
tum, vel defectum conditionis ꝺm Bart. in. d. l. i. facit. l. si
quis sub conditione. ff. si quis obmis. cau. testa. traditur per
docto. maxime Alberi. de rosa. in rub. C. de instit. ⁊ substit.
sub conditi. fac. ¶ Et consequenter inferri potest, ꝙ soror
(lꝫ dotata) interim non impedietur succedere, cum nonduꝫ
sit exclusa, ⁊ vbi conditio illa deficiat. qꝛ ex fratre non rema
neant legittimi heredes nullo vnq̄ꝫ tempore dicetur fuisse
exclusa ēt quo ad cessionem diei, vt. l. cedere diem. ff. de ver
bor. signi. ⁊ si conditio impleatur, qꝛ ex fratre remanserunt
legittimi heredes, tunc dicatur priuata successione, cū tunc
illius priuationis veniat, ⁊ cedat dies, vt. d. l. cedere diem.
⁊ profecto predictum statutum ad corticē, ⁊ iuxta eius ver
34 ba intelligendo talē sensum indicat. ¶ † Veꝝ qꝛ hoc abso
lutissime eēt contra mentem statuentiuꝫ. s. ꝙ soror interim
habeat, ⁊ nō frater, alius sensus perquirendus est, qui mēti
statuentium sit ꝯformis, cui verba omnino seruire debent,
sub cuius iugo, tanq̄ꝫ sub ꝓprio originali consistunt, vt in-
quit Bal. maximum lumen iuris in. c. mandatum. in princ.
de rescripti. subdens, ꝙ mens loquentis dicitur radix, ⁊
substantia verboruꝫ, quod autem statuentes voluerint fra
trem interim totum habere, tam ⁊ si per se pateat, constat
etiam in illis verbis statuti, que penes fratrem, vel fratres
remāserint ⁊c. igitur mentē statuentium omnino sequendo
verbis ēt iuxta posse inherendo, alterum duorum dicenduꝫ
est. Vel ꝙ soror reipsa ꝓpter receptam dotem dicatur ex-
clusa, ⁊ ex post illa ꝯditione deficiente (resoluta. d. exclusio
ne) ad ius suum reintegretur, ⁊ sensus in effectu sit, ꝙ ipsa
excludatur, q̄ꝫdiu frater viuat, vel (successiue loquendo) ve
rum fuerit ex eo legittimos heredes extitisse, ita vt exclu-
sio dicatur temporalis, ⁊ nō simplex. ¶ Vel ꝙ immo pen-
dente illa conditione non excludatur, sed ius suuꝫ prosequi
impediatur fratre viuente, ⁊ eo postea mortuo cum le-
gittimis heredibus, ⁊ sic ꝯditione impleta vera causet̄ ex-
clusio, que prius nondū erat inducta, sꝫ pendebat, in ea tm̄
pēdētia ꝓhibita erat soror qcq̄ꝫ petere, ⁊ si ꝯditio deficiat

⁊ sic frater

3 in consi. liiij. de iure communi, in. iiij. parte, † ubi expresse firmat, quod statutum faciens mentionem de fratre in materia successionis non procedit in uterino, et ideo ipse determinat, quod si ex forma statuti existentibus fratribus sorores excludantur a successione fratris, vel sororis, sorores non excludentur per fratres uterinos tantum, sic ergo, et in casu nostro. ¶ Preterea faciunt dubiam predictam conclusionem verba statuti, de quo loquimur, ex quibus videtur bene considerando apparere, quod sub sorore non comprehendatur uterina tantum, dicit. n. statutum, mater insuper vel aliquis descendens per lineam maternam ad successionem filij, vel filie ab intestato descendentium non admittantur existente fratre, vel sorore defuncte, vel defuncti, vel filijs ipsorum vel patruo, vel fratribus patruelibus seu fratre patruele defuncti, in quibus verbis semper statutum facit mentionem de descendentibus ex masculo, seu de coniunctis per masculum, et sic de agnatis, unde sicut statuentes in alijs personis considerarunt eas, que agnate erant, ita videtur determinandum circa verbum sororem. s. ut de agnata loquatur, sed uterina non est agnata, ergo et c. ¶ Sed his non multum obstantibus adhuc per predicta defendetur. d. conclusio. ¶ Et ad primum dicas, quod in casu Bal. qui loquitur de statuto Tudertino, ideo appellatione fratris non venit uterinus, quia uterinus non est agnatus, nec per ipsum conseruatur familia, quod voluerunt omnino statuentes, et probatur satis in promptu, quia excluduntur sorores, licet sint agnate, ex eo tantum, quia per illas non conseruatur familia. ¶ Ad secundum vero dicas, quod immo dicta verba una cum sequentibus considerando apparet statuentem sensisse indistincte de sorore qualibet, et sic etiam de uterina, cum indistincte, et simpliciter loquatur, ut. l. de precio. ff. de publi. et. l. i. §. et generaliter. ff. de leg. prestan. ut. s. conclusum fuit per excellentissimum Consulentem, et alios. ¶ Nec ob. verba perinde. s. considerata quia negatur, quod semper fiat mentio de coniunctis per masculum, et sic de agnatis, quinimo dico quod et de descendentibus per feminam, fit ibidem mentio, hoc est de filijs so
4 roris, ibi vel filijs ipsorum, † que verba omnino sunt referenda tam ad sorores, quam ad fratres, ut ad omnes precedentes referantur, put debent, iuxta. l. talis scriptura. in fi. et ibi per doct. ff. de lega. i. vel si essent non ad omnes referenda, referenda essent ad proximiora, et sic tantum ad sorores, iuxta. l. si idem cum eodem. in fi. et ibi traditur per doct. ff. de iuris. oi. iud. ¶ Nec obstaret, si quis diceret, quod verba illa, vel filijs ipsorum referantur ad morientes, quoniam istud dicere esset facere fatuos statuentes, tum quia si id voluissent, incepissent ab eis, tamquam a primioribus et non a fratribus, put in alijs huc ordi

nem sequuntur, cum vel maxime quia id fuisset superfluū,
5 †cum de iure cōmuni id sit, cum prima causa successionis sit liberoꝝ, vt in auct. de hered. ab intest. colum. ix. in princ. ¶ Nec etiam obstat, si quis diceret, ꝙ ad sororem referri non possunt, q2 sunt in genere masculino, dicit enim vel filius ipsorum, iuxta. l. plautius. ff. de aur. ⁊ argen. lega. quo
6 niam dico, †ꝙ ex quo dicit ipsoꝝ, necesse est, ꝙ ad plures referantur, iuxta. l. vbi numerus. ff. de testi. quod non esset, si tantum ad fratrem referentur, cum ibi statutum in singulari numero facit mentionem de fratre, dicit enim existente
7 fratre ⁊c. †⁊ esset mala latinitas dicere existente fratre, vel filius ipsorum, ⁊ sic contra. d. l. plautius. sed deberet dicere, vel filijs ipsius, cū ergo dicat vel ipsoꝝ, necesse est ꝙ ad
8 plures referatur, ⁊ sic etiam ad sororem. † Preterea masculinum concipit femininum, vt. l. i. ff. de verb. sig. ⁊. l. si ita scriptum. ff. de leg. ij. Et maxime in casu nostro, cum referatur tam ad masculum, q̄ ad feminam, sicut in simili habe
9 mus in. §. duoꝝ. in fi. de nup. †vbi verbū illud duoꝝ refertur tā ad sorores, q̄ ad fratres, ⁊ tñ est masculini generis
10 ⁊ pro ratione sit tibi, †q2 verbum semel proprie positū, potest in eadem oratione improprie poni. l. ij. ff. de offi. ꝓcon. ⁊ le. cum simi. mille. ¶ Facit. l. tres fratres. ⁊ ibi doct. dicunt. ff. de pac. ¶ Stantibus igitur predictis constat statuentes non solum considerasse agnatos ad exclusionem matris, verum ⁊ alios, ꝓut sunt filij sororis, ⁊ sic consideratio predicta non procedit. ¶ Quinimmo dico per illa verba casum nostrum nullam habere dubitationem, nam qua
11 ratione voluerunt statuentes, †ꝙ filij sororis consanguinee excludunt matrem defuncti, qui non seruant familiam, nec etiam sunt agnati, vt insti. de legi. agna. tut. Eadem vel fortiori voluerunt sororem quamlibet, ēt vterinā admitti ad
12 exclusionem matris, cum illa sit proximior in gradu. † Est nanq3 (iure ciuili loquor) in scdo gradu defuncte sorori, cū filius sororis esset in tertio, vt insti. de gradi. §. secundo gradu. ⁊. §. tertio gradu. Et istud iudicio meo videtur argm̄ inconuincibile pro ꝯclusione. s. firmata. s. ꝙ do. Antonia, l3 soror vterina tantum admittat ad hereditatem. d. sue sororis do. Bartholomee exclusa matre, cum in dicto statuto appellatione sororis continetur etiā vterina per predicta. Laus Deo optimo maximo.

Mar. Soci. Junior Senis. 1509.

CASVS

¶ Moritur vltimo loco Cassandra intestata sine aliquibus descendentibus, ⁊ sine fratribus vel sororibus, vel filijs fratrum, vel soroꝝ, superstitibus sibi tantū Thoma sanctonis sibi in tertio gradu cognationis coniuncto, ⁊ Joāne Felicis coniuncto in quarto gradu agnationis, ⁊ Thomas reperit̄ in possessione hr̄ditatis. d. Cassandre, ⁊ presupponit̄ ꝙ viuat, ⁊ superstes sit mr̄. d. Cassandre. ¶ Modo Joānes Felicis, vt agnatus petit. d. hereditatem a predicto Thoma, ⁊ inter cetera allegat, ꝙ ꝓpter existētiam matris debet admitti excluso. d. Thoma, maxime ex forma statuti Senens. sub rub. inq̄tum succedāt ascendentes ⁊c. ¶ Replicatur per Thomaꝫ matris existentiam ipsi non posse patrocinari, quoniam ille non est de vocatis per dictū statutum. Queritur quid iuris.

SVMMARIVM

¶ De interpretatione statuti Senēsis vocantis ad exclusionem matris parentes masculos ex parte patris, ⁊ aui paterni vsq3 ad quartum gradum, vtrum. s. illa verba ex parte patris ⁊c. capiātur comprehēsiue, vel effectiue.
¶ Et vtrum illa verba vsq3 ad quartum gradum stent exclusiue, vel inclusiue.

1 Existens in potiori gradu habet fundatam intentionē, de iure cōmuni ad succedendum.
2 Agnati excludūtur a matre defuncti in medio existente de iure cōmuni.
3 Si vinco vincentem te, multo fortius vinco te.
4 Uerba ista ex parte patris ⁊c. an capiantur comprehēsiue, vel effectiue, ⁊. ȷ. nume. 6. 11. et sequen.
5 Jn statutis debet fieri interpretatio, vt verba aliquid operent̄, adeo vt q̄libet verbū ēt minimū aliq̄d operetur.
Nec dandus est intellectus per quem incidamus in superfluitatem, quando alius intellectus potest accōmodari.
Jdeo quod dicitur ex mente statuentium, dicitur ex verbis colligi, quotiens sine tali interpretatione verba statuti essent nullius effectus.
6 Uerba statuti debent impropriari, ne in statuto reperiatur superfluitas.
7 Uerba ista parentes masculi ⁊c. posita in statuto excludente matrem pp masculos, comprehendunt tm̄ agnatos.
8 Jn dubio semper debet fieri illa interpretatio statuti, per quam minus leditur ius cōmune, ⁊ minus tertio preiudicetur, ⁊. ȷ. nume. 31.
Quod procedit etiam si statutum sit fauorabile.
9 Statutum excludens feminas propter patruum nō habet locum in patruo magno.
Statuta talia sunt stricte interpretanda, vt non extendantur etiam ex maioritate rationis,
10 Statutum excludens sorores propter patruum non procedit in filijs patrui.
11 Uerba statuti dubia cum agitur de exclusione matris debent intelligi ⁊ accipi in eum sensum, per quem mater in successione filij conseruetur.
13 Aui appellatione, an ⁊ qñ proauus ⁊ alij comprehēdant̄.
14 Filiorum appellatione a. l. prolatoꝝ. non veniūt nepotes.
15 Statuta debent intelligi ꝟm cōmunem vsum loquendi.
16 Regula. l. qui filiabus. ff. de legatis. i. quomodo procedat, ⁊ intelligatur, vc3 qñ vna pars statuti declaret aliam.
17 Statuti sensus est fugiendus, per quem statutum remaneret superfluum.
18 Statutum inquantū in successione includit parentes masculos, an sit fauorabile.
19 Statutum excludens matrem ꝓpter patruum l3 sit fauorabile ex parte patrui inclusi, non tamen extenditur ad patruum magnum, ne fiat tam magna iuris correctio.
20 Coniuncti per proximiores. i. per patrem ⁊ auū censentur a. l. magis dilecti. q̄ illi qui per abauum sunt coniuncti.
21 Uoluntas principis pro. l. ⁊ ratione habetur in prouenientibus a iure positiuo.
22 Nepos potest dici filius ꝟm vocabuli ethymologiam, ꝓut etiam filij appellatione omnes liberi continentur.
23 An existens in quarto gradu ⁊ ex parte proaui, ⁊ ex parte aui equiparent̄, vt dispositū in vno procedat in altero.
24 Potentia testandi ⁊ codicillandi licet equiparentur, tamen si statuto quis priuetur potentia testādi, non tamen dicitur prohibitus codicillari.
25 Prouidens in vno casu censetur in alio noluisse ꝓuidere.
26 Statutum excludens matrem non tamen excludit patrē, licet pater ⁊ mater de iure cōmuni pariter admittantur.
27 Statutum admittens patruū ad exclusionem matris, non tamen admittit amitā, l3 de iure cōmuni patruus ⁊ amita pariter vocentur.
28 Dictio vsq3 an stet inclusiue vel exclusiue.
29 Uerba doct. incidenter prolata sine examinatione sunt parui momenti.
30 Uerba statutorum importantia aliq̄ cognationem, prout est verbum fratres, debent referri ad defunctum.

CONSILIVM VI

Per viam allegationum.

Dirigat Dn̄s verba mea in viam veritatis ⁊ iustitie. Jn cā Thome Sanctonis iustissimi iudices apertissima videtur iustitia in fauorē eius, ⁊ sic partes dominationū vestrarum fore in pronunciando bene iudicatū,
1 ⁊ male appellatū, †h3. n. ipse fundatam intentionem, ⁊ de iure cōi, q2 est in potiori gradu, q̄ sit eius aduersarius Jo. Felicis, vt in auc. post fratres, la. ij. ⁊ in corpore vnde sumitur. C. de legi. he. ¶ Jtem ⁊ de iure municipali, vt p3 in statuto scđe distinc. sub rubri. de successione collateralium ⁊c.

¶ Tota

¶ Tota ergo difficultas presentis casus pendet ex eo, quod
2 allegatur matrem defuncte in medio existere, † qua posita, vbi de iure cōi loqueremur res esset in ɔspicuo, q.s. ab ipsa matre tam actor, quam et reus excluderentur, vt in.§.ɔñs. in auc.de her.ab intest.col.ix. ¶ Sed attentis statutis ciuitatis nostre presertim statuto sub rub. inquantum succedant ascendentes &c. oriri videtur difficultas, nunquid ex quo vigore illius statuti Joānes predictus, vt agnatus videtur excludere matrem saltem a tribus quartis dicatur per hanc viam, & media persona matris predictum Thomam excludere. ¶ Et lz in hac difficultate (posito quod Joānes esset de agnatis a statuto comprehensis) multa hincinde dici possent tam pro ipso Joāne, quam pro ipso Thoma, ac et pro ipsa matre, ꝓpter ipsam perplexitatem, que inter eos reperitur,
3 cum quilibet ipsorum possit vti regula illa, † si vinco vincentem te, fortius vinco te, de qua in.l.de accessionibus.ff.de diuer. & tēporal.prescrip. Et mihi alias satis placuerit opi. Alex. in.l.illam.C.de colla.qui in casibus huiusmodi defert hereditatem matri sequens in ea difficultate dispositionem iuris cōis per multas rationes, de quibus ibi per eum, quod etiam egregie sequitur do.meus Soci.in ɔsil.xxviij. fuit quidam Petrus.iiij.volu.per to. Tñ pro nunc aliter non ꝓsequar, quoniam, vt statim demonstrabo, Joannes predictus non est de agnatis a statuto vocatis ad exclusionem matris, quo stante Thomas predictus est in aperta victoria presentis iudicij, cum ei non possit allegari per Joānem, ego excludo matrem te excludentem, ergo fortius te, quia (vt dixi) falsum est matrem per illum excludi, & per ɔñs sit illatio, quod existentia matris per.d. Joannem allega. eidem non patrocinatur. ¶ Quod autem Joānes non sit de vocatis per statutum ad exclusionem matris, ꝓbatur, nam statutum ad eius exclusionē in tribus partibus vocat parentes masculos ex parte patris, & aui paterni vsque ad quartū gradum &c. sed Joannes nō est talis, ergo &c. Pro cuius declaratione presupono, quod verba illa ex parte patris, & aui paterni &c. pñt in-
4 telligi duobus modis. ¶ † Uno modo comprehensiue.i. ex parte illa, sub qua pater, & auus comprehenditur, quo casu (sub dubio tñ loquor).d.Joānes posset fortasse dici ex parte patris, & aui paterni. ¶ Alio & scđo modo possunt.d.verba intelligi effectiue.i.ex illa parte, qua pr, vel auus effecit, & hoc modo intelligendo.d.Joānes non dicitur coniunctus defuncte ex parte patris, vel aui &c. sed ɔiungitur illi per personam abaui, & sic dici debet coniunctus ex parte abaui. Hac declaratione ita facta dico, quod illa verba debēt intelligi scđo modo, & sic effectiue. quod etsi pluribus rationibus possit ostendi, ex duabus precipue fundatur (in ceteris remittēdo me ad consilia tantorum patrum in simili casu alias fabrefacta, que dño sim. cōmodata fuisse noui, & ita ad manus vestras peruenisse.) ¶ Primo igitur probatur
5 predicta ɔclusio, & intelligentia, † quoniam in statutis debet semper fieri interpretatio, vt verba eorum aliquid operentur.l.si quando.de leg.i.c.si papa.de priuile.lib.vj.cum simi. & adeo, vt quolibet verbum et minimum debeat aliquid operari, vt inquit Bald.in rub.C.de ɔhen.emp. & est glo.singu.in.l.i.ff. quod met.cau. & alias dixit Pau.de cast.in ɔsi.cccxlvj.casus presens, in.iij.colū. quod nunquam est dandus intellectus per quem incidamus in superfluitatem, quando alius potest intellectus accōmodari, & ideo dicebat ibidem postea in fi.v.col. quod quid dicitur ex mente statuentium, & ex verbis colligitur, quoties sine tali interpretatione verba a statuto ꝓlata nullius essent effectus. Et presertim hoc fieri dz, si ex tali interpretatione minus leditur ius cōe.l.fi.§.in computatione.& ibi per doc.C.de iu.delibe.ponit Bal.in.l.i.C.qui bo. ced.
6 pos. ¶ † Immo ne in statuto reperiatur superfluitas, pñt, & debent verba impropriari, ſm quod singul. ponit Panor. in.c.pastoralis.in.ij.no.extra de appel. Sed in ꝓposito casu si illa verba acciperentur comprehensiue, magna resultaret superfluitas verborum predicti statuti. Ergo sequitur quod debent accipi effectiue, ſm quem sensum nulla reperitur superfluitas. Superfluitas aūt, quando aliter acciperemus, ɔstat, nam si cōprehensiue illa verba ex parte &c. acciperentur, & sic ſm vos importarent agnationem simpliciter, satis erat dicere ex parte patris, & sic verba illa, & aui, superflue apposita essent, immo quod fortius est, dico, quod illa verba oīa ex parte patris, & aui paterni, superflua essent, vbi vellemus cōprehensiue accipere, & sic pro agnatione, nam id verba sta-
7 tuti importabant sine illis verbis, † si quidem illa verba parentes masculi &c. posita in tali statuto excludente matrem ꝓpter masculos comprehendunt tantum agnatos, vt egregie declarat Bald.in.c.i.quemad.feud.ad fil. perti. ponit Ange.ɔsil.cclxxxij.inaduertentia statuentium, & ita cōiter tenetur, ꝓut refert & sequitur recolende memorie auus meus do.Maria.soci.in ɔsi.xxxj.ꝓsequendo ordinem, in.iij.col. Si ergo statutum agnatos tantum volebat comprehendere, & eos simpliciter iam satis erat dictum per illa verba parentes masculi, neque erat necesse subiungere ex parte patris &c. cum illa verba remaneant sine effectu aliquid operandi ꝰ predicta, accipientur ergo effectiue, & plurimū operabuntur, & erit talis statuti sensus, ad exclusionem matris in tribus quartis vocentur parentes masculi, & sic agnati, hi tñ non simpliciter, & generaliter vocentur, sed ista generalitas agnatorum, vt.s. vocatorum duobus modis per statutum restringitur. ¶ Primo quod non omnes agnati, sed illi tm̄ vocentur, qui reperiuntur coniuncti defuncte persone ex parte patris vel aui paterni, & sic excludātur omnes alij, qui essent ɔiuncti ex parte proaui, abaui, vel aliorum superiorum. ¶ Scđo restringitur, vt predicti non oēs vocentur, sz tantum qui sunt.J.quartum gradum ſm ius canonicum compu-
8 tandum, de quo in fi.aliquid penam. ¶ † Scđo probatur predicta conclusio, quia in dubio semper dz fieri statuti illa interpretatio, per quā minus leditur ius cōe, & minus tertio preiudicetur, nam cum sit statutum exorbitans dz stricte intelligi, & quantum potest restringi per iura vulgaria, quod procedit et si statutum esset fauorabile.l.nec auus.& ibi Bald.C. de emancipa.libe.tradit Inn.in.c.dilecti.extra de dona.&
9 ponit Bal.in.l.i.C.de suc.edic. † vbi ɔcludit quod statutū excludens feminas pp patruum non hz locum in patruo magno, & idem alias ɔsuluit Bald.vt refert, & sequitur Pe. de anchar.in.c.i.in.xxiiij.q.prin.extra de ɔsti.& idem et consuluit auus meus prealleg.in ɔsi.xxx.quamuis ex his, vbi vult quod ita stricte talia statuta sint intelligenda, vt non extendantur et ex maioritate rationis, vt ibi per eū, & alias patruus, & do.meus do.Bartho.soci.in ɔsi.ix.viso statuto, in.iij.vo-
10 lu.ɔsuluit, † quod statutum excludens sorores pp patruum nō procedit in filijs patrui, lz fortasse tale statutum respectu patrui videatur fauorabile. Sed sic est, quod si interpretetur statutum nostrum in illis verbis ex parte patris &c. effectiue minus leditur ius cōe cum pauciores vocentur ad exclusionem matris, & sic minus ipsi matri preiudicetur ergo &c. ¶ Quod et
11 ex eo solo (vbi alia non vrgerent) dici debet, † quoniam semper verba statuti dubia, cum agitur de exclusione matris debēt intelligi, & debent accipi in eum sensum, per quem mater in successione, & in luctuosa filij sui hereditate ɔseruatur, arg.l. fi.C.de insti.& substi.& ita in simili casu signanter dixit Fulgo.in ɔsi.lxxiiij.infans post mortem patris in.ij.col. ¶ Insuper quod in statuto nostro talia verba ex parte patris &c. sint effectiue intelligenda comprobatur auctoritate quamplurium ex patribus nostris, & ¶ Primo Bar.in ɔsi.lxxxv.in.q. predicta, vbi vult, quod statutum admittens ad exclusionē matris &c. ɔiunctos ex paterna, vel aui paterni linea, debeat effectiue interpretari. ¶ Scđo Bal.in ɔsi.cccxxj.testō cauetur.i.vol.vbi idem in simili concludit. ¶ Tertio Salyc. in ɔsil.inserto inter ɔsil.Bal.nu.cccxxxiiij.in qōne, quae vertitur in.iij.vol.qui vult, quod substitutio facta de ꝓximioribus ex linea talis intelligatur effectiue. ¶ Quarto Nelli de.s.Geminia.in tract.bani.in.i.parte primi temporis in.ix.questi. ¶ Quinto Areti.ɔsi.xxxix.in facto dicitur, qui ambo similia verba effectiue interpretantur. ¶ Sexto Soc.patrui nostri, qui multum clare quasi omnia predicta referens in consil.xxxiij.circa presentem.v.col.iij.volu.similia verba effectiue interpretatur. ¶ Septimo do.Pet.phil.cor. in consil.cccxix.videtur prima facie.iij.volu.vbi verba ex progenie talis dicit esse effectiue interpretanda, sed quia hec omnia, & alia multa iustissimi iudices poteritis in ɔsil. predictis videre, iccirco vltra non prosequar, inter que consilia etiam inuenietis, quod hanc partē in indiuiduo in statuto nostro Senensi firmauerunt inter ceteros tria nostre tempestatis luminaria magna, vz do.Philip.dec.& do.Caro rui.& do.

Vincentius de herculanis Perusinus, ac etiam alij quidam celebratissimi iurisconsulti. ¶ His sic positis dico, ꝙ adducta per vos contra predictã cõclusionem minime ob-
13 stant, & iam ex predictis apparet fere omnium solutio, verũ vt ordinate tollantur omnia,† dico in primis non obstare, ꝙ alias appellatione aui comprehendatur proauus, & alij per.l.cui eorũ.§.affinitat.ff.de postul. Quia primo respondetur, ꝙ id non procedit, qñ verbum aui ꝓfertur a lege, nisi iñ tractaretur de cõmodo illius proaui &c. argu.l.palam. alias incipit, lege ita cauetur.§.hoc capite.ff.de ri.nup. Et ita in simili casu in proposito nostro respondit Bart.in.d.
14 cõsi.lxxxv. que solutio cõfirmatur,† qr alias appellatione filiorum a lege prolatorũ non veniunt nepotes.l.sed & milites.§.i.ff.de excusa.tut. ¶ Preterea & scđo respondetur,
15 ꝙ id non procedit, vbi cõis vsus loquendi aliter se h3† ſm quem ẽt statuta debent intelligi.l.librorũ.§.quid tñ cassius. & ibi doc.de leg.iij.cum simi. Sed ſm cõem vsum loquendi (ꝓut ẽt attestatur Bar.in.d.consil.lxxxv.) ꝓauus, & alij non veniunt appellatione patris, vel aui, ergo &c. ¶ Potest & aliter responderi, vt in consil. predictis, ad que (cum penes vos sint) me remitto. ¶ Nec ob. ꝙ scđo allegatur, v3 qr in princi. statuti verbum ex linea intelligitur comprehensiue, similiter debet intelligi verbum ex parte in eodẽ statuto positum, vt.s. vna pars statuti declaret aliam.l.qui fi-
16 liabus.de lega.i.† Quia respõdetur hoc nihil facere, nã regula.d.l.qui filiabus.ꝓcedit qñ verbum dubium reperitur a testatore vno modo declaratum, quod tñ poterat aliter accipi, tunc aliud verbum dubium similiter debet intelligi, & ita est casus illius.l. & ita ẽt procedit consil. Abb.xxxvij. i.volu.in cõtrium allegatum, prout recte intuenti apparebit, sed iste non est casus noster, siquidem verbũ ex linea in principio statuti positum non dicitur esse dubium per statutum declaratum, sed clarum est, & vnicum tantum sensum potest recipere, vt.s. sumatur comprehẽsiue, qm̃ loquitur de ascendentibus ex linea talis, impossibile.n. tunc esset velle, ꝙ intelligatur effectiue, cum de superioribus loquatur, qui non efficiũtur, sed efficiunt potius. Et ꝓpterea ab illo verbo ita intellecto ex necessitate, non potest sumi declaratio sequentium verborũ &c. Sicut si diceret Titium filium meũ instituo, & postea dicerẽ filijs meis relinquo &c. Et si vellemus, ꝙ ex quo.s. verbum filius intelligitur tantum de masculo, cum ad Titium referatur, ita ẽt de masculis tantum intelligantur illa verba filijs meis. Esset.n. insipida argumentatio, sed tunc talis argumentatio esset bona, qñ in eodem testamento verbum filiorũ simpliciter prolatum, & non ad certam personam relatum testator declarasset se intelligere de masculis tantum. ¶ Preterea potest dici & scđo modo responderi, ꝙ id esset verum, vbi ex declaratione, & intelligentia tali non resultaret superfluitas verborum in statuto
17 positorum, ꝓut in casu nostro resultaret, si comprehensiue talia verba acciperentur, vt.s. dixi.† Omnis eni3 alius sensus est accipiendus in statutis, & fugiendus ille, per quẽ statutum remaneret superfluum, vt inquit singulariter Pau. de cast.in.d.consi.cccxlvj.in.iij.col. & idem paulopost in fi. v.col. vt ẽt.s. dixi. ¶ Nec etiam ob. tertium argũ. dum dicitur, ꝙ (cum statutum hoc in capite inclusiuo parentu3 masculorum sit fauorabile iuxta dicta Bal. & aliorum in.l.venia.C.de in ius vocã.) debet late intelligi ẽt in casu lato, &
18 improprio &c.† Quia respondetur primo ꝙ doctri. Bald. procedit, vbi illud caput inclusiuum haberet pro sua vnica ratione, fauorem agnationis conseruande, & ob illam rationem mater excluderetur, qđ in casu nostro non est, nam cum in tali statuto ratio illa non sit scripta non potest dici, ꝙ sit vnica, cum possint, & alie allegari. Nec ob illam rationem mater excluditur, cũ excludatur & per sororem, & per filios sororis, per quos non conseruatur agnatio, immo ꝙ est fortius in plus admittũtur predicte persone ad exclusionem matris, qm̃ in totu3 excludunt, q̃3 admittantur agnati qui solum in tribus quartis excludunt, & hec probantur ex his que voluit Alex.consi.lxxx.viso & animaduerso titulo qõnis premisse.i.volu. & do. Maria.soci.auus meus in cõsil.i.in casu.s.narrato, & maxime hoc procedit in casu nr̃o, vbi frater, soror, & ipsorum filij per nomina naturalia vocantur, vt inquit Alexã.in.d.consi.lxxx. & sic isto casu non fiet, neq3 fieri poterit extensio etia3 de capite inclusiuo, & adeo, vt nec ex maioritate rõnis fieri possit, vt inquit auus meus in.d.consi.xxx. & iam dixi. ¶ Vel & scđo respondetur, ꝙ (posito ꝙ statutum ex capite inclusiuo dicatur fauorabile) etiam fauorabilis dispositio non extenditur ad correctionẽ iuris cõmunis, & ad lesionem iuris tertij.l.nec auus.C.de emancip.lib. vbi Bal. & Inno.in.c.dilecti.extra de donat.
19 † Et id l3 statutum excludens matrem ꝓpter patruũ sit ex parte patrui inclusi fauorabile, nõ tñ extenditur ad patruũ magnum, ne.s. fiat tam magna correctio iuris cõis, & in hoc matri preiudicetur, ita Bal.in.l.i.C.de success.edi. & s. testigi in scđo fundamento. Minus ergo in casu nostro statutum loquens de coniunctis ex parte aui extenditur ad coniũctos ex parte abaui, maxime qr verba in statutis dẽnt intelligi per prius, & de auo simpliciter, non per posterius, &
20 de auo cum adiuncto,† & alias recte consideranti apparebit, ꝙ maior est ratio, vt includantur illi, qui coniunguntur per patrem, & auum, q̃3 illi, qui per abauum, tum qr illi coniunguntur per ꝓximiores, cum ẽt qr videntur quodãmodo transuersales inferiores, qui semper cẽsentur a lege magis dilecti.vt in auct.post fratres.la.i.C.de legi.her. & hoc plenius in consil. inuenietis declaratum. ¶ Nec etiã ob. quartum fundamentum, dum dicebatis ꝙ statutum nostrum dicitur habere vnicam rationem.s. fauorem agnationis, ſm Ro.consi.xxxij.visa municipali, & Pau.de cast.in.d.consil.cccxlvj. Quia vt ex predictis constat, respondetur, ꝙ hoc est falsum, cum alias personas admittat, per quas agnatio non cõseruatur, vt.s. dixi. ¶ Vel si vis dicere, ꝙ immo statutum voluit fauere agnationi, rñdetur, ꝙ erit verum, sed non simpliciter & indefinite, sed prefinite, & terminate agnationi, v3 illis agnatis, qui coniunguntur per patrem, & auũ effectiue. Item & qui reperiuntur cõiuncti defuncto eo modo.i.tñ quartum gradum, vt.s. dixi declarando sensum statuti nostri, & sic remanet, ꝙ ratio conseruande agnationis cum per statutum non possit dici simpliciter cõsiderata, sed prefinite, & terminate, non operabitur, vt statutum extendatur vltra terminos eius. ¶ Nec est verum, ꝙ eadem ratio sit (diligenter statuto considerato) vt vocentur coniũcti per abauum, sicut per auum, tum qr vt.s. dixi, maior est ratio in
21 coniunctis ex parte patris, & aui,† cum ẽt qr pro ratione sufficeret allegare statuentium voluntatem, cum simus in ꝓuenientibus a iure positiuo, vbi voluntas principis pro lege, & ratione.l.hr̃.iuxta not.in.l.i.§.sexum.ff.de postula. Fuit autem statuentium voluntas tantum includere coniunctos ex parte aui, & patris, qr de eis solum dixit, non aũt proaui, vel abaui, qr non dixit iuxta.l.vnicam.§.si autem a deficientis.C.de cadu.tol. ¶ Et in eo, ꝙ dicitis maiorem esse rationem, vt coniuncti per abauum dicantur coniuncti per auum, q̃3 ꝙ appellatione filij veniat nepos, dico hoc in ꝓposito nostro falsissimum esse, posito, ꝓut.s. posui, & firmaui, ꝙ illa verba ex parte &c. intelligantur effectiue, nam ꝙ descendentes ex abauo veniant appellatione descendentiũ ex auo, nedum non dicetur congruum, sed dicetur ridiculũ, vt de se p3, qđ non ita est in filij determinatione, vt.s. in ea
22 contineatur nepos,† cum alias, & ipse nepos possit dici filius ſm ethimologiam vocabuli, de qua per glo.in.§.fi.insti.qui test.tu.da.pos. & alias ẽt dicit tex.in.l.filij.ff.de ver. sig. ꝙ filij appellatione omnes liberi continentur. ¶ Nec ob.quintum arg. vestrum, in quo dicebatis, ꝙ matre cessante, tertius gradus ex parte abaui excluderet (de iure cõi loquendo) quartũ gradum ex parte aui &c. qm̃ respondetur, & est aduertendum, qm̃ in hoc iacet aliquis error, nam presupponitis dari tertium gradum transuersalium ex parte abaui, qđ tñ est falsu3, qr primus transuersalis ex pte abaui dicit esse in quarto gradu. ¶ Verũ possetis hoc dicere in tertio gradu ex parte proaui, sed tunc rñdetur, ꝙ non est veru3, ꝙ quartus gradus ex parte aui admittatur, qm̃ vt.i. dicam quartus gradus excluditur, & alij vsq3 ad eu3 exclusiue includuntur, & sic tantum tertius gradus ex parte patris, & aui dicitur inclusus. ¶ Et si dñationes vestre dicerent etiam hoc stante cum primus transuersalis ex parte proaui sit ẽt in tertio gradu, cur non simul admittuntur iuxta dispositionem, & iuris communis, & iuris municipalis sub rubrica de successione collateralium. Respondetur ꝙ

vbicunq3

vbicunq; simul certarēt, id procederet de plano quod esset
vbi mater non esset in medio, sed vbi mater est in medio,
que iam omnes de iure cōmuni excluderet, ꝙ vnus magis
q̄ alter vocetur ad exclusionem matris, id ꝓuenit, ex pro-
uisione statuti, ⁊ rationibus .s̄. allegatis, ⁊ sine alterius iniu
ria, cum iam per matrem esset exclusus. Ad que optime fa
ciunt not. per Pau. de cast. in .l. si defunctus. C. de legi. he-
redi. ¶ Preterea si quis recte ponderet ēt in casu, in quo
consuluit Bar. in .d. ꝯsi. lxxxv. ⁊ patruus meus Soci. d. cō
sil. xxxiij. ⁊ alij, de quibus .s̄. vigere inueniet idem absurdū
(si ita dici potest) ⁊ nihilominus eo non obstante voluerunt
predicti verba illa ex linea, ⁊ similia debere intelligi effe-
ctiue, si ergo intelligemus in casu nostro verba illa ex parte
patris, ⁊ aui ⁊c. effectiue, quāq̄ ex eo videatur sequi ab-
surdum illud, tam ⁊ si credam (vt iaȝ dixi) id in se nihil ab-
surditatis ꝯtinere. ¶ Nouissime non ob. sextū de equipa-
ratione duaꝝ personarū per .l. antiquam facta ⁊c. qm̄ mul-
23 tum de facili respondetur, † ⁊ ideo dico, ꝙ non est verū, ꝙ
de iure cōmuni existens in quarto gradu ex parte proaui, ⁊
ex parte aui equiparentur per viaȝ regule (qd̄ requiritur, vt
dispositum in vno ꝓcedat in altero iuxta dicta doc. in .l. ij.
de lega. i.) sed reperiuntur pari passu ambulare a casu, q̄ .s.
pariter, seu pari gradu defuncto coniunguntur, non aūt di
citur de hoc facta regula. ¶ Uel scḋo dicas, ꝙ illud ꝓce-
dit in his, que disponerentur per .l. illam. que talem fecisset
24 equiparationem, non autem si per aliam .l. † Et hinc vide-
mus, ꝙ lȝ alias potentia testandi, ⁊ codicillandi equiparen
tur, vt in .d. l. ij. tn̄ si statuto priuetur quis potentia testādi,
non tn̄ dicitur prohibitus codicillari ſm magis veram opi.
doct. in .d. l. ij. quicquid ibi dixerit Bar. Et hoc q̄ non di-
citur eadem ratio ꝓhibendi, prout hoc anno ego tenui in.
d. l. ij. vnde cum in casu nostro equiparatio presupponatur
de iure cōmuni, dispositio vero de iure municipali non ꝓce
det .d. argumentatio, ⁊ maxime q̄ vbi statutum voluisset
eos ita pariter admitti, vel dimisisset in dispositione iuris
cōmunis, vel si fuisset opus prouisione, ꝓuidisset in vtroq;.
25 † Cum ergo in vno tantum prouiderit censetur in alio no-
luisse ꝓuidere arg. l. cum pretor. de iudi. ff. ⁊ .l. vnice. §. siuau
tem ad deficientis. C. de cadu. toll. ¶ Et ꝙ ista argumen-
26 tatio saltem in casu nostro non ꝓcedat, probatur, † naȝ pa-
ter, ⁊ mater de iure cōmuni pariter admittuntur, pone mo
do (ꝓut in statuto nostro) ꝙ statutum excludat matrem, an
27 etiam ex hoc dicatur excludere patrem? ⁊ certe non. † Iteȝ
de iure cōi patruus, ⁊ amita pariter vocantur, pone modo
ꝙ statutum admittat patruum ad exclusioneȝ matris, an ēt
dicetur admissa amita? Et certe non, q̄ .s. statutum loq̄tur
de patruo tantuȝ. Ita ergo in casu nostro, lȝ alias per se ter
tius gradus ex parte aui, ⁊ ex parte proaui pariter de iure
cōi vocentur, tamen vbi statutum ad exclusioneȝ matris vo
cat tertium gradum ex parte aui, non ꝓpterea dicetur vo-
casse ēt tertiū gradū ex parte ꝓaui per predicta. ¶ Et ex
his ꝯcluditur ex vestris arg. nō obstātibus verba ex parte
patris ⁊c. debere intelligi effectiue, ⁊ per ꝯñs Ioāneȝ pre-
dictum actorem non esse de comprehensis a statuto ad ex-
clusioneȝ matris. ¶ Scḋo principaliter, ⁊ breuiter ex alio
dico, ꝙ Ioānes non potest dici de comprehensis a statuto
ad exclusionem matris, qm̄ .s. dum statutum vocat parētes
masculos vsq; ad quartum gradum dȝ intelligi exclusiue,
hoc est, ꝙ vocentur omnes vsq; ad quartū gradū .s. d. quar
to gradu excepto, ⁊ excluso, sed .d. Ioānes dicitur esse de-
functe in quarto gradu cum coniungatur per abauum, iu-
xta gl. ⁊ doct. ⁊ precipue Abba. in .c. fi. extra de ꝯsangui. ⁊
affini. ergo non dicitur esse de vocatis ad exclusionem ma-
28 tris. ¶ † Quod autē verbū illud vsq; debeat interpretari
exclusiue ꝓbatur ex cōi regula posita per Cyn. in .l. a cali-
gato. C. de nup. quam ibi sequuntur Bal. ⁊ Saly. ⁊ Bar.
in .l. patronus. §. sempronio. de legat. i. ⁊ in .l. meminisse. ff.
de offi. proconsul. ⁊ Ioā. and. in .c. i. de ordi. ab episcopo. ⁊
ibi post eum Cardinal. Ant. de but. ⁊ Abb. qui regulari-
ter concludunt, ꝙ terminus, cui adijcitur dictio vsq; inclu-
ditur, vel excluditur a dispositione, ſm q̄ amicabatur vel
inimicabatur legi, si enim terminum illum includi est ami-
cum, ⁊ consonum legi includitur, ⁊ sic dictio vsq; stabit in-
clusiue, si vero potius inimicabitur, tunc secus, sed sic est in
casu nostro, ꝙ quartum gradum includi inimicatur legi, ⁊
iuri cōmuni, qm̄ plures vocantur ad exclusionem matris
cōtra regulas iuris cōmunis, ergo sequitur ꝙ quartus gra
dus, ⁊ sic terminus, cui adijcitur dictio vsq; debet a disposi-
tione statuti excludi, ⁊ sic ꝙ dictio vsq; debet intelligi exclu
siue. ¶ Et vltra predicta, ꝙ in terminis nostris exclusiue
ponatur alias ponderabam, ꝙ ita intellexit hoc statutum
Cor. consi. suo. cclxxvj. constat matrem, in. iiij. volu. in. iij. co
lum. vbi de hoc nostro statuto loquens, dicit pro decisione
casus sui presupponendum esse, ꝙ hoc statutum habet duo
capita, aliud exclusiuum matris, aliud inclusiuum agnato-
rum vsq; in tertium gradum, ⁊ sic manifeste vult, ꝙ inclu-
sio agnatorum, fiat tantum vsq; in tertium gradum, quar-
tus vero gradus remanet exclusus, ⁊ lȝ ibi non examinet,
hoc facit, tum q̄ hoc non faciebat ad casum suum, tum ēt,
q̄ iam apud eum erat exploratissimum per .s̄. allegataȝ re
gulam Cy. ⁊ alioꝝ. ¶ Preterea addo nunc, ꝙ ideȝ in sta
tuto nostro sentit Pau. de cast. in transcursu verboꝝ in .d.
consi. cccxlvj. in. iij. col. versic. nunc ad partem contrariam,
vbi in ꝓposito suo dicit, ꝙ patruus magnus ex statuto no
stro admittitur, q̄ est .ī. quartum gradum, quasi sentiat quē
esse .ī. quartum gradum, esse vnum de requisitis per statutū
quo stante sequitur, ꝙ quartus gradus dicatur exclusus, sȝ
tantum vsq; in tertium gradum se extendat caput inclusi-
uuȝ statuti nostri, prout dicebat Corn. in loco preallegato.
¶ Si igitur vt ex predictis ꝯstat Ioānes non est de voca
tis ad exclusionem matris, tum q̄ est vltra tertium gradū,
cum etiam q̄ coniungitur per abauum, sequitur, ꝙ existen-
tia matris ei nullo mō opitulatur, ⁊ per ꝯñs, ꝙ Thomas
sanctonis in aperta victoria reperitur. Laus Deo.

Mar. Soci. iunior. I. U. D. Senis legens.

¶ De eadem materia, ⁊ ideo non facit numerum.

Dirigat Dominus verba mea in viam verita
tis ⁊ iustitie. Iustissimi iudices circa
motiua nouiter contra Thomam ad nos transmissa, quate
nus primo loco Cor. ꝯsi. lvij. videtur prima facie. ij. vol. vi-
detur velle, ꝙ in statuto nostro ēt in quarto gradu coniun-
29 cti vocentur ad exclusionem matris. † Respondetur ꝙ .d.
verba sunt ab eo incidenter, ⁊ absq; aliqua examinatione
prolata, ⁊ sic sunt parui momenti, presertim cum ipse idem
Corn. in consil. cclxxvj. constat matrem in. iij. col. in princi.
iiij. volu. ꝯtrarium videatur velle, vt in allegationi. deduxi.
¶ Preterea posito, ꝙ ita Corn. vellet, moueretur ex suo
capite, ⁊ sine aliqua ratione, ⁊ contra cōmunem theoricam
Cy. ⁊ aliorum in .l. a caligato. C. de nup. ⁊ alibi, prout in al
legationibus ⁊ in consil. que penes vos sunt. ¶ Et vbi nul
la esset ratio huius intelligentie .s. ꝙ dictio vsq; stet exclusi-
ue, sufficere deberet auctoritas tantorum patrū, qui in indi
uiduo super hoc puncto alias in simili casu consuluerunt,
qui (nisi fallor) debent (cum multi sint ⁊ primarij iuriscōsul
ti) preponi omnes simul ipsi Corn. soli, ⁊ eius auctoritati.
Et hec quo ad primum dubiuȝ. ¶ Quo ad scḋm dū Cor.
eodem consil. colū. iiij. ver. preterea, videtur velle, ꝙ filius
fratris amitini dicitur quo ad amitinum coniunctus ex la-
tere patris, ⁊ auie paterne, ⁊ sic videtur ꝙ velit verbū ex la
tere debere accipi comprehensiue, respōdetur duobus mo
dis. ¶ Primo, prout ēt .s̄. in alio dubio dixi, vȝ ꝙ Corn.
loquitur super hoc incidenter ⁊ non examinando an com-
prehensiue, vel effectiue talia verba sint assumenda. Et in
hoc magis credam Bar. Bal. Saly. Soci. Nel. Aret. ⁊
ipsimet Corn. qui omnes similia verba, ⁊ in statutis, ⁊ in te
stamentis effectiue semper acceperunt, vbi maxime pone-
bantur ad correctionem iuris cōmunis, vt in allegationi-
bus deduxi, ⁊ plenius in consilijs videre poteritis. ¶ Se-
cūdo respondetur (ꝙ lȝ ita dixerit Cor. qd̄ nihil aliud fuit,
q̄ dicere statutum voluit loqui de masculis agnatis, quod
in se est verissimum, ⁊ probatur ponderando verba illa pa-
rentes masculi, cum ponantur ad exclusionem feminarum,
iuxta dictum Bald. in .c. i. quemadmo. feud. ad fi. perti. ⁊
dixi in allegationibus) tamē quantū pertinet ad intelligen
tiam statuti, dico, ꝙ si ille Apollonius coniungeretur per
masculum admitteretur, quoniam diceretur coniunctus ex

parte aui persone defuncte, & de tali parte patris, & aui intellexit statutum, quia semper si recte ponderetur loquitur respectu persone defuncte, & licet ille Apollonius dici possit coniunctus Dominico ex parte auie sue, immo, & patris sui, tamen non dicetur coniunctus ex parte aui defuncti, neque ipse defunctus potest dici coniunctus ipsi Apollonio ex parte aui. d. Apollonij, sed ex parte proaui, & hec si recte considerentur, tollunt omnem difficultatem. ¶ Et quod talia verba debeant referri in statuto nostro respectu persone defun
30 cte facit consil. Roma. xvi. viso themate, † qui dicit quod verba statutorum importantia aliquam cognationem, prout est verbum fratres &c. debent referri ad defunctum, & ita fiet in casu nostro per eius rationem. ¶ Et licet Jas. in. l. i. ij. colum. C. de success. edi. in casu illo reprobet consil. Ro. tamen ea ra
21 tione reprobat, † quia semper verba statuti sunt accipienda in eum sensum, secundum quem minus offenditur ius commune, quod dictum magnifacio in casu nostro, & videtur determinare nostram questio. quoniam si dicam tantum ad personam defunctam referri debere verba illa. ex parte patris, & aui, vt minus ledatur ius commune, & pauciores admittantur ad exclusionem matris, sicut Jas. ibi vult, quod verbum fratribus in casu suo referatur ad personam filiorum, vt pauciores vocentur ad exclusionem ipsarum, & hec currenti calamo, & a studio lectionis vocatus. Laus Deo.

Mar. Soci. iunior, aliter Soci. nepos Senis. 1516.

¶ Et secundum istas precedentes allegationes fuit iudicatum Senis ab excellentissimis iudicibus Rote confirmantibus sententiam iudicis a quo.

CASVS

¶ Casus super quo petitur consilium talis est. Moritur Joannes intestatus superstite matre, & quidam Sempronius asserit se agnatum. d. Jo. defuncti in tertio vel quarto gradu, & licet de iure communi successio aperto iuri matri deferretur, ex forma tamen iuris municipalis exclusa matre hereditas agnato vsque ad quartum gradum pro tribus partibus defertur. Modo. d. Sempronius agnatus auctoritate iuris municipalis petit illam hereditatem a matre defuncti, que illam possidet. Opponuntur plurima contra eum (& inter cetera) quod ille Sempronius non est subditus iurisdictioni ciuitatis, vbi res agitur, nec est conferens in grauedinibus eiusdem ciuitatis, prout requiritur ad hoc, vt quis possit ex forma statuti succedere stante alio statuto in eadem ciuitate sub infra scripto verborum tenore.

¶ Et dato, quod talis esset, prout statutum requirit, (quod tamen est falsum) dicitur quod illud non est probatum, debebat enim ille Sempronius ad fundandam intentionem suam dicere, & probare se esse subditum, & conferentem, prout in statuto dicitur, cum illud sit qualitas a statuto adiecta ei, qui succedere iure municipali intendit.

¶ Queritur nunc, que sint future partes iudicis? verba autem statuti, de quo. s. fit mentio sunt. i. scripta. videlicet.

¶ Jtem prouiddero, & ordinaro, che tutti li statuti del nostro comune, che parlano de le successioni, testamenti, codicilli, donationi causa mortis, & altre vltime volunta non si intendino, ne habbino luogo per alcuno modo in fauore di quelli, i quali non sono sottoposti alla nostra iurisdictione & conferenti alle grauezze della citta, o contado nostro, a quali non conferenti, & non sottoposti si obserui ragion comune, non obstante qualunche statuto, o consuetudine, che in contrario facesse.

¶ Jtem presupponitur, quod asseritur extare aliud statutum, quo cauetur quod in causis procedatur summarie sine figura iudicij, sola facti veritate inspecta &c.

SVMMARIVM

¶ De statuto requirente aliquam qualitatem, vt quis gaudeat beneficio statutorum, quod debet illa qualitas probari per eum, qui vult statuti beneficio gaudere.

1 Veritas per se splendens verborum adminicula non desiderat.

2 Statutum ad effectum sue dispositionis quando requirit aliquam qualitatem, fundans se in eo, debet dictam qualitatem in sua petitione deducere, & postea eam probare.

3 Statuto si caueatur, quod ad hoc vt quis possit vti certo modo agendi, debeat esse ciuis comitatinus vel de iurisdictione, dato quod sit talis, non poterit obtinere in iudicio, nisi probet se esse talem.

4 Reus in exceptionibus actoris parte fungitur.

5 Probatio negationis naturaliter est nulla.

6 Unum statutum declarat aliud.

7 Non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse.

8 Ciuitas aliqua licet in superiorem recognoscatur ab aliquibus, non tamen sequitur ergo sunt subditi & de districtu: nisi probetur.

9 Presumptio licet releuet aliquem ab onere probandi, non tamen releuat ab onere preponendi, & allegandi, cum qualis iuris presumptio debeat articulari, licet non probari.

10 Prelatus accusatus quod fecerat assassinari quendam hominem, ideo inciderat in penam. c. i. de homicid. loquentis de christiano assassinato fecit se liberare, eo quia non erat probatum, quod ille assassinatus esset christianus, licet vere esset christianus.

11 Statutum dicens quod procedatur sola facti veritate inspecta, licet tollantur alique solemnitates, non tamen tollitur probatio, & infra nu. 13.

12 Reus negans aliquam qualitatem requisitam non esse in persona actoris, an debet suam negatiuam probare.

14 Verba ista sola facti veritate inspecta, quid operentur.

15 Judex debet iudicare secundum acta & actitata.

16 Judicis assertioni non est standum, sed hijs que in iudicijs per tabellionem scripta sunt.

CONSILIVM VI

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie. Jn premissa consultatione breuibus instabo, cum res sit
1 satis clara, † & veritas ipsa per se splendens verborum adminicula non desideret, vt inquit text. in. l. i. C. si minor. ab hered. se abstin. concludenter igitur (posthabita ad partes argumentatione) loquendo, dico, quod partes iudicis (stantibus in themate propositis) sunt in absoluendo matrem. d. Joan. in tali iudicio conuentam. ¶ Que conclusio clare probatur, nam ex illo statuto quod incipit, item prouiddero & ordinaro &c. iuncto statuto de successionibus loquente preter, vel contra ius commune sumitur ista conclusio, quod quicunque intendit ex forma statuti contra ius commune succedere debet habere in se duas qualitates, prima quod sit suppositus iurisdictioni statuentium, secunda, quod sit conferens grauedinibus, & oneribus. i. quod eas, vel ea sufferat. Sed in proposito predictus Sempronius non habet in se qualitates, ergo &c. Jpse enim vt mihi asseritur, nihil possidet, & vagatur, & modo huic, modo illi famulatur. ¶ Sed posito (absque veritatis preiudicio) quod predictas habeat qualitates (quod per ream conuentam omnino negatur) adhuc, & concludenter dico
2 matrem in casu nostro absoluendam, quod aperte probatur, † quandocunque. n. statutum ad effectum sue dispositionis requirit aliquam qualitatem, quicunque illo nititur statuto, debet deducere in petitione qualitatem a statuto requisitam, & postea eam probare, prout determinat Bar. in. l. i. §. quod autem ait. ff. ne quid in loco pub. & in. l. absit. C. de priuileg. Domi. aug. lib. xi. vbi dicit omnino verba statuti attendenda esse, & sic secundum ea petendum est, & ita etiam videtur velle Bald. in. l. edita. in verbo circa sextum &c. C. de eden. & in. l. si quis non dicam rapere. in. iij. col. C. de episc. & cler. & dixit Alex. in consi. iij. in causa, & li te verteute. ij. col. ver. vnde dico & c. ij. volu. & Corn. in consil. 50. in hac consultatione. in. iij. volu. & Deci. in consi. xviij. viso puncto. ij. col. & ita communiter ab omnibus tenetur, sed iste semper in petitione, ne alibi vnquam in processu, & prosecutione cause dixit, & minus probauit se suppositum, & conferentem, vt in statuto requiritur. Merito debet succumbere. ¶ Et vltra predicta conclusio. s. firmata comprobatur per ea, que voluit auus meus do. Maria. soci. cuius nomen (& si indigne respectu eius eminentissime doctr.) represento in consi. suo. lv. in causa,

3 in causa,⁊ q. vertente inter sensum Pauli falere ⁊c.† vbi cósuluit, ꝙ stante statuto, ꝙ ad hoc vt quis possit vti certo modo agendi debeat esse ciuis comitatiuus, vel existens de iurisdictione, dato ꝙ quis sit talis, non poterit obtinere in iudicio, nisi(vt vtar verbis suis) per formalia verba statuti ponat,⁊ ꝓbet se esse ciuem comitatiuū, vel de iurisdictione. ¶ Et ratio est ſm eum q: qualitates a statuto requisite sunt diligenter intentande, nec beneficio statuti vti possumus nisi verbis ipsius statuti vtamur, ꝓut ibi ipse sapiēter, ⁊ plene deducit. Et sic quasi in indiuiduo ibi determinatur casus noster, vt.s. nisi ipse Sempronius deducat,⁊ probet per verba formalia statuti se esse subditū,⁊ ꝯferentē dꝫ succumbere. ¶ Nec cóclusioni predicte ob. si dicatur, ꝙ imo ipse non tenetur hoc probare, quinimo probatio in ꝯtriū dꝫ fieri per ream conuentam. ¶ Primo q: ipse hoc non dicit, sed rea conuenta dicit illum non suppositū, ergo illa dꝫ

4 probare vulgata.l. verius.ff.de ꝓbat. cum simi.† cum in exceptione reus actoris partibus fungatur, vt.l.i.ff.de exce. ¶ Scdo q: statutum in quo se fundat ipse, nullam desiderat in eo qualitatem, de qua.s. merito illam non dꝫ probare. Et lꝫ postea aliud statutum id velit, dicendo ꝙ statuta loquentia de successionibus non hꝫ locum in fauorem non suppositoꝝ,⁊ non conferentium ⁊c. illud videtur velle limitando primum statutum, qui ergo se fundat in illo secundo statuto limitatorio dicēs.d. Sempronium non esse suppositum,⁊ conferentem, dꝫ illud probare, alias stabitur regule primi statuti. ¶ Qm̄ respondetur,⁊ presuppono ꝙ mater rea conuenta ꝓprie nil ponit, sed ꝙ ab actore dicitur, seu

5 dici deberet, negat,† cuius quidē negationis probatio naturaliter nulla est, vt.l. actor.C.de probat. cum vulga. vnde sat ei est, ꝙ illud per actorem non ꝓbetur arg.l. qui accusare.C.de eden.⁊.l. siue possidetis.C.de proba. cum similib. ¶ Ad primum ergo rn̄dendo dico, ꝙ verum est actorē id non dicere,⁊ in hoc deficit ius eius, q: non dicit,⁊ minus probat, rea autem conuenta in iudicio tm̄ dixit sibi nō competere ius agendi, qd̄ constat, q: non est suppositus,⁊ conferens, ꝓut statutum requirit,⁊ si est, non ꝓbatur, ergo ⁊c. per superius allegata. Id aūt qd̄ dicitur, ꝙ reus in excep. fungitur vice actoris, ꝓcedit, qñ quid in exceptione ponit,⁊ qd̄ ponit per rerum naturam probabile est, que nō sunt in casu nostro, vt.s. dixi. ¶ Ad scdm̄ vero dico, ꝙ lꝫ in statuto loquente de successionibus, non ponatur ꝙ succedere volens sit, vt.s. qualificatus, tñ ex quo ponitur hoc in alio statuto ipsum in hoc declarante, perinde est, ac si expres-

6 se in eo poneretur,† cum vnum statutum declaret aliud, vt inquit Bar. in.l. pretor ait.§. eritqꝫ dñia.ff. vi bo. rap.⁊ ponit patruus,⁊ dn̄s meus do. Bartho. soci. in ꝯsi. cclij. circa primum, in.iiij.col.⁊ nemini super hoc dubium fore arbitror, omnia.n. statuta simul ⁊ eadem auctoritate loquuntur,⁊ sic qd̄ dicitur in illo statuto, item ꝓuiddero ⁊ ordinaro ⁊c. intelligitur dictum in quolꝫ statuto de successionibus loquente, cum ad eius declarationem emanauerit, nō ergo procedit illud statutum limitando, sed declarādo,⁊ vtrūqꝫ simul pro vno dꝫ haberi, ex quo non alias potest quis succedere, nisi sit vt.s. qualificatus,⁊ ꝙ ita sit, probetur per.s. dicta. ¶ Sed dicet qs hec omnia procedere possent, vbi nō esset statutum, ꝙ ꝓcedatur summarie sine figura iudicij sola facti veritate inspecta, qd̄ statutum cum sit in loco, vbi res agitur, operatur, vt ista solemnitas ꝓbationis non requiratur, modo alias de veritate constet, sed in casu nostro satis constat illum esse, vt.s. qualificatum, cum ex processu appareat illum esse de monte nigro, ergo ⁊c. Sed ad hoc pluribus modis respondetur,⁊ primo q: vt mihi asseritur illud statutū non reperitur,⁊ si reperitur non est in curia in qua causa fuit agitata,⁊ loquitur in alijs terminis,⁊ ad casum nostrum non dꝫ trahi. ¶ Secundo posito, ꝙ tale statutum reperiatur,⁊ sit in curia, in qua causa est agitata, dico, ꝙ nullo modo do. iudici constat de ista veritate, quinimmo veritas est in ꝯtriū, cum manifeste ꝯstet illum Sempronium nil possidere,⁊ per ꝯñs non esse conferentē grauedinibus ciuitatis. ¶ Et lꝫ ex ꝓcessu ꝯstet eum esse de monte nigro, ergo suffert grauedines predictas non tñ sequitur, q: id fit mediantibus bonis possessis,⁊ ita voluit statutū qñ copulatiue illa duo requisiuit, vꝫ ꝙ sit suppositus,⁊ ꝙ conferat grauedinibus. ¶ Lꝫ ergo ex eo ꝙ sit de monte nigro possit forte dici, ꝙ sit suppositus, non tñ quoquo modo cōstat illū ꝯferre, vt.s.(presertim q: id in se falsum est.) Multi.n. sunt, vt cuiqꝫ pꝫ, qui originem,⁊ natiuitatem ꝓpriam habēt in hac ciuitate,⁊ tñ nihil in ea possidentes non sufferūt predictas grauedines, vel q: ipsi alibi domicilium sibi ꝯstituerunt, vel q: vagantur, vel alia qualibet rōne, de qua non est curandum. ¶ Ad qd̄ bene facit illud ꝯsil. aui mei.lv.§. allega. nam in eo dicitur, ꝙ actor dixerat, sensus Pauli falere assiduus habitator ciuitatis Sen.⁊ sic poterat satis constare illum esse de iurisdictione,⁊ nihilominus ibi determi-

7 natur ꝯ eū,† non.n. ꝓbat hoc esse, qd̄ ab eo ꝯtingit abesse .l. non hoc.C. vnde legi. cum simi. ¶ Preterea dico, ꝙ nō valet ꝯsequentia, est de monte nigro, ergo est de loco subdito,⁊ qui dicatur de districtu ciuitatis Sen̄. cum de hoc nil

8 appareat in ꝓcessu.† Et dato, ꝙ appeat ꝙ illi de monte nigro recognoscāt quoquo mō in superiorē ciuitatē Sen̄.⁊ ēt ꝓbetur, ꝙ ei dēnt brauiū singulis annis, qd̄ tñ nullibi est probatum, non tñ sequitur, ergo sunt subditi,⁊ de districtu nisi aliter ꝓbetur, vt eleganter determinat do. meus Soci. in consi.lxxiiij. in.iij.col. ¶ Et si dicat aliquis, lꝫ non omnino sequatur, tñ est presumptio iuris, ꝙ ita sit.s. ꝙ castrum mōtis nigri sit de districtu,⁊ per ꝯñs oritur presumptio, ꝙ ille Sempronius sit ꝯferēs,⁊ suppositus. que presumptio

9 non est ꝓbanda arg.l. siue possidetis.C.de probati.† Respondetur,⁊ notab. vꝫ posito, ꝙ talis presumptio oriatur, (qd̄ tñ negatur)⁊ sic quis releuetur ab onere id ꝓbandi, nō tñ releuatur ab onere allegandi,⁊ articulandi. cū quelibet iuris presumptio lꝫ non sit ꝓbanda, dꝫ tñ articulari, vt inquit Bart. in.l. cum seruus.⁊ ibi do. Thomas docci.ff.de ver.ob. ꝓut refert,⁊ sequitur idem Docci. in consil.xcviij. ⁊ in consi.cciiij.⁊.ccxxiiij.⁊ ratio est in promptu.s. vt reus videns articulos possit eis opponere, vel ꝯtrium probare, casu quo pro eis lex presumat, alias diceremus ei sublatā legittimam defensionem, qd̄ non est dicendum per iura vulgaria. Debet ergo fieri ꝓbatio ꝯcludēs in terminis ſꝫ verba formalia statuti vt per auum meum in loco preallegato.

10 ¶ † Et hinc multum singlr̄ Jo.and. in.c. in presentia. de ꝓbat. dicit, ꝙ quuū quidam prelatus accusaretur de homicidio, seu ꝙ fecerat assassinari quēdam hominem,⁊ hoc ꝓbaretur,⁊ ꝓpea diceretur, ꝙ inciderat in penam.c.i. de homic.li.vj. loquentis de xp̄iano assassinato, ipse fecit eum a tali pena liberari, q: non fuerat ꝓbatum, nec dictum, ꝙ ille assassinatus erat christianus, lꝫ vere ille esset xp̄ianus, qd̄ dictum pro notabili refert,⁊ sequitur Bal. in.l. si quis non dicam rapere.C.de epis.⁊ cle. in.iij.col.⁊ vbiqꝫ doct. illud sequuntur, ita ergo in casu nr̄o, q: non fuit allega. ꝙ.d. Sem-

11 pronius sit vt.s. qualificatus dꝫ merito succūbere. ¶ † Tertio rn̄detur,⁊ hoc est clarissimum, ꝙ per illud statutū dicens, ꝙ ꝓcedatur sola facti veritate inspecta lꝫ tollant̄ alique solemnitates, non tñ tollitur ꝓbatio, vt hr̄ per Bart. in.l. filiusfa.ff.de donat.⁊ in extrauag. ad repri. in verbo ⁊ figura iudicij,⁊ in pluribus locis,⁊ ponitur plene per doc. in cle. sepe, de ver. signi.⁊ dn̄t do. de Ro. in nouis decis. in. xv.⁊.xvj. decis. ꝙ illa verba sola facti ⁊c. parum operātur, prout refert,⁊ sequitur Thom. docci. in.d.ꝯsi.cciiij.⁊ in sequē. vbi in ciuitate Sen. dicit per illa verba non posse tolli iura ꝓbatoria,⁊ ꝙ semper dꝫ plene probari, sicut qñ ordinarie ꝓcederetur. Sit ergo ex predictis conclusio, ꝙ partes iudicis sunt in hac causa absoluere matrem ream conuentam a petitis. Laus Deo.

Mar. Soci. iunior. Senis.

¶ Subscriptio ad idem.

Spiritus sanctus Adsit amen. Juridicam ꝑfecto puto ⁊ optimis rōnibus.s. firmatā ꝯclusionē ꝑ ꝓstātissimū. U. J. doctorē,⁊ frēm hono. do. Maria. Soci. Et siue statutū positū sub rub. ꝙ statuta successionū nō extēdāt se ⁊c. qd̄ incipit, item ꝓuiddero, ⁊ ordinaro. veniat declaratiue ad statuta loquētia de successionibus, testamētis, codicillis ⁊c. siue ad eoꝝ litationē, satis est, ꝙ ille due qualitates copulatiue requisite, scꝫ ꝙ ille i cuius fauorē statuta dispo-

nunt, sit suppositus, ꝛ ꝯferens grauedinibus, que qualitates
cum sint a statuto requisite dēnt deduci, ꝛ ꝓbari, vt apertissi
me ꝑ iura, ꝛ multas auctoritates ꝑ ꝯsulentē ońsū ꝛ ꝯproba
12 tū extitit, q̄ gr̄a breuitatis obmitto, † ꝛ inq̄ztū dr̄, ꝙ ex quo
mr̄ negauit illas ꝯcurrere in ꝑsonā actoris, tenet̄ suā negati
uā ꝓbare ar. l. hoc iure, ꝛ ꝑ bar. ꝛ doc. ff. ver. ob. ꝛ ꝑ Inn. in
c. sup his. ex̄ de accusa. ꝑ Cy. ꝛ alios i. l. ij. C. de iure emphi.
Ad hoc bn̄ fuit ꝑ dn̄z ꝯsulētē rn̄sū ꝛ vltra dico, ꝙ h̄ ꝓcedit
qn̄ in negatiua eēt fūdatum ius negātis vt ꝑ doc. in locis al
leg. s; qn̄ reus negat vnū cuius affirmatiua est fundamētu;
actoris, tūc satis est reo negare, ꝛ censet̄ negatiua ꝓbata ꝛ
actor d; ꝓbare suā affirmtiua;, ita determinat Inn. in. c. ter
tio loco. ex̄ de ꝓb. quem refert, ꝛ sequit̄ bal. in sua marg. in
v̄bo negatio. in. v. versi. ꝛ ita est de mente doc. in locis alle.
Nec ob. si fieret alia obiectio tacta per prefatu; do. cōsulen
te;, v; cū in ciuitate vigeat statutū, ꝙ in causis ꝓcedat̄ sum
marie sine figura iudicij, ꝛ sola facti veritate ispecta cū ergo
hec ꝯstent iudici d; istum actorem esse suppositu;, ꝛ ꝯferen
13 tem, satis videat̄ esse sufficiens absq; alia ꝓbatione. † Et
non recedendo a rn̄sionibus prefati ꝯsultoris dico, ꝙ illa
verba solū important, q: remouent solum solēnitates, ꝛ or
dinem iudicioꝝ, vt per Bar. in extraua. ad repri. in v̄bo vi
debit̄ expedire. ꝛ gl. in verbo figura, ꝛ clarius in verbo non
exigat in cle. sepe. de verbo. signi. ꝛ ibi plene per Card. za
ba. veritas aūt ꝓbanda est, q: hoc per illa; clām non est re
14 missum, vt ibidem per doct. † ꝛ per illa verba ꝑtes vn̄r esse
in terminis iuris gentium, quo sola veritas inspiciebat̄, vt
per Bar. in. l. filiussa. ff. de dona. ꝛ per bal. in. l. sola;. C. de
testi. ꝛ in. l. filij. C. de fideicō. ꝛ plene per do. Maria. soci.
in ꝯsi. suo, qd̄ inci. Predictam ꝯsultationē si diligenter, cu
ius ꝯsil. se subscripserunt do. Io. pet. de mon. spe. do. An
ge. de peri. ꝛ alij doc. perusi. Optime facit, qd̄ tradit Ro. in
ꝯsi. cccccxix. vbi inter cetera dicit, ꝙ q̄uis ꝑꝑ dicta verba
dilationes ad ꝓbandu; abbreuiari possint, non tn̄ tollitur
ꝓbatio incūbentiu;, veritas aūt dignoscit̄ per acta, ꝛ acti
tata, ꝛ per ea que in iudicijs ꝓbata sunt, ꝛ de qbus ꝯstat iu
dici, vt iudici, ꝛ paria sunt non esse, vel esse, ꝛ iudici nō ꝯsta
15 re, † q: vt dixi, iudicare d; s̄m acta, ꝛ actitata. l. illicitas. §.
veritas. ff. de off. presi. ꝛ hr̄ in. c. pastoralis. §. q: vero. extra
16 de offi. dele. ꝛ in. l. bonoꝝ. C. qui admit. † Nec standum est
assertioni iudicis, sed his que in iudicijs per tabellionē scri
pta repiuntur iux. c. qm̄ ꝯtra. extra de ꝓba, nec t; ꝯn̄tia, est
de monte nigro, ꝛ sic de loco subdito, ergo ꝯfert, ꝛ suffert
onera, q: non ꝓbat hoc esse ꝛc. vnde de sola subscriptione
requisitus ꝯcurro in sn̄iam prefati domini consulentis.

Ego Io. bap. sanctius. V. I. D. senensis, senis legens.

CASVS

¶ Domina Angelina vidua, ꝛ minor ann. xxv. interuenien te decreto iudicis gessit se ꝓ tutrice filie sue Primauere, ꝛ petito tutore per quendam suu; ꝓcuratore; adhuc minor transiuit ad secunda vota nulla reddita ratione.

¶ Decessit postea Primauera filia eius adhuc impubes, querit̄, vtrum dn̄a Angelina mater possit ei succedere tam de iure cōi q̄z ēt ex forma statuti reatini sub rub. de successionibus ab intestato, In quo inter cetera sic cauetur.

¶ Et si qua mulier caste, ꝛ honeste honorē ꝑ mortui viri sui seruauerit, possit succedere, ꝛ succedat filio suo, ꝛ filie ab intestato defuncto in medietate vsufructuum oīum bonorum talis filij, seu filie ab intestato defuncti seu defuncte, ꝛ si ad secunda, vel vlteriora vota transierit, vel caste non vixerit, seu viri mortui honorem non seruauerit, sit ab omni successione filij, ꝛ filie exclusa, nec mater, nec auus maternus, vel descendens ex linea materna possit succedere ab intestato filio, vel filie nepoti, vel nepti, abnepoti, vel abnepti superstite ascendente ex linea masculina, vel fratre carnali ex vtroq; parente, vel patre tantum decedente ꝛc.

SVMMARIVM

¶ Statutum, vel ius cōmune, quando excludit matrem a successione filij intestati ꝑꝑ transitum ad secunda vota, vel ꝑꝑ non petitum tutorem (vt debuit) qūo intelligat̄.

1 Mater que suscepta tutela filij sui transiuit ad scd̄a vota, nō petito tutore, nec reddita ratione de iure cōmuni priuatur successione filij decedentis intestati.

2 Obligatus ad plura copulatiue non excusatur, nisi faciat id, ad quod tenebatur.

3 Matres volentes ad scd̄a vota transire, cautela est, ꝙ si fuerunt tutores fiat instrumentum de petitione tutoris, ꝛ redditione rationis, cum effectu solutionis, alias incidunt in penam priuationis hereditatis.

4 Mater vt priuetur successione satis est ꝙ contraxerit per verba de presenti sine copula, quia non concubitus, sed consensus facit nuptias.

5 Matre ad scd̄a vota transeunte exclusa ab hr̄ditate filij vel filie, intelligitur exclusa fauore venientium ab intestato.

6 Casus omissus remanet in dispositione iuris cōmunis.

7 Mater de iure ffoꝝ non poterat esse tutrix, nisi a iudice impetraret, quia id est munus masculorum.

De iure. C. fuit habilitata ad tutelam, ꝛ ei data facultas administrandi, dūmodo sit maior. xxv. anno. cessante testamentario, ꝛ legittimo.

De iure autem auct. munus petendi tutelam filioru; non solum matri, sed auie fuit concessum.

8 Mr̄ ꝛ auia ꝑferunt̄ oībus tutoribus ꝑterq̄z testamētarijs.

9 Decretum, per quod mater minor. xxv. ann. decernitur tutrix, an sit nullum.

10 Mater minor si sit decreta tutrix non priuatur hereditate filie, nec patitur penas secundo nubentium.

11 Lex omnem. C. ad tertul. quomodo intelligatur, ꝛ. j. nu. 13.

12 Tutela legittima non permittitur matri, nisi maiori, ꝛ perfecte etatis.

13 Lex oēm. C. ad tertul. vti rigorosa, ꝛ penalis, q: priuat matrem hereditate, non extenditur extra casum.

14 Mr̄ minor non petens tutorem non priuat̄ hereditate filij.

5 Mater minor tempore mortis mariti, l; postea efficiatur maior, ꝛ negligat petere tutorem, ꝛ filia pupilla moriatur mater non priuatur successione filie intestate, q: satis est, ꝙ tempore mortis patris fuerit minor.

16 Mater que non fuit in mora per annum a die maioris etatis, quia non completo anno mortalitate filij preuenta, excusatur.

17 Transire ad secunda vota licitum est.

18 Hereditas filij non magis debetur matri constante matrimonio q̄z soluto.

19 Hereditas magis debetur ascendentibus q̄z collateralibus, ꝛ primo proximioribus, q̄z remotioribus.

20 Sequentia declarant precedentia.

21 Vna pars statuti declaratur per aliam.

22 Statuta sunt taliter intelligenda, ne mereantur a sapientibus reprehendi.

23 Dictio nec l; sit articulus negatiuus, tamen habet in se inclusam affirmatiuam.

24 Dictio, et, est implicatiua.

CONSILIVM VIII

Dominus labia mea Aperiat, ꝛ Spiritus sanctus illuminet intellectū. In pn̄ti ꝯsultatione vr̄ prima facie Angelinam matrē Primauere mortue in
1 pupillari etate esse exclusam ab eius hr̄ditate. † ¶ Nā aut
ꝯsideramus ius cōe, ꝛ tunc vr̄ priuata, q: mr̄, que suscepit
tutelā filie sue, ꝛ transiuit ad scd̄a vota non petito tutore, ꝛ
reddita rōne, ꝛ reliquis solutis priuatur successione filie de
cedentis intestate, casus est in. l. oēm C. ad tertul. s; ista mr̄,
vt preponitur in pūcto suscepit tutelā filie, ꝛ non fecit. s. di
cta ergo ꝛc. ¶ Nec ob. ꝙ petierit tutorē per ser Bonifa
ciū eius ꝓcuratore; (qd̄ fieri pōt, vt. l. cū a matribus. C. qui
pet. tu. ꝛ in. l. ij. in fi. ff. e. ꝛ. ff. de ꝓcu. l. maritus. §. is qui.) an
2 teq̄z scd̄as ꝯheret nuptias. † Quia rn̄detur, ꝙ mater tenet̄
ad plura copulatiue, de quibus in. d. l. omnem. ꝛ in auc. de
nupt. §. sinautem. in secundo responso, ꝛ in vlti. vnde l; pe
tierit tutorem dari, tamen contraxit secundas nuptias an
teq̄z cetera faceret, ad que tenebatur, ꝛ ꝓpterea nō excu

sabitur

ſabitur,cum copulatiue teneretur , argumento.l.ſi heredi
plures.ff.de condi.inſtit.⁊ ita dicit Albe. in.d.l.omnem.
in.ij.col.⁊ ratio eſt,qꝛ.d.l.omnem. ⁊.d.§.ſinautez.reqrunt
omnia copulatiue fieri.Ita etiam dicit Bal.in auc.eiſdem
3 penis.in.ij.colū.in ver.ꝯtrarium eſt.C.de ſecun. nup.†vbi
ipſe ob hoc inquit cautelam eſſe,qñ matres tranſeunt ad ſe
cunda vota,que fuerunt tutrices,ꝙ fiat inſtrumentum de
petitione tutoris, ⁊ redditione rōnis cū effectu ſolutionis
alias incidant in penam priuationis heredita. hoc etiam
tenet Pa.de caſt. ⁊ Moder. in.d.l.omnem. Nec excuſa
tur dicta Angelina mater,ꝙ ipſa contraxit matrimoniuz
per verba de preſenti, nec fuit carnaliter cognita , nec du-
4 cta ad domum viri†quia dico, ꝙ ad priuandum matrem
ſucceſſione,ſatis eſt ꝙ ꝯtraxerit per verba de preſenti ſine
copula, quia nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit
.l.nuptias.de regulis iuris. ⁊.l.cui fuerit.ff.de conditio. ⁊
demonſtra. ⁊.l.cum hic ſtatus.§.ſi mulier.ff.de donatio.
inter virum ⁊ vxo. ⁊ ita per dicta iura decidit Bal.in pro
prijs terminis in.d.l.omnem.in.ij.col.in verſic.quid ſi iſta
mulier ⁊c.⁊ in conſilio.cclxvj.in quarta parte incip. Ma
ter que tranſiuit ⁊c.cuz ergo dicta Angelina contraxerit
matrimonium conſenſu,licet copula non interuenerit,pa-
ti debet penam priuationis hereditatis , ⁊ hec de iure
communi.¶ Aut conſideramus ſtatutum ciuitatis Rea
tine, ⁊ adhuc videtur priuata , vt videtur caſus in ſtatuto
dicte ciuitatis ſub rubrica de ſucceſſio.ab inteſta,in verſic.
⁊ ſi ad ſecunda vel vlteriora vota ⁊c. vbi expreſſe dicitur,
ꝙ mater tranſiens ad ſecunda vota eſt ab omni ſucceſſio-
ne filij excluſa,ſed iſta Angelina tranſiuit ad ſecunda vo-
5 ta,ergo ⁊c.†Et lz dictū ſtatu.excludat matrem tranſeun-
tem ad ſecunda vota, ⁊ non exprimat perſonas, quarum
contemplatione excluditur,intelligitur tamen excluſa fa-
uore venientium ab inteſtato,ita dicit Bald. in.l.peto.in
tertio nota.ff.de legatis ſecundo. ⁊ in ſua margarita ſtatu
torum in verſicu.ſtatutum mandans.in prima car. ⁊ ſic ce
teri omnes veniētes ab inteſtato excludunt matrē.¶ Ex
cluſa igitur,vt.ſ.matre remanet ꝯtentio hereditatis inter
auum,⁊ auiam ex vna, ⁊ patruos ex alia,in quo articulo di
co,ꝙ ꝯſiderato dicto ſtatuto patrui, qui ſunt remotiores,
non excludent auos ,qui ſunt ꝓximiores,nam vigore dicti
ſtatuti aui materni ſolum excludunt̄ ab hereditate neptis,
vel neptis per aſcendentem per lineam maſculinaz,⁊ a fra
tre vtrinqꝫ coniuncto , vel ex patre tantum . In caſu vero
noſtro dicte Primauere mortue non ſupereſt aſcendens
6 per lineam paternaz,nec frater de quo in ſtatuto,†ergo ca
ſus,qñ ſuperſint patrui tanqꝫ obmiſſus remanet in diſpoſi
tione iuris cōis.l.cōmodiſſime.de liber. ⁊ poſthu.⁊.l.ſi ex
traneus.de ꝯditio.ob cau. ⁊ in.l.ſi cuz dotem.in prin.ſm
intellectum Pet.ſolu.matri.ſed de iure cōmuni nulli du-
bium eſt auos maternos excludere patruos, vt in aucten.
defuncto.C.ad tertullianum . ⁊ in corpore vnde ſumitur,
⁊ ſic videtur, ꝙ matre excluſa hereditas ſpectet ad auos.
¶ Sed predictis minime obſtantibus in caſu noſtro,que
veriſſime non obſtant , dico matrem admitti omni iure.
Et pro veritate deciſionis premitto , ꝙ tempore mortis
Bartholomei pr̄is dicte Primauere Angelina eius vxor
7 erat minor.xxv.annis.†Item ꝙ de iure ffoꝝ mater nō po
terat eſſe tutrix,niſi impetraret a principe.l.fina.ff.de tute.
quia id munus maſculorum eſt,vt ibi, ⁊ in.l.prima.C.quā-
do mul.tute.offi.fun.po.de iure vero.C.mater fuit habili-
tata ad tutelam, ⁊ data eſt ſibi facultas adminiſtrandi tute
lam filiorum ceſſante teſtamentario,vel legitimo , ſed hoc
beneficiuz non conceditur matri,niſi maiori.xxv.annis,vt
in.l.ij.in pen. reſpon.C.quando mul.tute.offi.fung.ſuper-
uenit nouiſſime ius auc.vt in tit.de hered.ab inteſt.quo iu-
re munus petendi tutelam filiorum non ſolum matri, ſed ⁊
auie dr̄ ꝯceſſum,vt pz ibi in.§.ex his, ⁊ in auc.matri ⁊ auie
8 iñ ſumpta.†Item prefertur mater, ⁊ auia oībus tutoribus
preter teſtamētarijs,vt ibi pz,nec eſt incōueniēs, ꝙ mr̄i ſo-
lum maiori tale munus concedat̄ , cū ēt maſculis nō alias
conceditur,qꝫ ſi maiores fuerint,vt.l.fi.C.de legi.tut. ⁊ in-
ſtituta . de fiduciaria tutela.in fine , cum mille ſimilibus.
¶ Ex predictis itaqꝫ infertur , ꝙ dicta Angelina tem-
pore mortis dicti Bartholomei non potuit eſſe tutrix,

Nec huic concluſioni ob.ſi dicatur,ꝙ licet Angelina fue
rit minor,tñ renuntiauit nuptijs, ⁊ velleiano, ⁊ omni alia
rum.ll.auxilio,⁊ fauori,vt ď iure tenetur,vt in.d.§.ex his,
item iudex decreuit ſibi adminiſtrationez.Quia reſpond.
ꝙ hoc decretum eſt nullum,nam aut iudex in decreto ex-
9 preſſit errorem,†quia dixit decernimus minorē tutricem,
⁊ tunc indubitate eſt nullum , quia dicitur contra.ll. iu-
xta.l.ij.C.qñ prouo.non eſt neceſ.aut iudex decreuit errā-
do,qꝛ forte credidit maiorez ,⁊ ēt hoc caſu erit nullū, tāqꝫ
interpoſitū ex falſa cā, ⁊ in hoc eſt dr̄ia inter ſn̄iaz, ⁊ decre
tuz.Ita dicit Bal.in.l.ſeye egreſſe in ver.ſed dic,ꝙ dr̄ia.
ff.de tut. ⁊ cur.da.ab his.mouet̄ per.l.j.§.hec verba.ff.ne
uis fiat ei, ⁊ per.l.cum vero.§.ſubuentū.ff.de fideic.lib. ⁊
per.l.tutor ſi petitus.ff.de tu. ⁊ cur.da.ab his . Et ita in-
telligitur tex.in.d.l.ſeye egreſſe.facit.l.iure nr̄o.ff.de teſta.
tut.hoc idē tenent Bal. ⁊ Saly.in.iiij.op.⁊ ſequunt̄ cōi-
ter alij C.qñ ꝓuo.non eſt neceſ.Et hoc in indiuiduo deter
minat Bal.in auc.hiſdem penis in.ij.col.in verſ.item ea
10 eſt.C.de ſec.nup.†vbi dixit,ꝙ ſi mater minor,que de iure
non pōt eſſe tutrix ſit decreta a iudice,non priuat̄ heredi-
tate filie,neqꝫ patit̄ penas ſcd̄o nubentiū. ¶ His ſic pre-
fatis dico,ꝙ ſi.d.Angelina tranſiuit ad ſcd̄a vota non pe
tito tutore,nec redditis rōnibus,⁊ reliquis ꝑſolutis , per
hmōi tranſitum non eſt priuata ſucceſſione,⁊ hr̄ditate filie
11 pupille ab inteſtato,†⁊ ratio eſt,qꝛ tex.in.d.l.oēm, qui eſt
text.Theodoſij, ⁊ Valentiani,qui introduxerunt hāc no-
uam deciſionē,que non erat de iure antiquo loqtur de ma
tre,cui eſt delata legitima tutela,vt pz ibi,ſi ea legitima li-
beroꝝ tutela ad ſcd̄as aſpirauerit nuptias,dico legitima,
non qꝛ ſit de iure duodeciz tabularꝝ,ſed eſt legitima, qꝛ ď-
fertur per alias leges,vt declarant doc.poſt gl.in.d.l.oēz
12 ⁊ in.d.auc.matri, ⁊ auie,†ſed tutela legitima non ꝑmittit̄
niſi matri maiori,⁊ ꝑfecte etatis,vt eſt ꝓbatum.ſ.in ſcd̄o
preſuppoſito,ergo non intelligit̄ ď tutela ſuſcepta per ma
trem minorem,⁊ imperfecte etatis cui iura nō deferunt tu
13 telam filioꝝ,†⁊ ꝓ hoc facit,qꝛ.d.l.oēm eſt rigoroſa, ⁊ pe
nalis,qꝛ priuat matrez hr̄ditate ergo nō extendit̄ extra ca
ſum,arg.l.fi.§.ait lex.de diuor.⁊.l.filio.§.j.ff.de ritu nup.
cum ergo.d.l.loquat̄ matre tutrice,cui a lege hereditas,⁊
ſic in matre maiore nō hz locum in matre que geſſit ſe ꝓ tu
trice,⁊ hoc in ꝓprijs terminis decidit Bal.in.d.l.oēm in.
ij.col.in ver.quid ſi minor , vbi dicit, ꝙ mater.xxv.annis
minor,ſicut erat dn̄a Angelina in caſu nr̄o adminiſtrauit
tutelā filioꝝ ſuoꝝ de facto, ⁊ maior effecta tranſeat ad ſe
cundas nuptias per trāſitum ad ſecundas nuptias nō pri
uat̄ hereditate filie pupille,qꝛ iura loquunt̄ in matre tutri
ce, ⁊ nō in ea,que ſe geſſerit ꝓ tutrice per.ſ.dicta.¶ Re-
manet alia difficultas,ꝙ lz iſta Angelina non priuet̄ hr̄di
tate.d.primauere per trāſitū ad ſcd̄as nuptias, tñ priuat̄,
qꝛ non petijt dari tutorē filie ſue,vt in.l.ij.§.ſi mater.ff.ad
ſen.cō.tertu. ⁊ in.l.ij.§.ſinaūt.⁊ in.l.iij.in princ.ff.qui pet.
tu.vbi Marcel.iuriſcō.refert ꝯſtōnē diui Seueri volētis,
ꝙ ſi mater nō petijt tutores idoneos filijs ſuis,vel priori-
bus excuſatis,reiectiſue non ꝯfeſtim alioꝝ nōia ediderit,
ius non hz vendicandoꝝ ſibi bonoꝝ inteſtatoꝝ filioꝝ. Fa
cit tex.in.l.ſciāt cuncti.C.de legi.her. ⁊ in.§.fi.inſti.ad ſen.
con.tertul.ſed dicta domina Angelina mortuo Bartho
lomeo eius viro, ⁊ patre dicte pupille non petijt tutores.
dicte ſue filie,⁊ fuit negligens in petendo, quia non ſolum
non petijt confeſtim,cum potuit,ſed etiam fuit in mora pe
tendi per plures annos,ergo incidit in conſtitutionem di
ui Seueri,per quaz priuatur hereditate filie ſue inteſtate,
vt in dicta.l.ſecunda.§.ſi mater cum alijs ad hoc ſupra al
14 legatis.¶ Huic difficultati breuiter reſpondetur, † ꝙ cō
ſtitutio diui Seueri habet locuz in matre maiore viginti-
quinqꝫ annis,vt dicit gloſa. ⁊ dicunt doctores omnes in.
l.matres.C.ad tertullia. ⁊ eſt caſus in.l.ſecunda.C.ſi ad-
uerſus delictum,vbi mater minor non petens tutorez, nō
priuatur hereditate filie , ſed domina Angelina tempo-
re mortis mariti, quo remanſit dicta pupilla erat mi-
nor,ergo non tenebatur petere tutorem per ſupra dicta.
¶ Nec obſtat ſi dicat̄,ꝙ textus in.l.ij.C.ſi aduerſus deli
ctū loquit̄,qñ pupilla fuiſſet mortua matre exñte minore,
ſecus ſi pupilla fuiſſet mortua mr̄e effecta maiore, ⁊ poſt

maiorem etatem mater potuisset petere tutorem ⁊ non pe
15 tijt. ¶ †Quia ad hoc rñdetur, qꝛ quando tpe mortis ma-
riti mater est minor, lȝ postea efficiatur maior, ⁊ post maio
rem etatem mater negligat petere tutorem, ⁊ filia pupilla
moriaṫ, mater non priuatur, neqȝ repelliṫ a successione pu-
pille intestate. Ita determinat Spec. in titu. de in integ. re
sti. §. l. in versi. sed qd si ipsa, cuius sniam, ⁊ opinionem se-
quitur Bal. asserens se ita sepius ꝯsuluisse, in auc. si capti
ui. in. ij. col. in versi. scđa questio. C. de episco. ⁊ cleri. ⁊ ideȝ
Bal. in. l. ij. C. si aduer. delic. in fi. ⁊ in. d. l. omnes. in versi.
quid si mater. ⁊ Bal. in. l. precibus. in. iiij. col. in versic. qd
ergo si tpe primo. C. de impube. ⁊ ali. substi. In qbus locis
ꝯcludit, ꝙ satis est, ꝙ ab initio tpe mortis p̄ris mater fue
rit minor per iura, ⁊ rationes, de qbus ibi per eum, quas
breuitatis causa omitto. Subdit etiam Bal. in. d. l. preci-
bus, ꝙ est cõmunis opinio, quam etiam sequiṫ Alberi. de
rosa. in. d. l. omnem. in versi. sed qd si erat minor. ⁊ Saly.
in. d. l. ij. C. si aduer. delic. ⁊ Rapha. in. l. minoribus. C. de
his quib. vt indig. qui dicit se pro hac parte pluries ꝯsuluis
se, ⁊ in specie ꝯsuluit in ciuitate Senaruȝ, vt patet in con-
sil. suo. lij. Quidam Antonius. ⁊ hanc etiam opinionem
sequitur Ludo. in consi. suo. cclxxix. Uisis thematis nar-
ratione. ⁊ hanc opi. sequuntur etiam omnes Moder. pe-
rusini, videlȝ do. Pet. phil. ⁊ do. Jo. petru. in. d. l. minori-
bus, ⁊ alij perusini. do. Jas. in ea. l. minoribus. q dicit hãc
esse cõmuniorem, ⁊ ibi etiam do. Alex. ⁊ alij Moder. Fa-
cit qđ voluit glo. nota. quam approbant cõmuniter doct.
in. d. l. minoribus. C. de his quib. vt indig. in glos. posita su
per verbo rñdere. in versi. sed quid eo tpe. in. l. pen. in glo.
fi. C. in quib. cau. in integ. resti. non est neces. ⁊ opinioneȝ il
larum glos. sequuntur cõmuniter doct. in dictis locis, ⁊ in
indiuiduo dicit do. Pet. phil. opinionem glo. esse cõmu-
nem, ⁊ ex predictis pȝ, ꝙ ex quo dña Angelina erat tem-
pore mortis mariti minor, postea sit effecta maior, ⁊ post
maiorem etateȝ pupilla est mortua, ꝓpter quod non repel
litur ab eius successione. Et licet Oldra. queȝ refert Pau.
de cast. ⁊ Ang. in ea. l. minoribus. C. de iure delibe. ⁊ in. d.
l. fi. C. si aduer. delic. teneant ꝯtrarium, ꝙ si mater tempore
mortis mariti fuit minor, si postea est effecta maior, ⁊ post
maiorem etatem a die maioris etatis per annuȝ fuit in mo
ra petendi tutorem, priuatur hereditate. Licet hec opinio
16 non sit vera, neqȝ cõmunis, vt dictum est, † tamen in casu
nostro nihil nocet, qꝛ mater non fuit in mora per annum a
die maioris etatis, ⁊ non completo anno mortalitate filij
preuenta, quo casu est excusata, vt in. d. l. ij. §. quod si non
compulit. in fi. ibi, si eniȝ mortalitate filij preuenta est, nihil
matri imputatur. facit tex. in. l. sciant cuncti. C. de legi. he-
re. cum ibi not. per doc. ⁊. §. fi. institu. ad tertul. sed. d. An-
gelina non fuit in mora per annum, quinimo nec per mẽ-
sem, vt ꝯstat in facto, ergo matri non imputatur culpa, nec
priuatur successione, ⁊ opi. Oldr. fm Pau. ibi non loquiṫ
tur in isto casu, vt curiosus iudex poterit videre. ¶ Non
obst. allegata in ꝯtrarium, qꝛ ex predictis patet, ꝙ illa lo-
quuntur in matre maiore. ¶ Non obst. statutum in versi.
⁊ si ad scđa vota. qꝛ respondetur, ꝓut infra, ⁊ pro rñsionis
veritate premitto, ꝙ dictum statutum, in ver. ⁊ si qua mu
lier ⁊c. decidit vnum casum, ꝙ si mulier caste, ⁊ honeste vi
xerit, possit succedere filijs intestatis in dimidia parte vsu-
fru. omnium bonoꝝ. in ver. vero, ⁊ si ad scđa ⁊c. ponit aliũ
casum, videlȝ ꝙ si mulier vidua transeat ad scđa vota ex-
cludatur ab omni successione filij intestati, ⁊ neqȝ in primo,
neqȝ in scđo casu satis declarat ꝑsonas quarum ꝯtempla
tione excludatur. Postea in versi. nec mater ⁊c. declarat
personas quarum ꝯtemplatione statutũ excludit matrem
in primo casu a ꝓprietate omniuȝ bonoꝝ filij, ⁊ solum illaȝ
admittit ad dimidiam partem vsufru. In scđo vero casu,
quando mater transit ad secunda vota excluditur non so-
lum a ꝓprietate, sed etiam ab vsufructu. Et dicit, ꝙ perso-
ne in casibus predictis, vt. s. matrem excludentes sunt, vi-
delicet ascendens per lineaȝ paternã, ⁊ frater defuncti, vel
vtrinqȝ ꝯiunctus, vel ꝯsanguineus, ⁊ sic. d. versi. Nec ma
ter ⁊c. refertur ad versicu. ⁊ si qua mulier, ⁊ ad versi. ⁊ si ad
secunda vota ⁊c. Et venit ad eos declaratiue, ⁊ etiam ad-
ditiue, vt infra dicam, sed in casu nostro qñ decessit Pri-
mauera, non superfuit ascendens per lineam paternam,
neqȝ frater, saltem consanguineus tantuȝ, sed superfuit sibi
mater Angelina, aui materni, ⁊ patrui, ⁊ sic iste casus a sta
tuto est obmissus, ⁊ ita remanet in dispositione iuris cõmu
nis, cuȝ igitur de iure cõmuni mater debeat succedere, me
rito dicta Angelina admitti debet ceteris exclusis, ⁊ iste
est plenus, ⁊ verus intellectus statuti, neqȝ esset bonus in-
tellectus, ꝙ dictus versi. nec mater non referatur ad. s. di-
cta, sed ponat nouũ casum, quoniam hoc non ꝯgruit, neqȝ
rationi, neqȝ statuto. nam primus casus in versic. ⁊ si qua
mulier, loquitur quando filius moritur superstite matre vi
dua ⁊c. secundus in versi. ⁊ si ad secũda vota ⁊c. loquitur
quando moritur matre superstite, que transiuit ad secun-
da vota. tertius vero in versi. nec mater, loqueretur solum,
quando moreretur superstite matre ꝯstante eodem matri
monio, quo filius natus est, ⁊ in p̄mis duobus casibus ma
ter excludereṫ ab oĩbus veniẽtibus ab intestato. In tertio
vero casu excludereṫ solum ab ascendente per lineã pater-
nam, ⁊ fratrem vtrinqȝ ꝯiunctum ⁊ ꝯsanguineum, qđ esset
valde absurdum, ⁊ iniquum, cum esset melioris conditio-
nis mater constante matrimonio, q̃ȝ vidua, ⁊ honeste vi-
17 uens, vt in primo casu † vel transiens ad secũda vota in se-
cũdo casu, qđ iure licito facere potest, vt in titu. extra, ⁊. C.
de secun. nup. ⁊ est valde odiosum, ⁊ irrationabile in istis
casibus facere dĩam, qꝛ semper eadeȝ est ratio naturalis,
18 † nõ enim magis debetur matri filij hereditas ꝯstante ma-
trimonio, q̃ȝ soluto, vt pȝ in toto ti. ad tertul. Item seque-
reṫ aliud inconueniens, ꝙ soror defuncti, per quam nõ cõ-
seruatur agnatio, ⁊ est in scđo gradu esset melioris ꝯditio-
nis q̃ȝ mater vidua honeste viuens, que est in p̄mo gradu.
Item soror est de linea trãsuersali, ⁊ mater est de linea ascẽ
19 denti, † ⁊ p̄mo magis debeṫ hereditas ascẽdentibus q̃ȝ col
lateralibus, ⁊ primo ꝓximioribus, q̃ȝ remotioribus, vt in
auc. de here. ab intes. ven. §. ꝯñs. ⁊. §. reliquũ. qꝛ sorores in
fratris hereditate succedunt in certa pte ꝓprietatis, ⁊ vsus
fructus cũ patruis, ⁊ patruelibus vt pȝ in. d. statuto in ver.
filie võ dotate. mater vero que est ꝓximior, ⁊ de linea ascẽ
denti excludereṫ in totum, qđ non est dõm. Item sequereṫ
aliud incõueniens, ⁊ absurdissimũ, vcȝ ꝙ auus maternus,
qui est remotior, esset melioris ꝯditionis, q̃ȝ mater, que est
ꝓximior, excludereṫ. n. auus ab ascẽdente per lineã pater-
naȝ a fratre vtrinqȝ ꝯiũcto, ⁊ ꝯsanguineo tñ, mater vero
excludereṫ ab oĩbus venientibus ab intestato, qđ est irra-
tionabile. ¶ Ad euitandas igiṫ tot, ⁊ tãtas absurditates,
⁊ iuris cõis correctiones dicamus, ꝙ. d. ver. nec mater, re
feraṫ ad. s. dicta. ⁊. d. ver. declarenṫ per. d. ver. nec mater.
20 † sequentia. n. precedentia declarãt. l. si seruus pluriũ. in fi.
21 ff. de le. i. † ⁊ vna ꝑs statuti declaraṫ per aliã arg. l. q filia-
bus. cũ ibi not. eo. ti. facit. §. ex hoc aũt capite. cuȝ ibi not.
insti. ad. l. aql. ⁊ in. l. regula. §. fi. ff. đ iur. ⁊ fac. igno. ⁊ ponit
22 Bar. in. l. vtrũ. ff. de peti. here. ¶ † Preterea statuta sunt
taliter intelligenda, ne mereanṫ a sapientibus reprehendi
l. saluius aristo. ff. de leg. prestan. quam. l. sepe solet allega-
re Bal. in suis ꝯsil. vñ si intelligeremus, ꝙ ver. nec mater.
non referreṫ ad duos precedentes versic. Interpretamur
dictum statutum inducere absurditates, de quibus supra.
Et hoc modo intelligendo minus leditur ius cõmune, pro
ut sunt statuta intelligenda iuxta iura vulgaria. ¶ Corro
23 borantur predicta, † nam hec dictio, nec, lȝ sit articulus ne
gatiuus, hȝ tñ in se inclusam ꝯiunctionem, et, vt declarat
Bar. in. l. ij. §. item si voluntate. ff. sol. mat. in ver. sed ꝯtra
24 hec. † Que dictio, et, est implicatiua, vt. l. i. in ver. naȝ ⁊ rei
publice. ff. sol. mat. ⁊ in casu nostro implicat casus p̄ceden
tes, ⁊ sensus est, ꝙ mater vidua, ⁊ mater que transiuit ad
secunda vota excluditur ab hereditate filij, ⁊ in quolibet
alio casu superstite ascendente ⁊c. ¶ Et hoc modo dictus
versicu. declarat versicu. precedentes, ⁊ etiam addit, ꝙ
non solum mater a predictis personis excluditur, sed etiaȝ
auus maternus, ⁊ ascendens ex linea materna. ¶ Et ex
predictis ꝯcludo, ꝙ hereditas dicte Primauere spectat
ad dictam Angelinam matrem eius. Item si Angelina
excluderetur, quoquo modo spectat ad auos.

¶ Et ita iuris esse dico ego Antonius de Jordanis de
Uenafro. J. U. D. senis legens ⁊c.

SVMMARIVM

1 Mater maior ⁊ vera tutrix si suscepta tutela ꝯuolet ad secunda vota nec petat tutorem ⁊c. priuatur hereditate filij, non autem ea que est minor ann. xxv.
2 Aliud est esse tale, aliud haberi pro tali.
3 Decretum tutoris dati cum id fieri non posset quin forte erat maior non valet cū ꝯtineat impossibilitatē de iure.
Sententia dicitur maioris auctoritatis q̄ȝ decretuȝ quod solet dici interlocutoria. ibidem.
4 Lex oēm. C. ad tertul. est multū rigorosa, ⁊ matrū afflictiua, ⁊ eis odiosa, ideo debet stricte intelligi.
5 Pater de iure cōi ad hereditatem filij pariter cum matre admittitur, exclusis omnibus, preterq̄ȝ filios vtrinq̄ȝ coniunctos.
6 Absurdum a lege ⁊ a statuto remoueri debet.
7 Statuta debent interpretari ſm equitatem ne ex hijs resultet aliqua absurditas.
8 Indefinita equipollet vniuersali quotiens omnium comprehensorum eadem ⁊ par ratio est determinandi.
9 Indefinita equipollet vniuersali, quando de aliquo particulari non reperitur specialis prouisio.
10 Successio proprie dicitur in iure vniuersali in quo quis sit heres.

CONSILIVM IX

¶ Et est subscriptio Soci. ad precedens consil.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis ⁊ iustitie. Circa presentem ꝯsultationem visa prius facti ꝯtingentia, ꝓut narrat̄ in puncto, viso, ac in oibus suis partibus ponderato statuto ciuitatis Reatis sub rub. de succes. ab intest. viso insuper lecto, ⁊ perlecto, ac mature cuȝ suis iuribus, ⁊ rōnibus ꝯsiderato ꝯsilio excellētissimi ꝯsultoris do. Antonij de Venafro preceptoris mei honorādi, de sola subscriptione requisitus facile in eandē sniam ꝯcurro. Ita aūt eleganter, ⁊ copiose absoluta est premissa ꝯsultatio per prefatū excellētis. ꝯsultorē, vt si velim petenti morē gerere, mihi agenduȝ nil restat, nisi vt post terga optimi messoris, tm̄ paleas, vt ita dixerim, colligā. Placet igit̄ ista determinatio, ꝙ d. Angelina mater exclusis ceteris admittat̄ ad successionē dicte Primauere eius filie mortue in pupillari etate. Nec huic ꝯclusioni obstat, ꝙ d. Angelina tutelam susceperit, ⁊ ad scḋa vota ꝯuolauerit anteq̄ȝ post petitū tutorem redderet rōnem sue administrationis, ⁊ reliqua redderet iuxta. l. oēȝ. C. ad tertu. ⁊ ibi in terminis declarat Alb. ⁊ Pau. de ca.
1 ⁊ alij, † Qm̄ breuiter instando dico (vt. s. per Consulenteȝ abunde dictuȝ est) ea oia ꝓcedere in matre maiore, ⁊ vere tutrice, non aūt in ea, que esset minor, ⁊ non esset tutrix, nec poterat esse. Ita declarat Bald. in. d. l. oēm. in. ij. col. ⁊ in auc. eisdem penis. C. de secun. nup. ⁊ in vtroq̄ȝ loco sequit̄ Bal. do. Alex. in apost. ⁊ ante eos hoc posuit incidenter Bar. in. l. ij. in. v. col. in ver. scḋo est videndum. ff. qui pet. tut. sed. d. Angelina erat minor, ergo ⁊c. ¶ Et lȝ cōiter d. Angelina ꝓ tutrice haberet̄, maxime qr de eo interuene
2 rat iudicis decretū. Hoc tm̄ nihil ad ꝓpositum, † aliud. n. est esse tale, aliud haberi pro tali, vt declarat Bar. per illū tex. in. l. si maritus. §. legis iulie. ff. de adul. fuit. n. predictuȝ decretū nullum, vt. s. per ꝯsulenteȝ fuit ꝓbatuȝ. Ad cuius dicta addes no. per doc. in. l. si putas. C. de peti. here. ⁊ in specie Pau. de ca. ibi in ver. querit̄ in prima glo. ⁊c. dicit, ꝙ doc. cōiter tenent, ꝙ decretuȝ puta tutoris dati, cum id fieri nō posset, qr forte erat maior, cui dabat̄ nō valet ipso iure, cum ꝯtineat impossibilitatem de iure ēt si non expri
3 mat̄ error. † Et in hoc differt decretū a snia dicit ipse, valeret. n. snia nisi exprimeret̄ error, ⁊ ratio est, qr snia (loquimur de diffinitiua) dr̄ maioris auctoritatis, q̄ȝ decretuȝ, ꝙ solet dici interlocutoria, pro quo vide. l. i. §. hec verba. ff. ne ius fiat ei. Ita ergo erit in casu nostro, videlȝ ꝙ dictum decretū fuerit nullum, cum ꝯtineat impossibile de iure, videlȝ. d. Angelinam que erat minor esse tutricem, iuxta. §.
4 fi. insti. de fidu. tut. cū simi. ¶ Comprobant̄ predicta, † qr dispositio. d. l. oēm. est multum rigorosa, ⁊ matrum afflictiua, ⁊ eis odiosa (⁊ ꝓpterea dicebat Bal. in. d. auc. eisdem, ꝙ non practicat̄ per oia) vnde dȝ intelligi stricte, ⁊ tm̄ in casu, in quo loquit̄ arg. l. cum ꝗdam. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊. c. odia. de reg. iur. in. vj. ⁊ per doc. in. l. si vero. §. de viro. ff. solu. mat. ¶ Sūmota itaq̄ȝ omni difficultate, que resultare videbat̄ ex dispositione. d. l. oēm. qr. s. ei non satisfecit. d. Angelina, remanet alia difficultas emanās ex dispōne statuti Reatini sub rub. de succes. ab intes. in ver. ⁊ si qua mulier. ⁊ in ver. seq. qḋ incipit, ⁊ si ad scḋa vota ⁊c. vbi expsse vr̄ determinari casus noster, videlȝ ꝙ si mater transeat ad scḋa vota excludat̄ ab omni successione filij, vel filie intestati, vel intestate, sed. d. Angelina transiuit ad scḋa vota, ergo ⁊c. ¶ Hoc tm̄ non obstāte adhuc intrepide approbo ꝯclusionē. s. firmatam, ⁊ (ꝓut plene per ꝯsultorem. s. dictum fuit) tota difficultas dependet ex intellectu cuiusdam versiculi post predictos sequētis, ibi, nec mr̄, nec auus ⁊c. nam si ille versic. refert̄ (declarando) ad precedentes, nihil obstabit. d. statutum, si vero non referat̄, sed loquat̄ in casu suo tunc remanebit obstaculum dicti statuti. Unde ꝯclusiue loquendo dico, ꝙ oino debet ad precedentes referri, vt patet plene per adducta. s. per ꝯsultorem. Neq̄ȝ bene ꝓcederet, si intelligeremus dictum versi. in casu ꝯstantis matrimonij, de quo natus sit filius, de cuius hereditate ageret̄, qr vltra adducta. s. per ꝯsulentem ad huius reprobationeȝ dico, ꝙ statutuȝ non posset vnq̄ȝ in suis ꝑtibus verificari.
5 † Nam si viuit pater ad hereditatem filij ipse admittit̄ vna cum matre de iure cōmuni exclusis omnibus preter filios vtrinq̄ȝ ꝯiunctos, vt in auc. defuncto. C. ad tertul. ⁊ in corpore vnde sumit̄, ⁊ ex forma iuris municipalis dicte ciuitatis Reatine idistincte admittit̄ omnibus exclusis, vt patet in dicto statuto de succes. ab intesta. post princ. Modo dicit statutum, nec mater, nec auus maternus possit succedere ab intestato filio, vel nepoti supstite ascendente ex linea masculina, vel fratre carnali ex vtroq̄ȝ parente, vel patre tm̄. Et sic statutum vult, ꝙ ⁊ auus paternus, ⁊ frater vtrinq̄ȝ ꝯiunctus, ⁊ etiam tantum ꝯsanguineus excludant matrem, ⁊ auū maternū, ⁊ alios, sed si intelligeret̄ dictum statutū ꝯstante matrimonio, ⁊ sic patre viuo, nunq̄ȝ in suis partibus posset verificari, qr semꝑ ipse pater excluderet oēs. Remanet ergo vt fatuū sit dicere, ꝙ ille versi. loquat̄ ꝯstante matrimonio, vt. s. ¶ Nec etiaȝ esset statuti bonus sensus, si intelligeres, ꝙ per dictū versi. nec mater, simpliciter loquenteȝ limitet̄ primus versi. ⁊ si qua mulier, hoc est, quando dicit̄, ꝙ ipsa vidua, ⁊ honeste viuens admittatur ad dimidiam vsusfructus, intelligat̄ nisi superesset ascendens, vel frater ⁊c. quoniā ita intelligendo sequerent̄ absurditates, de ꝗbus. s. per ꝯsulentem. nam si primus casus in versi. ⁊ si qua mulier. loqueret̄ non existente ascēdente, vel fratre, de ꝗbus in dicto ver. nec mater, sequeret̄, ꝙ mater ꝓximior a patruis, ⁊ alijs ēt remotioribus excluderet̄ preterq̄ȝ a dimidia vsusfructus, soror vero defuncti, que est remotior admitteret̄ cuȝ patruis, ⁊ patruelibus ad dimidiā totius hereditatis, ⁊ hoc si fuerit dotata, ⁊ non alias. Patruis, vero, vel patruelibus non extantibus ceteros remotiores excluderet, quod q̄ȝ sit absurdum, nemo est, qui nesciat. Item etiam sequeretur ꝙ mater proximior preter q̄ȝ a dimidia vsusfructus excluderetur non existente ascēdente, vel fratre ⁊c. Auus vero maternus remotior eis non extantibus admitteretur in totum, quod absurdo absur
6 dius est. † Et ꝓpterea a lege, vel statuto remoueri debet argumento. l. in pecudum. ff. de vsur. ⁊ in. §. si quis in aliena tabula, ⁊. §. in pecudum. institu. de rerum diuisio. ⁊. l. nam absurdum. ff. de bon. liberto. cum similibus. Ne ergo predicte vigeant absurditates intelligemus ſm qḋ. s. per consulentem declaratum est, ꝙ dictus versicu. nec mater, referatur ad predictos versiculos precedentes declarando, ⁊ addēdo. Declarando hoc, ꝙ ꝑsone, que in. d. duobus versiculis excludūt matrem intelligantur expresse in dicto versiculo nec mater. Addendo, ꝙ vbi mater excluditur, excludatur etiam auus maternus, ⁊ omnis coniunctus per matrem. ¶ Et pro predictis adducta per consulentem
7 facit, † quia statuta debent interpretari secundum equi

tatem, & ne ex his resultet aliqua absurditas arg.c.erit au tem.iiij.dist. & not.Bal.in.l.ex facto. in prin.ff.de vulg. & pup.ad qd facit in arg.l.scire oportet.§.aliud.ff.de excusa. tuto. ¶ Sed predictis vr obstare vnum, qr si.d.versi. nec mater refertur ad.d.versi.& si qua mulier, videntur implicare inuicem ɔtradictionem, nam in.d.versi.& si qua mulier, dicit, q mater succedat in dimidia parte vsufru. & intelle ximius extante et ascendente per lineam masculinam &c.& in.d.versic. nec mater, simpliciter dr, q extantibus predictis psonis mater non possit succedere, & sic cum indefinite loquatur, equipollere dz vniuersali, ac si diceret in nullo succedat, seu succedere possit, iuxta.l.si pluribus.ff.de leg. ij.&.l.si plures.cum simi.de leg.iij. ¶ Sed aduertendum est, qr pluribus modis potest rnderi. ¶ Et primo, quia il
8 lud, quod dr, † q indefinita eqpollet vniuersali intelligitur quotiens oium comprehensoꝝ eadem, & par ratio determinandi est, vbi autez non esset eadem, & par ratio indefinita non eqpolleret vniuersali.ita originaliter declarat Dy. in rub.de reg.iur.lib.vj.& eum sequitur Bal.in.l.ij.ff.de libe.& postbu. & coiter omnes, vbi de materia loquuntur, & preser tim in.d.l.si pluribus.vbi per Jo.de imo.& alios, sed in ca su nostro non est eadem ratio totius hereditatis, cuz.s.ma ter vidua honeste viuens aliqd in premium pudicitie mereatur, & ppterea hz dimidiam vsufru.vt in.d.versic.& si qua mulier, non aut meretur extantibus psonis, de qbus
9 in versi.nec mater &c.in totum succedere. ¶ † Uel & scdo dici pot, & cadet virtualiter in idem q indefinita eqpollet vniuersali, qn de aliquo particulari no reperitur specialis puisio. Jta declarat Bar.per illuz tex.in.l.cum in testo.§. fi.ff.de here.insti.sed in casu nostro iaz specialiter erat prouisum matrem admitti ad dimidiam partem vsufru. merito de ea postmodum non intelligitur dispositum per indefinitam orationem sibi ɔtriam, de qua in.d. versicu. nec mater. ¶ Uel & tertio dicas, q nulla est ɔtradictio, qr inquantum dicitur in versi.nec mater.non possit succedere, intelligatur principaliter respectu ppietatis, & dnij, & et vsu
10 fructus, de quo non sit dispositum, † qr semp ppietatez se quitur, & sic respectu iuris vniuersalis, in quo ppie dicitur successio, & qs fieri heres, vt declarat eleganter do.Bartho.soci.patruus, & do.meus obseruandissimus in.l.cuz fi lio.ff.de lega.i.in.x.col.in versi.autem & si qua mulier, dicitur, q habere poterit dimidiam vsufru.s.formalis, & sic se parati a ppietate put est ius alienis vtendi &c.vt.l.i.ff.de vsufruc. Et sic etiam isto modo tollitur ista contradictio.
Laus altissimo Deo.

Maria.Soci.iunior Senis.1509.

CASVS

¶ Cassandra filia Francisci de ciuitate Grossetti pupilla decessit superstite sibi dna Filitiana matre eius, ac etia dna Hieronyma amita eius, & sorore vtrinqz coniuncta Francisci patris Cassandre defuncte supstitibus et Dnico & Petro antonio patruelibus dicte Cassandre, & filijs olim Jacobi qui fuerat frater dicti Francisci tantum ex parte patris.
¶ Queritur nunc ad quem ptineat hereditas dicte Cassandre sic in pupillari etate defuncte? Et hoc stante statuto sequenti sub rub. de successiouibus ab intestato.
¶ Si aliqua persona de Grossetto, vel eius iurisdictionis ab intestato decesserit sine liberis, vel sine ascedentibus hereditas, & bona sua pueniant, & ptineant ad defuncti ɔiunctos, pximiores ex parte patris vsqz ad tertiuz gradu vulgariter intellectum bm gradum, pximioris ordinis. si mater etiam non supersit defuncti.
¶ Si vero supersit tunc mater succedat in tertia pte bonorum filij defuncti, reliquis remanentibus ad proximiores predictos, vt dictum est.
¶ Si vero ɔiuncti pdicti vsqz ad tertiu gradum deficiant, & mater supsit, tunc mater succedat in totum. si aut mater non supersit, nec aliqs de ɔiunctis ex linea paterna vsqz ad tertium gradum, tunc coiuncti ex parte matris vsqz ad tertium gradum succedant bm gradum proximioris ordinis.
¶ Deficientibus vero personis predictis, tuc hrditas, seu bona talis defuncte psone deueniant, & ptineant ad opus, seu fabrica.s.Marie maioris ecclesie de Grossetto.

SVMMARIVM

¶ Statutum excludens matrem a successione filij ab intestato decedentis an habeat locu, si filius sit pupillus.
¶ Et an in eo sub verbo proximiores coniunctos, qui vocantur, comprehendantur femine.

1 Mater si non supersint nec liberi, nec fratres, aut sorores, nec alij ascendentes, in totum succedit filio pupillo.
2 Ab intestato ppie dicuntur decedere, qui possunt testari.
3 Statutum maxime exorbitans a iure coi, si loquitur de decedente intestato, non dz intelligi in pupillo, qui non dicitur ppie intestatus, & statuta debent stricte intelligi.
4 Statuta alicuius loci debent ibi seruari.
5 Statutuz excludens matrem a successione filij intestati decedentis, an includat pupillum.
6 Omnis hereditas defertur vel ex testo, vel ab intestato.
7 Uerba semper attendi debent, nec ab eis est recedenduz, nisi de contraria voluntate proferentis appareat.
8 Nomen masculini generis, qn comprehendit feminam illud non fit ex ppria signatione, sed per interpretatione.
9 Masculinu no ɔcipit femininu in statutis exorbitatibus.
10 Statuta matris & feminarum exclusiua sunt facta fauore ɔseruande agnationis, & vt bona remaneant in familia.
11 Agnatio non conseruatur per feminas, quia transeunt in aliam familiam.
12 Statutum vocans proximiores coniunctos ex parte patris ad exclusionem matris coniuncte femine comprehenduntur, licet vtatur masculino genere, & maxime, qr iungitur nomini comunis generis scilicet proximiores.
13 Uerba ista viciniores et feminas comprehendunt, licet in masculino genere sint prolata, & j.nu.16.
14 Masculinum coprehendit femininum qn sumus in materia indifferenti respectu masculorum & feminarum.
15 Argumentum a sufficienti partium enumeratione valet.
17 Masculinum a.l.prolatum comprehendit femininum.
18 Statutu excludens filiam dr odiosuz, & odio irronabili.
19 Uerba semper debent deseruire intentioni proferentis.
20 Uerba sub iugo mentis proferentis tanqz sub proprio originali consistunt.
21 Argui a cessante ratione statuti non potest, quando ratio non est in statuto expressa.
22 Ratio conseruande agnationis quando debeat attendi, si statutum excludit feminas agnatas.
23 Clericus vel alius inhabilis ad generandum ob conseruationem agnationis vocantur per verba statuti dicentis q stantibus masculis femine non succedat, lz post eius mortem bona eius possent ire ad extraneos.
24 Argumentum a ratione sumptum si contrariatur voluntati statuentium frustra disputatur de ratione, quia sufficit habere eorum voluntatem, licet cesset ratio.
25 Statuta ɔsistentia in sic volo, lz in eis allegetur ro coseruade agnationis, no tn in totu a tali rone dent regulari.
26 Uerba illa statuti ex parte patris, vel ex linea paterna, an importent tantum masculos.

CONSILIVM X

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie. Si in presenti ɔsultatione attenderetur ius coe res clara esset in fauore dne Filiciane matris.d.Cassandre, vt.s.ipsa in totuz suc
1 cedat, † qr cum huic Cassandre defuncte no supsint liberi, neqz fratres, aut sorores, neqz alij ascedentes vltra matrez ipsa in totum dr succedere, vt est casus in.§.ɔns.in auc. de here.ab intest.col.ix. Jmmo vr, q etiaz attenta dispositione statuti in puncto narrati mater ista non excludatur, eo q non videtur in casu nostro per illud derogatum iuri comuni, quia cum tale statutum (quatenus admittit coniunctos ex parte patris, & matrem excludit ab hereditate filij, vel a parte eius) loquatur qn filius decessit ab intestato, videtur

videtur intelligendum tantum in personis, que testari po-
2 terant† cum ille ꝓprie dicantur decedere ab intestato, seu
intestate, vt ꝓbatur in.l.i.in prin.ff.de suis ꝛ legiti. vbi pp
hoc infertur in ꝓposito nostro, ꝙ impubes (ꝓut erat dicta
dña Cassandra) ꝓprie non dr̃ decedere intestatus, qꝛ si ve
3 lit testari non pōt, ꝛ ob eam causaꝫ sequitur imediate, † ꝙ
statutum maxime a iure cōi, exorbitans, si loquit̃ de dece-
dente intestato non debet intelligi in pupillo, qui non dici-
tur ꝓprie intestatus, cum alias statuta debeant stricte, ꝛ
ꝓprie interpretari in casu in quo loquuntur. vt.l.ij.§.hec
verba.cum ibi traditis per doc.ff.de neg.gest.tradūt doc.
in.l.si vero.§.de viro.ff.solu.matri. Et in terminis in statu
to exclusiuo feminaꝝ tradit Ange.in ꝯsi.cv. statuto caue
tur. ꝛ Pau.de ca.in ꝯsi.ccxxiiij. Circa primum quesituꝫ.
cum similibus, ꝛ in specie in ꝓposito nostro, ꝙ tale statu-
tuꝫ non ꝓcedat in filio pupillo tenuit Alex. in ꝯsilio.cxv.
Circa dubitationem de qua queritur.ij.volu. ¶ Sed tñ
hoc non obstante circunscripta iuris cōmunis dispositio-
4 ne, † dico, ꝙ per statutum predictum (qđ in loco est seruan
dum, vt per Bar. ꝛ alios in.l.oēs populi.ff.de iusti. ꝛ iu-
re) dña Filitiana mater predicta excluditur a successione fi
lie sue ꝓpter existentiam ꝓximiorum ꝯiunctoruꝫ ex parte
patris vsqꝫ ad tertium gradum iuxta tenorem dicti statu-
ti. ¶ Nec ob.ꝙ.d.Cassandra eius filia fuisset pupilla tpe
mortis, ꝛ sic non potuerit testari vt.s.arguebatur, qm̄ pro
5 resolutione aduertendum est, † qꝛ aliqñ statutum excludit
matrem a successione filij intestati decedentis, ꝛ tunc licet
Bart. in.d.l.i.de suis, ꝛ legit. quem multi secuti sunt, te-
neat, ꝙ etiam pupillus includatur, tñ multi tenent ꝯtra-
rium eo ꝙ proprie pupillus non potest dici intestatus, vt
voluit Alex. in.l.generaliter.in prin.C.de insti. ꝛ substitu.
sub ꝯdi.fac.super quo ad presens non discutiam, cum non
sit casus noster.non.n.in statuto nostro fit mentio de inte-
stato. Aliqñ vero statutum excludit matrem a successione
filij ab intestato decedentis (ꝓut ꝓprie loquitur statutum,
de quo agimus,) ꝛ tūc fere omnes doct. ꝯcludunt in tali
statuto etiam pupillum includi, qꝛ licet ꝓprie non decedat
intestatus per predicta, tñ bene dicitur decedere ab intesta
to, hoc est taliter decedit, vt hereditas eius ab intestato, ꝛ
6 nō ex testamento deferatur. Qđ clare ꝓbatur, † qꝛ omnis
hereditas defertur vel ex testamento, vel ab intestato, vt
institu.per quas perso.nob.acqri.§.fi.pupilli non dicit̃ re-
gulariter deferri ex testamento, ergo defertur ab intesta-
to, ex quo sequitur, ꝙ in statuto loquente de decedentibus
ab intestato, ꝓut in casu nostro comprehenditur etiam pu
pillus. Et hanc opi.in terminis firmat Alex.in.d.l.gene-
raliter.patruus, ꝛ dñs meus Soci.in.l.cum antiquoribus.
.C.de iure delibe. ꝛ licet ibi videatur aliqualiter dubitare,
expresse tñ hoc dicit in consi.lxxxj. Si in causa de qua agi-
mus.col.fi.iiij.volu. ꝛ expressius, ꝛ vberius in ꝯsilio.xxxv.
Punctus, super quo, per totum.iij.volu. vbi ad hoc pluri
mas rationes, ꝛ auctoritates congerit, ad quem me remit
to, ꝯcludendo in ꝓposito casu dñam Filitianam matrem
defuncte pupille excludendā esse per ꝓximiores ꝯiunctos
ex parte patris iuxta tenorem dicti statuti. ¶ Sed nunc
dubitat̃ qui sint isti ꝓximiores, qui in casu nostro dicantur
vocati ad exclusionem matris, ꝛ lꝫ dña Hieronyma amita
predicta sit in ꝓximiori gradu Cassandre defuncte, q̃ sint
Dñicus, ꝛ Petrus antonius patrueles eius, vt de se con-
stat, tñ videtur dōm, ꝙ.d.patrueles debeant vocari eo, ꝙ
illi sint masculi, non autem dña Hieronyma, cum sit femi-
na, nam vr̃, ꝙ statutum predictum ad exclusionem matris
solum vocet agnatos masculos. ¶ Hoc autem suaderi vi
detur primo ex natura verboꝝ in dicto statuto positoruꝫ,
nam dicitur, ꝙ bona pertinere debent ad ꝯiunctos proxi-
miores, ꝛ sic sunt verba masculini generis, igit̃ in ipso ge-
nere masculino summi debent, ꝛ non debet addi, vel ꝯiun
7 ctas ꝓximiores. † semper enim verba attendi debent, ꝛ ab
eis non est recedendū, nisi de ꝯ̃ria voluntate ꝓferentis ap-
pareat, vt.l.i.§.si quis naueꝫ.ff.de exerci. ꝛ.l.non aliter. in
prin.ff.de leg.iij. ꝛ ratio est, qꝛ ꝯsiderate, ꝛ deliberate pre-
sumuntur ꝓlata, vt.l.labeo. ꝓpe finem.ff.de suppelle.lega.
8 Et maxime hoc dicendum videtur † qꝛ si qñ nomen mascu
lini generis comprehendit feminam, illud non fit ex ꝓpria
significatione, sed per interpretationem, vt voluit Fulgo.
in.l.qcunqꝫ.C.de ser.fug.ꝓut eum refert, ꝛ sequit̃ excellen
tissimus etate nostra iurisconsul.do. Phil.deci.in.l.femi-
ne.col.xiiij.ff.de reg.iur.interpretatio aūt, vt femina cōpre
hendat̃, non dꝫ fieri in casu nostro, cum istud statutum (ex
9 quo excludit matrem) sit exorbitās † ꝛ in statutis similibus
masculinum non ꝯcipit femininum, vt.l.i.§.i.ver.quare.ff.
de vent.inspi.tradit Domi.de.s.gemi.in.c.generali.de ele
ctio.lib.vj. Archi.in.c.si quis suadente.xvij.q.iiij. Cardi.
in cle.i.de elec. Alex.in ꝯsi.xxiiij. Animaduersis his.i.co
lum.ij.volu. Corne.in ꝯsil.cclxxj. De hac ꝯsultatione.iiij.
col.iiij.volu. Areti.in ꝯsi.xxxix. ꝛ Ias.in.l.si quis id quod.
iij.col.ff.de iurisd.om.iudi. ¶ Scđo, ista opinio ꝯfirmatur
10 ex mente statuentium, † nam cum statuta matris, ꝛ femi-
narum exclusiua censeatur facta fauore ꝯseruande agna-
tionis, ꝛ vt bona remaneant in familia, vt voluit Io.and.
in addi.Spec.super rub.in titu.de succes.ab intesta. Cyn.
in.l.i.C.ad leg.iul.de adul. ꝛ Bal.in.l.maximum vitium.
.C.de liber.preteri.tradit Roma.in ꝯsil.ccccxxj. Quattuor
sunt ꝛc.patruus, ꝛ dñs meus do.Bartho.soci.in consilio
xxviij. Circa primam.ij. ꝛ.iij.col.iiij.volu. ꝛ plene do.Fran
cis.curti.in ꝯsi.xliiij. Sepenumero.i.col. ꝛ in ꝯsil.lxxx. Re
cte prefatus.in prin. ꝛ.iij.col. ꝛ plenissime hoc potuit insi-
gnis doc.do. Lau.de palat.in suo eleganti tractatu, ꝙ ex-
tantibus masculis femine non succedant, certe debent sic
interpretari, vt rationi predicte, ꝛ menti statuentium satis-
fiat, ꝛ sic vt soluꝫ masculi (per quos agnatio ꝯseruatur) cen
11 seantur vocati. ꝛ non femine, † per quas agnatio non con-
seruatur, cum in alienas familias transeant, vt.l.ꝓnuncia
tio.in fi.ff.de ver.sig. ¶ Demum predicta opin. cōproba
ri videtur, qꝛ in isto statuto ad exclusionem matris vocan
tur ꝓximiores coniuncti ex parte patris, ꝓpter quod vi-
5 in. l. fi. in. i. col. C. si a non compe. iudi. vbi vult, † q l3 alias quis sortiatur foru3 ratione celebrati ꝯctus, illud tñ fallit in marito, q2 l3 celebret ꝯctum dotis in ciuitate vxoris ea3 restituere ꝑmittendo (adueniente casu) tñ postea soluto matrimonio non in ciuitate vxoris, sed in propria ꝯueniendus erit ea rõne, q2 q̃ñ celebrauit ꝯctum in ciuitate vxoris erat idem omnibus plane intelligentibus recessurus, ꝛ cum eo itura erat vxor, vt est tex. in. d. l. exigere. ꝛ ꝓpea dixit idem Bal. extra de ꝯsue. in rub. in. ij. col. ver. de ꝯsuetu. do. q circa lucrum dotis attenditur consuetudo, que est in ciuitate,

6 in qua vir h3 domicilium, ꝛ non ciuitatis vxoris, † q2 vir dignior est vxore, ꝛ sic Bal. ibi q̃si in terminis determinat ca su3 nr̃m, eãdẽ opi. secutus est Saly. in. d. l. cũctos populos.

7 in. ij. col. ver. item quero † si in ciuitate, vbi in indiuiduo determinat casum nr̃m, dicit. n. q si in ciuitate originis vxoris sit ꝯsuetudo vel statutum, q muliere premortua sine liberis vir lucretur dimidia3 dot. (ꝑut simile statutu3 asseritur esse in ciuitate Crasseti, vñ do. Bartholomea habuit origine3) ꝛ in ciuitate mariti, q lucretur solum tertiam, vel nihil, ꝑut in casu nr̃o est in ciuitate Masse, vbi ser Gabriel h3 domicilium, si ꝯtingat mulierem sine liberis premori inspiciet statutum vel ꝯsuetudo ciuitatis viri, ꝛ sic vel tertia3 tantũ, aut nihil lucrabitur ƀm formam statuti. In casu igitur nr̃o. d. ser Gabriel ƀm formam statuti Masse (excepto lecto cũ suis ornamentis) nil lucrabitur, ꝛ ƀm eum rõ est, q2 semper inter coniuges vr̃ actum, vt in loco domicilij viri dos reddatur, ꝛ sic vt eiusdem loci statuta seruentur, ꝛ hanc opin.

8 doct. cõiter sequuntur. ¶ † Pro qua vltra predicta facit, q2 cum vxor sequatur forum, municipium, ꝛ iurisdictionẽ viri, vt. l. cum quedam puella. ꝛ ibi per doct. ff. de iurisditi. om. iud. ꝛ in. l. de iure. in fi. prin. ꝛ in. l. imperatores. §. ite3 rescripserunt. ff. ad munici. d3 viro dedisse dotem ƀm. ll. statuta, ꝛ consuetudines loci, vbi vir h3 domicilium, ꝛ eis se submisisse arg. l. i. C. de emanci. lib. Sit ergo firma cõis, ꝛ indubitata conclusio, q circa lucrum dotis semper attenduntur statuta ciuitatis viri, ẽt si ꝯctus in ciuitate vxoris sit celebratus per. s. dicta, ex qua clare infertur ad casum nostrum, v3, q. d. ser Gabriel tenetur integram dote3 Achilli fratri, ꝛ heredi. d. do. Bartholomee restituere, lecto, dũtaxat excepto, ƀm formam statutoꝝ ciuitatis Masse. ¶ S3 predicta conclusio videtur reddi dubia per ea, que singulariter dixit Bal. in. c. i. §. fi. de inuest. de re. ali. fac. in vltimis

feud. vbi videtur velle, q̄ predicta cōmunis opin. p̄cedat, nisi mulier ignorauerit statuta ciuitatis mariti, qm̄ tunc fiducia iuris cōis, vel statutorum sue ciuitatis ꝯtendo nō videtur liganda (velut ignorans) statuta ciuitatis viri, argu. l. regula. ff. de iur. ꝛ fac. ign. vnde cum. d. do. Bartholomea velut forensis dicatur ignorasse statuta ciuitatis Masse, vr̄ q̄ illis non sit standum, sed statutis ciuitatis ipsius mulieris, ſm̄ que vr̄ nupsisse, cum statuta ciuitatis viri ignorauerit. ¶ Sed defendendo iam firmatam ꝯclusionem in primis dico, q̄ illa opi. Bal. in. d. §. fi. non est vera, ꝛ per doc. reprobatur, cōis. n. opi. s̄. firmata simpliciter loquitur, ꝛ semper presupponit mulierem forensem, ꝛ per ꝯñs (presumptiue loquendo) ignorare statuta ciuitatis viri, si ergo opi. bal. esset vera cōis opi. nunq̄ꝫ p̄cederet, qꝛ semper mulierē ignorasse (iuxta presumptionem) diceremus, q̄ nec ipse Bal. diceret, ꝛ ita ꝯ Bal. in terminis ꝯsuluit Cuma. in ꝯsil. xxvj. cum statutum, ꝛ in ꝯsi. lxxij. visis pactis, ꝛ dicit, q̄ sibi imputet mulier, si ignorauerit, qm̄ cū sit secutura fo͞r, ꝛ domicilium viri, legibus, ꝛ statutis ibi existētibus dicitur se subiecisse iuxta. l. qui cum alio. ff. de regu. iur. ꝛ idem (expresse Bal. reprobando) ꝯsuluit Deci. in consil. xix. ꝛ p̄ tenui fa-

9 cultate, in. i. col. † tenens expresse, q̄ ēt, q̄ mulier ignorauerit, vt. s̄. seruandum sit statutum domicilij viri, quicq̄d bal. in. d. §. fi. in ꝯrium dixerit. ¶ Cuius quidem Bal. opi. ſm̄ eum posset saluari, vbi mulier ignorasset patriam viri credens eum ex terra sua, qđ tñ ego non firmo. ¶ Preterea bene aduertenti Bal. in. d. §. fi. non vr̄ expresse illud dictuꝫ firmare, cum nouissimo loco referat quosdam tenere, vt simpliciter non attenta ignorantia mulieris attendantur statu-

10 ta ciuitatis viri, † ꝛ alias solet dici doc. cuꝫ opi. vltimo loco recitata videri pertransire arg. gl. in. l. cum quidam. §. sabinus. ff. ad treb. ꝛ dixit Bar. in. l. bona fides. ff. deposi. ꝛ habetur per Moder. in addi. ad Abb. in. c. i. extra de ꝯstitu. ¶ Preterea posito (absq̄ꝫ preiudicio) q̄ dictuꝫ Bald. sit verꝫ, dico, q̄ in casu nostro non obstat arguendo a rōne cessante iuxta. l. adigere. §. q̄uis. ff. de iu. pat. ꝛ. c. cum cessante extra de appel. nam rō, qua Bal. motus fuit est, ne mulieri ignoranti, vel eius heredi preiudicetur, ꝛ dānum inferatur. At in casu nostro statutum Masse nullum affert damnum mulieri, seu eius heredi, quinimo ei fauorabile est, si quideꝫ attento statuto Crasseti. d. ser Gabriel certam partem dotis lucrarctur, ꝛ ſm̄ statuta Masse (preter lectum) vt. s̄. dixi nihil lucratur, cessante igitur rōne ꝛc. Sit ergo firma cōclusio in casu nostro omnino attendenda esse statuta ciuitatis Masse, ꝛ ſm̄ hanc opi. vltra predicta ꝯsuluit Cuma. in consi. cix. dña Joāna, ꝛ Fulg. in ꝯsi. xciij. ad id de quo in primo, ꝛ posuit Ant. de but. ꝛ Abb. in. c. i. de spons. ꝛ ꝯsuluit Alex. in ꝯsi. cj. super eo, de quo queritur in. iij. vol. ꝛ est cōiter ab omnibus approbata, a qua hereticum esset discedere presertim in iudicando. Laus Christo Redemptori nr̄o.

Mar. Soci. iunior. J. U. D. Senis. 1515.

SVMMARIVM

¶ De interpretatione statuti Señ. q̄ a laudo scđa vice lato non liceat reclamare vtrum. s. intelligatur simpliciter, an vero si secundum laudum fuerit conforme primo.

1 Appellari lꝫ non possit a sentētia arbitratoris, tñ pōt peti q̄ reducatur ad arbitrium boni viri, limita, vt. j. nu. 4.

2 Laudum contra se latum bis potest quis, prout appellare, ita petere reduci ad arbitrium boni viri.

3 Appellari sicut potest a sententia super reductione lata, quando coram iudice fuit petita reductio ad arbitrium boni viri, an ita etiam quando reductio fuit petita coraꝫ arbitratoribus meri facti, vide. j. nu. 5. vbi tenet q̄ non per plures rationes, ꝛ pulchre.

6 Statuti mentem, ꝛ intentionem, ꝛ non verba, inspicere debemus.

7 Mens statuentium semper in dubio videtur fuisse, vt dispositio non sonet in absurdum, ꝛ iniquum intellectuꝫ.

8 Statutum ne contineat iniquitatem, ꝛ absurditatem, receditur etiam a propria verbi significatione.

9 Statuta semper debent interpretari, ne possint a sapientibus reprehendi.

10 Litigantes non debent ad imparia iudicari, limita vt. j. numero. 29.

11 Lex vnica. C. ne lice. tertio pronoc. quomodo intelligatur, ꝛ. j. numero. 30.

12 Statutuꝫ prohibens a scđo laudo appellare, an debeat intelligi, qñ scđm laudum fuit conforme primo, ꝛ. j. nu. 31.

13 Statutum dictans q̄ a sententia lata super reductione siue sit confirmatoria, siue infirmatoria prime non possit appellari, si primo fuerit petita reductio ab vna parte, ꝛ in sentētia super reductione lata, fuerit lesa altera pars, an dicta pars lesa, non obstante dicto statuto poterit ab illa sententia appellare, ꝛ. j. nu. 32.

14 Lites citissime finiri spectat ad vtilitatem publicam.

15 Judex appellationis semper est maior iudex, q̄ꝫ cause principalis.

16 Arbitri debent ex eorum arbitrio, ꝛ libere, ꝛ quicquid eis videtur iudicare.

17 Precedentia declarant sequentia.

18 Natura relatiui, is, ea, id, est referre antecedens cum omnibus suis qualitatibus.

19 Statuta cum consistant in sic volo, sic iubeo, ꝛc. eoruꝫ verbis tenaciter est inherendum.

20 Statutum etiam in vna parte iniquum est omnino seruandum.

21 Statuentibus ꝛ maioribus licitum est ad arbitrium statuta condendo, disponere.

22 Statuta quantumcunq̄ꝫ exorbitantia debent intelligi ſm̄ cōmunem vsum loquendi.

24 Mens statuentis, ꝛ ratio conditi statuti semper regulāt statutum, ꝛ inde vitam accipit, sicut corpus per animam.

25 Statuta de compromissis loquentia sunt fauorabilia, quia in eis vertit̄ vtilitas publica. s. vt finis litibus imponat̄.

26 Mens statuentiuꝫ est ea, que ex verbis (presertim vbi clara sunt) percipitur.

27 Infinitas est euitanda.

28 Presumptio est pro laudo arbitri.

29 Licere potest vni ex litigatoribus ex diuersitate rationis, quod alteri non licet.

31 Ex diuersis non fit illatio.

32 Dictio, ꝛ, pro etiam, ꝛ sic inclusiue ponitur.

CONSILIVM XV.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ꝛ iustitie. Duplex inspectio in presenti cā se offert. ¶ Una est, vtrum ex dispositione iuris cōmunis circūscripto, ꝛ posthabita municipalis iuris censura liceat Sebastiano reclamare, appellare, seu dicere de iniquitate laudi vltimo loco lati. ¶ Altera est, vtrū hoc ei liceat de iure municipali, quicquid de iure cōi terminandum esset. ¶ Circa primaꝫ videtur prima frōte, q̄ de iure cōmuni possit. d. Sebastianus dicere de iniquitate scđi laudi, ꝛ petere illud reduci ad arbitriuꝫ boni viri, ꝛ presupponitur, q̄ illi, qui scđo loco laudauerunt fuerint arbitratores facti, ꝛ non arbitri iuris, p̄ut pꝫ ex statuto, sub rub. si opponatur ꝯ laudum ꝛc. cuius statuti auctoritate, ꝛ dispositione inspecta fuit causa predicta in. d. scđos arbi-

1 tros remissa, † quo stāte videtur de iure cōi apertissima conclusio, q̄ lꝫ a sententia arbitratoris non possit appellari, tñ potest peti, q̄ reducatur ad arbitrium boni viri, vt. l. si societatem. §. arbitrorꝫ. cum simi. ff. pro soc. ꝛ ibi plene p̄ bar. ꝛ alios in. l. si quis arbitratu. ff. de ver. obl. ¶ Nec vr̄ obstare, q̄ iam alias fuit petitum in presenti cā lauduꝫ primū, ꝛ iniquum reduci ad arbitrium boni viri, quasi hoc, q̄ scđo laudo sit iudicatum, dicatur illud arbitrium boni viri. qđ solet queri. Qm̄ responderi potest, q̄ illud p̄cederet, si ille idē petijsset arbitriū latum reduci ad boni viri arbitriuꝫ, qꝛ iaꝫ ei esset satisfactū, sed in casu nr̄o reductio predicta fuit petita per do. Catherinā, ꝯ quam fuit latum primum lauduꝫ, vnde vr̄, q̄ sicut ipsa petijt cām hanc iterum compromitti, ita ꝛ Sebastianus id facere possit ad instar appellationis,

2 que cuilibet parti cōceditur. ¶ † Quinimo ſm̄ hoc ēt bis posset

posset quis (prout appellare) ita ⁊ petere laudum contra se latũ reduci ad arbitriũ boni viri, vt in .l. vnica. ⁊ que ibi per
3 doc. C. ne li. in vna ea cã. tertio ꝓuo. † Et sicut alias, qñ coram iudice fuerit petita reductio laudi ad arbitrium boni viri posset a sententia super reductione lata appellari, ſm Bal. in .d. l. vnica. in .ij. col. ver. extra quero ⁊c. ⁊ eleganter consuluit Alex. in ꝯsi. mihi. cvj. viso themate anteposito, in prima difficultate, in .iij. vol. ita ẽt in casu nostro, quo .d. reductio fuit petita coram arbitratoribus meri facti. ¶ Sed predictis non obstantibus in casu nostro de iure coi verius est, vt non liceat .d. Sebastiano aliquid opponere ꝯ hoc secundum laudum, ⁊ non discedendo a presupposito .ſ. fa cto fateor, ꝙ hi, qui scdo loco laudauerunt fuerunt arbitratores facti, in eo vero, qd dicitur, ꝙ lauda arbitratoꝝ pos
4 sunt reduci ad arbitriũ boni viri, vt .d. §. arbitroꝝ. † Illud procedit, qñ laudum erat primum, ⁊ nunq̃ fuit petita .d. reductio, sed vbi iam fuisset laudatum, ⁊ demum a laudo reclamatum, ⁊ successiue scdo loco iudicatum, non reperitur
5 iure cautũ, ꝙ possit peti .d. reductio. ¶ † Et aduertendũ est, ꝙ lʒ Bal. ⁊ Alex. in locis preall. velint, ꝙ a sententia sup reductione lata possit appellari tñ ꝯria opi. videtur verior, ꝑut tʒ Bar. in .l. i. in fi. ff. de leg. ij. ⁊ Inn. in c. presenti. extra de rescrip. (qui Bar. ⁊ Inn. in ciuili, ⁊ canonica disciplina sunt duo luminaria magna) ⁊ idẽ tʒ Jo. and. in addi. Spec. in ti. de appell. §. in quibus. ver. quid si conuenit. ⁊ Ang. in .l. arbitro. ff. qui sat. cog. ⁊ Saly. qui lõge examinat in .l. ⁊ in maioribus. C. de appel. ⁊ ideʒ tenuit do. Frã. ʒabar. Cardi. floren. ꝑut ipsum refert, ⁊ (longe examinãs) sequit .d. Abb. in c. qntauallis. extra de iu. iur. in .xx. ⁊ .xxj. col. ver. nunc quero de notabili .q. vbi refert se ꝓ ista parte ꝯsuluisse in .q. facti, ⁊ dicit, ꝙ ista opi. hʒ equitatem, vt .ſ. cito finis litibus imponatur iuxta .l. ꝓperandum. in princ. C. de iudi. ⁊ .c. finem litibus. extra de do. ⁊ contu. ⁊ hanc opi. etiam sequitur do. Jo. de ana. ⁊ post eũ Lud. bolog. in consil. lj. in cã illoꝝ de monticulo, vbi dicit, ꝙ ab ista opi. maxime in consulendo, ⁊ iudicando non est recedendum, ⁊ ideʒ dicit esse tenendum solemnis doc. Lanfrã. de oria. in suo solemni trac. de arbi. in vlti. parte. q. xxij. mihi in col. lxvj. ⁊ sequen. vbi dicit, ꝙ hanc opi. semper in iudicãdo sequeretur, tanquã optimis rationibus, ⁊ auctoritatibus suffultam, ⁊ mihi ista opin. vr̃ verissima, maxime qꝛ si posset ab ista sententia super reductione lata reclamari, vel appellari, vel peti, ꝙ reducatur ad arbitrium boni viri, ꝓcederemus in infinitum, ⁊ partes in subtilitates anfractus ⁊ longitudinem iudicioꝝ inciderent, que voluerunt euitare, cum causaʒ per viam compromissi elegerunt terminari, ꝑut dicit Salyc. ⁊ Abb. in locis preall. ¶ Et animaduertendum est, ꝙ licet predicta conclusio loquatur, qñ super reductione ꝓnunciauit iudex, vt ꝓprie loquuntur oẽs predicti doc. tñ idem omnino est, ⁊ fortiori (ni fallor) ratione, qñ sup reductione ꝓnunciauerunt arbitri, seu arbitratores, prout sumus in casu nostro, qñquidem si a sentẽtia iudicis super reductione non potest per aliq̃ viam appellari, a quo regulariter appellatur, vt in to. ti. de appell. minus poterit a sñia arbitratoꝝ super .d. reductione aditoꝝ ꝓuocari, a quibus regulariter non ꝓuocatur. ¶ Et maxime qꝛ ſm Saly. ⁊ Abb. in locis predictis vna ex potissimis rõnibus, quare a sententia iudicis in casu illo non appellatur est, qꝛ ille tunc fungitur vice arbitratoris, ⁊ in locum eius subrogatur, minus ergo a sententia arbitratoris ꝓuocabitur per regulam illam ꝓpter qd vnumqdqʒ tale est, ⁊ illud magis ⁊c. de qua ꝑ bal. in auc. res que. C. cõia de leg. in fi. pe. col. ⁊ Saly. in .l. ij. C. de litig. ¶ Addo ꝙ bal. in .d. l. vnica. C. ne in vn. ca. lic. tertio ꝓuo. (vbi tʒ, ꝙ a sententia iudicis super reductione possit appellari, lʒ male (vt ex .ſ. dictis ꝯstat) expresse tʒ, ꝙ si arbitrator cognouerit super reductione predicta, nõ dabitur vltra ꝓuocatio, vel recursus, ⁊ sic vr̃ ex predictis remanere, ꝙ cum in casu nostro scdo loco laudantes, ⁊ super reductione aditi fuerint arbitratores, ꝙ ab eoꝝ prolatione ex dispositione iuris cõis non datur aliqua ꝓuocatio, ⁊ hec quo ad primam inspectionem. ¶ Circa scdaʒ vʒ vtrum .d. Sebastiano liceat reclamare attenta censura iuris municipalis, vr̃ apertissime prima fronte dõm, ꝙ sic (lʒ cortici verbo
6 rum statuti inherendo videatur ꝯrium dõm, † qm̃ non verba eius, sed mentem, ⁊ intentionem inspicere debemus iuxta .l. scire. ll. ff. de legi. ⁊ .l. scire opʒ. §. aliud aũt. ff. de excu. tu.) ⁊ sic videtur, ꝙ qñ in statuto dr̃, ⁊ postq̃ scda vice laudatum, ⁊ diffinitum fuerit, id non possit rumpi, vel infringi vllo modo sed executioni ⁊c. debeamus exponere, ⁊ interpretari .ſ. si primo laudo fuerit conforme, si vero difformiter a primo laudetur, dʒ posse iteꝝ compromitti, ⁊ ꝙ ita sit
7 dõm vr̃ multa adduci posse. ¶ † Et in primis arguendo a mente statuentium, que semper in dubio vr̃ fuisse, vt dispositio non sonet in absurdum ⁊ iniquum intellectum, vt voluit Bar. in .l. omnes populi. in .xvij. col. in .vj. q. prin. ver. iuxta premissa quero ⁊c. plene ꝑ Alex. ꝯs. lxxx. viso, ⁊ opor
8 tune. in .vj. col. ⁊ ꝯsi. lij. viso themate .ij. col. i. vol. † vbi dicit fortius, vʒ ꝙ discedimus ẽt a ꝓpria verbi significatione, ne statutum ꝯtineat iniquitatem, ⁊ absurditatem, qꝛ ita credi
9 mus fuisse de mente statuentium. † Ad qd facit, qꝛ semper statuta debent interpretari, ne possint a sapientibus reprehendi, vt .l. saluius aristo. ff. de leg. ꝓstã. ⁊ ponit Soc. noster in ꝯsi. lxiij. in cã vertente, in .v. col. ver. statuta autẽ ⁊c. sed si interpretamur scda vice simpliciter .ſ. tam difformiter, q̃ ꝯformiter sonat tunc statutum in maximum absurdum, vʒ, qꝛ plus operabitur scdm laudum in fauorẽ .d. Catherine latum, ꝙ est solum, q̃ operatum fuerit primum laudum latum in fauorem .d. Sebastiani, ab eo .n. do. Catherina ꝓuocauit, ⁊ .d. Sebastianus a scdo non posset prouocare, qd videtur absurdissimum, ⁊ merito vr̃, ꝙ a sapientibus posset reprehendi. igitur vr̃, ꝙ interpretetur, vt .ſ. est dictuʒ scʒ ꝯformiter. ¶ Scdo qꝛ alias sequeretur, ꝙ plus iuris haberet .d. Sebastianus, si nunq̃ fuisset latum primum laudum in fauorem suum, qꝛ nunc a laudo ꝯ se lato posset prouocare, ꝑut a primo fecit do. Catherina, ⁊ modo qꝛ habuit primum in fauorem suum (ꝙ ei ꝓdesse, non obesse dʒ) non posset a scdo ꝯ se lato ꝓuocare, qd quidem vr̃ intolerabile, arg. l. sed ⁊ si vnius. §. si seruus in quo. ff. de iniur. cum simi.
10 ¶ † Tertio qꝛ nõ debent litigantes ad imparia iudicari. c. non lʒ. de regu. iur. li. vj. ⁊ in .l. fi. ⁊ ibi per Bal. ⁊ alios C. de fruc. ⁊ li. expen. sicut ergo licuit do. Catherine dicere de iniquitate primi laudi ꝯ se lati, ita (vt pares fiant) dʒ posse
11 Sebastianus. ¶ † Quarto adducit elegans doctr. Bar. in .l. vnica. C. ne lic. tertio ꝓuoc. vbi dicit in effectu illũ text. debere intelligi, qñ tres sententie sint ꝯformes, ⁊ Abb. in. c. sua nobis. ⁊ in .c. dilecte. ⁊ lʒ interposite fuerint due appellationes, si non ab eodem poterit, ⁊ tertia, ⁊ forsitã quarta interponi, ita ergo in casu nostro statutum dictans, ꝙ secunda vice laudatum non possit infringi, dʒ intelligi, qñ ꝓ eodem, ⁊ sic ꝯformiter primo. ¶ Scdo ꝓ hoc vr̃ expressa decis. Pau. de cast. in consil. cccxlj. proponitur in facto, ꝙ
12 duo fratres ⁊c. † vbi quasi in terminis nostris in statuto suo ꝓhibente a scdo laudo appellari ꝯsuluit maxime ex rationibus predictis debere intelligi, qñ scdm laudum fuit ꝯforme primo, que doctri. in indiuiduo vr̃ determinare casuʒ nostrum. ¶ Sexto alleg. elegans consi. do. Alexan. mihi nu. cvj. viso themate anteposito ⁊c. in .iij. col. iij. vol. ver. modo
13 venio ad scdm principale ⁊c. † vbi vr̃ velle, ꝙ lʒ statutuʒ dicat, ꝙ a sententia lata super reductione siue sit ꝯfirmatoria siue infirmatoria prime non possit appellari ⁊c. tñ si primo fuit petita reductio ab vna parte, ⁊ in sñia super reductione lata fuerit lesa altera pars poterit .d. pars lesa non obstante .d. statuto ab illa sententia prouocare, qd multum in casu nostro vr̃ stringere. ¶ Preterea, ⁊ septimo vr̃, ꝙ vltra predicta, verba ipsa statuti, de quo agimus velint illud interpretari, qñ scdm laudum sit conforme primo, ⁊ nõ aliter, dicit .n. ꝙ id qd scda vice laudatum fuerit, mãdetur executioni, modo si scdm laudum sit ꝯrium primo nihil est, qd possit dici scda vice laudatuʒ, sed quicquid est laudatũ, vna, ⁊ prima tñ vice laudatum est, id ergo vr̃ scda vice laudari, qd est ꝯforme laudo primo, ꝑut ẽt hoc arg. in casu suo vtit Pau. de cast. in .d. ꝯsi. cccxlj. ¶ Deniq; ⁊ ex alio vr̃ ex verbis .d. statuti colligi predicta interpretatio, nam dicit statutum ꝙ id, qd scda vice fuerit laudatum, mandetur executioni ꝯ personam, ⁊ bona eius, qui opposuisset ⁊c. que verba vr̃ exponenda, opposuisset .ſ. ꝯ primum laudum ab initio, cum sit preteriti plusq̃ perfecti, ⁊ arguat oppositionem diu iam factam, ex quo manifeste vr̃ sequi, ꝙ laudum scdm

fuit conforme primo, q2 si difforme fuisset, non esset facienda executio ꝯ personam, ꝛ bona eius, qui contra primum opposuisset, sed ꝯ eum in cuius fauorem primum latum fuerat, ꝛ qui nihil primo opposuerat. ¶ Veꝝ ex predictis nõ obstãtibus, que vere non obstant, verius esse arbitror, ꝙ stãte dicto statuto impossibilis sit reclamatio a scdo laudo et difformi, ꝛ ꝯrio primo, ꝛ p ꝯñs, ꝙ d. Sebastiano oĩno sit deneganda appellatio, seu de iniquitate oppositio. ¶ Et pro clariori intellectu, ꝛ veritatis elucidatione presuppono in facto, ꝙ in nr̃a ciuitate Señ. ab ann. xxv. in circa retro cãe ordinarie bis tñ coram iudicibus ventilabantur, vz coraz iudice cause principalis, ꝛ coram iudice appellationis, ꝛ a sñia in causa appellati. lata qualiscunqꝫ esset et ꝯria prime non poterat appellari, sed illa finem liti imponebat (lz hodie sit correctum) put ex forma statutoꝝ clare ꝯstat. Et il-
14 lius ordinationis ratio erat, † q2 voluerunt maiores nostri lites citissime finiri, qd quidem spectat ad publicam vtilitatem iuxta. l. pperandum. in princ. C. de iudi. ꝛ c. finem litibus. de do. ꝛ contu. ꝛ vr̃ velle Bart. in. i. ꝯsti. C. in. iij. col. ꝛ omnes iudices bonos presumentes satis arbitrati sunt de cã aliqua cognitum, si bis cognoscatur, magis tñ ꝯsiderunt
15 de scdo iudice in causa appellationis, † tuz q2 semper est maior iudex iuxta. l. i. ff. de appel. cum et q2 vidit, que vidit primus iudex, ꝛ aliquid vltra, ꝛ ita ratione plenioris cognitionis voluerunt eius sñie omnino esse standum. ¶ Ex quo infero in pposito, ꝙ vbi verba statuti de quo agimus, patiantur, ꝙ scdm laudum et ꝯrium primo mandetur executioni, id oĩno esse et ex mente statuentium, vt. s. dicantur voluisse in scda arbitramentali cognitione oĩa finiri, ꝛ per sententiam in ea datam oĩno finem litibus imponi rõne plenioris cognitionis eam iuri, ꝛ veritati ꝯsonam presumentes sicut ꝛ de sententijs a iudicibus ordinarie prolatis statuerãt pp identitatez rõnis iuxta. l. illud, cuz vulg. ff. ad. l. aql. ac et pp similitudinez, vt. l. non pñt. ff. de leg. iuncta. l. i. ff. de arb. ¶ Hoc ita presupposito dico, ꝛ concludo, stante. d. statuto sub rub. si opponatur ꝯ laudum itez compromittatur lauduz scdo loco latum omnino finem liti imposuisse, ꝛ executioni mandandum esse, ꝛ per ꝯñs. d. Sebastiano nullũ ius ꝯ dictum laudum competere. ¶ Et tota difficultas pẽdet a verbis illis in statuto positis, vz ꝛ postqꝫ scda vice laudatum, ꝛ diffinitũ fuerit id rumpi ꝛc. an. s. sint intelligẽda simpliciter respectu scdi laudi, quo ad ordinem plationis, ꝛ sic taz difformiter, qꝫ ꝯformiter, an vero limitate respectu grauaminis alicui iniuncti, ꝛ sic debeamus interpretari. s. ꝯformiter, in quo intrepide dico, ꝛ absqꝫ hesitatione verba illa secunda vice simpliciter, ꝛ primo modo intelligenda, put necessario verba ipsa volunt, ꝛ menti statuentium ꝯuenit, ꝛ ꝙ ita sit. ¶ Primo pbatur ex precedentibus verbis statuti dum dicit, ꝛ euz, vel eos, ac et eligentes in palatio detineat donec scda vice fuerit laudatum ꝛc. pondero illa verba secunda vice, ꝛ eoꝝ sensum, qui necessario est tã ꝯformiter, qꝫ difformiter, ꝛ sic respectu ordinis plationis alias sequeretur, ꝙ potestas deberet eos in palatio detinere, donec primum laudum ꝯfirmarent, si verba illa scda vice intelligerẽtur respectu grauaminis, ꝛ ꝯformitatez importarent, qd qꝫ
16 sit absonum, quisqꝫ intelligit, † cum arbitri debeant ex arbitrio eoꝝ, ꝛ libere, quicquid eis videtur iudicare, vt. l. qualem. ff. de arb. cum ergo verba illa scda vice ponantur a statuentibus respectu ordinis plationis simpliciter, eodẽ modo, ꝛ statim sequentia verba ꝛ postqꝫ scda vice laudatuz ꝛc.
17 posita intelliguntur, † cum precedentia declarent sequentia. l. si seruus plurium. §. fi. de leg. i. ꝛ. l. qui filiabus. eo. tit. ꝛ maxime cum statim sequatur per eadem verba, ꝛ postqꝫ scda vice. ¶ Et ex hoc pz responsio ad septimum arg. s. in ꝯrium factum, q2 illa verba scda vice non intelliguntur respectu grauaminis, qd ergo sequitur in statuto id non possit rumpi, vel infringi ꝛc. intellige. s. id qd scda vice laudatum fuerit respectu ordinis plationis, ꝛ sic tam difforme,
18 qꝫ conforme primo. † cum de natura relatiui is, ea, id sit referre antecedens cum oĩbus suis qualitatibus sm Bar. in. l. si quis seruum. §. fi. de leg. ij. ꝛ ponit Alex. in. l. rem alienam. in apostil. ad Bar. ff. de pig. act. ¶ Scdo pbatur, q2 in ciuitate Señ. statuta oĩa sunt intelligenda ad litterã, put iacẽt absqꝫ aliqua interpretatione, vel subauditiõe, vt pz ex alio statuto incip. item puisum, ꝛ ordinatum fuit, ꝙ nulla interpretatio fiat ꝛc. sed si intelligeremus scda vice. s. conformiter esset facere dictis verbis subauditionem ꝛ interpretationem ergo dicamus, ꝙ debeant intelligi, vt verba iacent simpliciter, ꝛ indistincte. s. tam ꝯformiter, qꝫ difformi-
19 ter. ¶ † Confirmat ꝛ tertio, q2 cuz statuta ꝯsistant in sic volo, sic iubeo ꝛc. verbis eoꝝ tenaciter est inherendum sm ꝙ egregie dicit Bal. in. c. i. de alie. feu. in vsi. feu. ꝛ refert, ꝛ sequitur patruus, ꝛ do. meus Soci. in ꝯsi. cviij. in hac ꝯsultatione, in. iiij. col. inherendo ergo in casu nr̃o verbis statuti, cum simpliciter dicat, ꝛ postqꝫ scda vice laudatum ꝛc. intelligemus simpliciter, ꝛ indistincte, ꝛ sic tam ꝯformiter, qꝫ difformiter iuxta. l. i. §. ꝛ ꝯnaliter. ff. de leg. prestan. ꝛ. l. de pre-
20 cio. ff. de publi. ¶ † Et adeo hec vera sunt, ꝙ et si statutum esset in aliqua parte iniquum esset oĩno obseruanduz, vt. l. pspexit. ff. qui, ꝛ a quib. ma. lic. ꝛ ponunt Moder. in. l. i. in prin. ꝛ ibi Jas. in. iij. not. ff. qd quis. iur. vnde posito millies, ꝙ in statuto de quo agimus, videretur ꝯtineri aliqua iniquitas (ꝙ tñ est falsum, vt. j. dicam) ea tñ non cõsiderata, de-
21 beret oĩno attendi, ꝛ obseruari tanqꝫ equissimum, † licuit eniz statuentibus, ꝛ maioribus nostris ad arbitrium (statuta ꝯdendo) disponere, vt. l. oẽs populi. ꝛ ibi per Barto. ꝛ
22 alios. ff. de iusti. ꝛ iu. ¶ Quarto predicta facit, † q2 statuta qꝫtũcunqꝫ exorbitantia semper dẽnt intelligi sm vsuz cõem loquendi. l. libroꝝ. §. ꝙ tñ cassius, de leg. iij. per bar. ꝛ alios in rub. ff. de no. op. nun. vbi per Jas. in. v. col. ver. tertia conclusio ꝛc. sed illa verba postqꝫ scda vice laudatum ꝛc. iuxta cõem vsum loquendi exponentur. i. Dapoi che in la cã sara la scda volta lodato ꝛc. referendo se ad id, ad qd poterant arbitri compelli, vt pauloante dr̃, ꝛ sic sm cõem vsuz loquẽdi intelligent simpliciter, ꝛ non restringentur ad casum, qñ laudum scdm sit ꝯforme primo. igitur sequitur ꝛc. ¶ Con-
23 firmat predicta ꝯclusio quinto, † q2 statutaria dispositio dz semper interpretari sm ius cõe, vt. l. serui vestri. C. de noxa. ponit Soci. nr̃ in ꝯsil. lxiiij. in vlt. colũ. sed sm ius cõe cum a sñia lata super reductione appellari non possit, lz ꝙ ꝯclusi. s. in pma difficultate, nõ fit aliqua distinctio difformitatis, ꝛ ꝯformitatis ergo nec qñ statutũ phibet appellõnẽ a laudo sa vice lato, put in casu nr̃o nõ dz fieri distinctio ꝯformitatis, vel difformitatis. ¶ Preterea ꝛ sexto pro hac ꝯclu-
24 sione optime facit, † nam semp mens statuentis, ꝛ rõ ꝯditi statuti regulant statutum, ꝛ inde (vt ita dicam) vitã accipit, sicut corpus per aiam viuit, ita vt semp ratio predicta predominetur. l. cum ratio. in princ. ff. de bo. dãna. ꝛ. l. scire leges. ff. de legi. c. erit aũt lex. iiij. dist. Pe. de anch. in. c. i. in. v. q. prin. extra de ꝯsti. ꝛ ponit auus meus do. Mari. soc. in ꝯsi. xxx. qꝫuis ex his, in. iij. col. sed mens statuentiuz in casu nostro, ꝛ ratio statuti conditi dr̃ fuisse publica quedam vtilitas, vt. s. cito finis litibus imponatur iuxta dicta per Bar.
25 ꝛ alios in. i. ꝯstitu. C. in. iij. col. † ꝛ ita vt ob eam cãm statuta de compromissis loquentia dicantur fauorabilia sm Bal. Alex. Jas. ꝛ alios in. l. qui se patris C. vnde lib. ꝛ ponit idẽ auus meus in ꝯsi. iiij. visis actis in fi. ergo sequit vt inherendo rõni predicte, ꝛ menti statuentium (presertim cuz in hoc sunt verba clara) dicamus ita statutum debere intelligi, vt cum effectu finis litibus imponatur, ꝛ ꝯñr vt (ea rõne inspecta) dicamus a laudo scda vice lato indistincte (put verba sonant) non posse prouocari, si. n. ꝯformitatem laudi expectaremus posset lis in longissimum tp̃s trahi, cum de facili lauda diuersa possent pferri pp hominum varias opiniones, aiunt. n. tot capita tot sententie, qd esset ꝯ mentem, ꝛ rõnem predicti statuti. ¶ Et ex his firmatur satis clare, stante statuto predicto, non licere. d. Sebastiano a laudo secunda vice lato, aliquo modo puocare. ¶ Superest nunc rñdere ad arg. s. in ꝯrium facta, ꝛ ordinate ad primum respondendo, dico (retorquendo argũ) ꝙ imo clara mens statuentium fuit, ꝙ indistincte a laudo scda vice lato (respectu ordinis loquendo) non possit per aliqꝫ viam, vel modũ reclamari, vel puocari, cuz verba sint ad hoc apertissima, dũ dicit, ꝙ executioni mandetur nulla appellatione, vel exceptione admissa (que verba cum sint relatiua eoꝝ, que dicta sunt. s.) necessario debent intelligi de laudo scda vice lato simpliciter ꝛ indistincte per ea, que dixi. s. in primo argu. p
26 ista parte, † ꝛ alias dicatur, ꝙ ea est mens statuentium, que

ex verbis

ex verbis (presertim vbi clara sunt) percipitur. l. non aliter.
de leg. iij. ⁊ in. l. i. §. si is qui nauem. ff. de exercit. Facit. l. ille
aut ille. §. cum in verbis. de leg. iij. ¶ Nec ex predicta de-
claratione, ⁊ mente statuentium resultat aliquid absurdu3,
⁊ l3 plus operetur scdm laudū, q̄ primum hoc optima ra
tione factum est, qz. s. ratione plenioris cognitionis statutū
presumpsit scdm laudum oino iuridicum, ⁊ ei stari voluit
maxime, vt cito finis litibus imponatur, sicut ⁊ alias in ci-
uitate nostra ab eisdem statuentibus in sententijs iudiciario
ordine platis ꝯstitutum erat, vt dixi. s. in presupposito, nō
ergo poterit statutum illud optima ratione factu3 a sapien
tibus reprehendi. ¶ Et l3 do. Catherina potuerit a primo
laudo puocare, id sibi fuit permissum, qz nondum de re ple
ne cognitum erat, ⁊ licuisset ēt hoc illi Sebastiano, ⁊ sicut
a scdo nō potest Sebastianus puocare non posset nec ipsa
do. Catherina. Et si dicas citius finirentur lites, si primo
laudo stari deberet, respondeo ꝙ statuentes noluerunt, eo
ꝙ non erat plene cognitu3. ¶ Et si ex aduerso dicatur, ple
nius dicetur cognitu3, si tertio cognoscatur, dico ꝙ plenius
ēt si. iiij. v. ⁊. vj. ⁊ deinceps, ⁊ sic pcederetur in infinitum, si
27 hoc inspiceremus, † vnde debuit fieri a statuentibus quedā
taxatio ad euitandam infinitate3 iuxta no. in. l. fi. post prin.
. C. de sacrosanc. eccles. facit. l. si finita. §. postea autem. ff. de
dā. infe. ⁊. l. fideicōmissa. §. si quis. x. de leg. iij. ⁊ placuit eis,
⁊ ita conueniens visum fuit taxare vsq3 ad scdam cognitio
nem. ¶ Ad scdm vero rñdetur, ꝙ nullum ex hoc sequitur
absurdum, ⁊ l3 si laudum c̄. d. Sebastianū latum fuisset pri
mū licuisset ei puocare, id sibi permissu3 fuisset eo ꝙ nō fuis
set de re plene cognitum, put licuit do. Catherine, sed a se-
cundo non l3, sicut nec Catherine liceret, cum statutum pro
ipso scdo laudo oino presumat rōne plenioris cognitionis,
vt. s. dixi. Nec est verum, ꝙ minus iuris habeat (primo lau
do p se lato) qz dico, ꝙ imo plus, q̄nquidem scdi arbitri in
re dubia ratione primi laudi iam lati pro ipso iuridiee ex eo
28 tantum poterant inclinari ad eius confirmationem, † cu3 p
eo esset aliqua presumptio legis, iuxta. l. herenius. §. gaia. ff.
de euic. cum simi. qd l3 non fecerint, non ex eo fuit, ꝙ ille ex
eo plus iuris non habuisset q̄ si latu3 non fuisset, sed ex eo,
ꝙ illum manifestam fouere iniustitiam cognouerunt, ⁊ sic
primum laudum non iuste latum, ⁊ per hec p3 non obstare
. l. sed ⁊ si vnius. §. si seruus in quo. ff. de iniur. cum similib.
¶ Ad tertium dico ꝙ immo ex hoc non iudicantur litigā
tes ad imparia, quinimo par ius respectu vtriusq3 do. statu-
tum, nanq3 a primo laudo vterq3 potest puocare, ⁊ sic sunt
pares, item a scdo nullus, ⁊ sic eodem modo pares, vnde
non video imparitatem, ⁊ l3 do. Catherine licuerit a laudo
ꝯtra se lato puocare, ⁊ Sebastiano a lato c̄ se non liceat,
non tñ ex hoc debent dici impares, qz id peruenit ex maxi-
ma diuersitate rationis, v3 qz a primo potest puocari, quia
nondum de re plene cognitum est, a scdo vero non potest ra
tione plenioris cognitionis cum ea ratione statuentes p di
29 cto scdo laudo presumpserint, † ⁊ alias ex diuersitate ratio
nis bene potest vni ex litigatoribus licere, qd alteri non l3,
vt sentit Dy. in. c. non l3. de reg. iur. li. vj. l3 in veritate, vt. s.
dixi illa regula non adaptetur c̄ casum nostru3, qz imo sunt
pares, vt est dictum, quicquid dixerint Pau. de ca. ⁊ Ale
xan. in consi. s. alleg. ¶ Preterea esto ꝙ videantur impa
res, ista tñ imparitas omnino a statuētibus toleratur, si. n.
tolerabant eam in sententijs iudicialiter platis ea ratione,
vt cito litibus finis imponeretur, ac ēt ratione plenioris co
gnitionis, vt est dictum fortius tolerarunt eam in arbitra-
mentis, ⁊ laudis, cum ad ea deueniatur ex forma iuris muni
cipalis, vt citius lites finiantur, vt. s. est dictum. ¶ Et hoc
considerato potest rñderi ad auctoritatem Pau. de cast. ⁊
Alex. (l3 non credam eos in hoc bene loqui) ve3 qz in casi-
bus ipsorum non reperiebatur talis imparitas in sententijs
30 iudicialiter platis. ¶ † Ad quartum dico, ꝙ ⁊ ipsa rub. ⁊
tex. in. d. l. i. hoc volunt, dum dicunt, ne liceat tertio puoca
re, qz referunt ad litigantes, he. s. cui eoꝝ liceat tertio puo-
care, non autem dicitur ibi, ꝙ tertia vice iudicatum mande
tur executioni. Preterea in casu nostro verba statuti non
patiuntur illam expositionem vt dixi. s. in primo argumē.
¶ Ad scdm dico, ꝙ (salua Pau. de cast. pace) potest mul
tum iuridice dici, ꝙ nō bene ꝯsoluerit per predicta. ¶ Uel

posita eius decisione pro vera, dico, ꝙ eius decisio non fa-
31 cit ad casum nostrum cu3 in diuersis terminis loquatur, † ⁊
alias ex diuersis non fiat illatio. l. inter stipulante3. §. sacrā.
ff. de verbo. oblig. ⁊ est diuersitas in primis, in verbis sta-
tuti. qm̄ verba statuti super quo consuluit Pau. de cast. po
terant sine aliqua absurditate in omni sui parte interpretari
fm ꝙ ipse interpretatur absq3 eo, ꝙ exinde sequeretur ali-
quod inconueniens, quod nō est in casu nostro, qz si illa ver
ba scda vice ⁊c. intelligerentur. s. si fuerit scdm laudum cō-
forme prime, sequeretur illud inconueniens, ꝙ pretor deti-
neret arbitros in palatio, donec primum laudum confirma
rent, vt dixi. s. in. i. argu. contra. l. qualem. ff. de arbi. Item ⁊
secundo est diuersitas in alio, qz. s. in casu Pau. de ca. non
fuerat statutum, ꝙ in sententijs iudiciario ordine prolatis
staretur scde sententie etiam c̄rie prime sicut erat in ciuitate
nostra, a quo statuto multum debent regulari statuta de ar
bitramentis, ⁊ laudis loquentia argu. l. i. ff. de arbit. maxi-
me qñ verba ad id aperte tendunt, ⁊ ad id, qd Pau. dicit
esse intolerabile absurdum, iam respondi. s. in responsione
scdi argu. ¶ Non obmitto, ꝙ Pau. in. d. ꝯsi. in ver. pona
mus enim ꝙ primum ⁊c. affirmat, ⁊ fatetur, ꝙ si verba sta-
tuti sui (⁊ fortius erit in nostro statuto) intelligerentur sim-
pliciter, put iacent, non posset a secundo laudo aliquo mo
do puocari, quo stāte dico, ꝙ in ciuitate nostra statuta sunt
ad litteram, ⁊ put iacent intelligenda, vt dixi. s. in. ij. argu.
Ergo (verba Pau. de cast. bene considerando) potius eius
auctoritas, imo expresse est p. d. do. Catherina, vt. s. intel-
ligendo statutum nostrum ad litteram, ⁊ put iacet ⁊c. non
liceat. d. Sebastiano a laudo scda vice lato aliquo modo
prouocare, ⁊ sic istud quintum argu. retorquetur contra. d.
32 Sebastianum. ¶ Nec etiam obs. sextum, † qm̄ dico, ꝙ il-
lud consil. Alex. est penitus extra terminos nostros, ⁊ non
meruit in pposito allegari, na3 ipse consuluit, ꝙ in casu suo
poterit peti reductio ad arbitrium boni viri seu prouocari
a sententia iam lata super reductione, non qz scda senten-
tia esset contraria prime, ⁊ illius infirmatoria (id. n. fieri nō
potuisset, cum expresse a statuto de quo ibi agitur, illud p-
hibeatur) sed qz interuenerat lesio in tertia parte, vel vltra,
⁊ statutum illud in eo casu expresse talem puocationē per-
mittit, dum dicit, vt. s. de laudo, ⁊ arbitramento, diximus, ⁊
in superioribus verbis, dum de laudo, ⁊ arbitramento lo-
quitur statutum expresse permittit, puocationem vbicunq3
fuisset quis lesus in tertia parte, vel vltra, qd intelligit do.
Alex. esse comprehensum ⁊ relatu3 in illis verbis, vt. s. de
laudo, ⁊ arbitramento diximus, positis in inferiori parte sta
tuti, ⁊ in hoc. s. super dictis verbis stat fundamentum, ⁊ cō
sil. do. Alex. vnde si. d. verba vel eis similia non essent (p-
ut non sunt in casu nostro) Alex. ibi c̄rium sensit, ⁊ sic vide
tur, ꝙ potius illud cōsi. faciat pro parte do. Catherine con
tra Sebastianum, vel saltem nihil faciat ad casum nostru3.
¶ Et inquantum do. Alex. ibi in pen. col. ver. ⁊ ēt resulta-
ret maxima iniquitas ⁊c. videtur fundare ꝯclusio. suam p-
pter euitandam imparitatem, vt ibi per eum. Dico in pri-
mis, ꝙ illa non est disparitas ꝯsiderata a lege, quinimo po-
tius litigantes debent dici pares, cum a secunda sñia super
reductione neuter posset regulariter puocare, ⁊ si vnus po
test, vt ibi cōsuluit Alexā. dico, ꝙ potuisset ⁊ aliꝰ lesus in
tertia vel vltra per easdem rationes Alex. ibi, ⁊ sic esset ibi
paritas, de quo tñ dixi. s. in responsione ad tertium argm̄.
¶ Uel scdo dico, ꝙ illa interpretatio paritatis conseruā-
de fieri d3, vbi expresse non apparet de c̄ria mente statuen-
tium, vt ibi, imo ibi ⁊ mens. ⁊ verba statuentium illam pa-
ritatem desiderant, sed in casu nostro ista paritas ꝯsidera-
ta, vt pars aduersa ꝯsiderat (l3 non bene iudicio meo) peni-
tus menti ⁊ verbis statuentium repugnat, vt ex predictis in
presupposito, in. i. arg. ⁊ in responsione ad tertiū p3 ergo ⁊c.
standum etenim legi est, l3 dura videatur, vt dixi. s. in. iij. ar
gu. ¶ Ad septimum argm̄ iam. j. respondi in. i. argu. p ista
parte, naq3 (vt ex ibi dictis p3) illa verba scda vice ⁊c. non
possunt intelligi respectu grauaminis, sed oino, ⁊ precise de
bent intelligi respectu ordinis plationis alias incideremus
in inconueniens, vt ibi dixi. ¶ Nouissime non ob. octauū
⁊ vlti. argm̄, qm̄ illa verba qui opposuisset ⁊c. debent in-
telligi. s. secūdo laudo, quod vt pateat, pono verba statuti,

sed executioni mandetur per quemlibet iudicem, corã quo petitum fuerit, nulla appellatione, vel exceptione admissa, ⁊ ꝯtra personam, ⁊ bona illius, qui opposuisset donec ⁊c. ponamus modo, ꝙ cum scđi laudi peteretur executio, vel obseruantia, pars aduersa appellabat ab eo, vel contra illud per viam exceptionis aliquid opponebat, certe dicit statutum ꝙ nulla appellatione, vel exceptione admissa dꝫ secundum laudum mandari executioni, ⁊ hoc non solum si nihil opponatur, sed ẽt si opponatur, ⁊ hoc volunt. d. verba ⁊ ꝯtra personam, ⁊ bona eius ⁊c. ponitur. n. illa dictio, ⁊ ꝑ etiam, ⁊ sic ꝑ inclusiua, sicut ⁊ alias ponitur in. l. i. ⁊ ibi gl. declarat. ff. sol. mat. cum simi. ⁊ lꝫ illud verbum sit preteriti plusꝙ̃ perfecti, hoc tñ nil refert, qꝛ etiam in casu suo statutũ presupponit oppositionem iam factam, dum dicit nulla exceptione admissa, ⁊ potest dici, ꝙ statuentes (ad quos spectat loq clare, ⁊ aperte) vsi non sunt preterito perfecto subiunctiui ne incideret dubitatio, an esset futurum, cuꝫ vtrũqꝫ tempus eodem verbo pronuncietur, vsi ergo sunt plusquaꝫ perfecto, vt nullus dubitet eos loqui voluisse de iam oppositis exceptionibus. ¶ Preterea potest ⁊ scđo responderi posito, ꝙ referatur ad oppositionem factam primo laudo, qñ illa inclusiua, ⁊ tollit argũ, vt sic exponatur tunc statutum mandetur scđm laudum executioni, ⁊ ꝯtra eum, ꝗ primo non opposuit, ⁊ contra euꝫ qui primo opposuit, ⁊ sic nõ habita aliqua distinctione executio ⁊ obseruantia laudi fiat contra quẽcunqꝫ ex litigatoribus ſm ꝯtingẽtiã casus, credo tñ illa verba omnino referri debere ad oppositionẽ que scđo laudo fieret. ¶ Et ex his omnibus plusꝙ̃ manifesta (nisi fallor) remanet ꝯclusio, ꝙ a ꝑdicto laudo scđa vice lato (municipali censura ꝓhibente) non lꝫ. d. Sebastiano reclamare, seu de eius iniquitate opponere, sed oĩo debet illud laudum, velut iuridicum obseruari, ⁊ executioni mandari, quicquid iure cõi caueatur. ¶ Quamuis etiã vbi nullum esset statutum ex dispositione iuris cõmunis, idem dicendum sit ſm iam dicta circa primam inspectionem.

Mar. Soci. iunior. J. U. D. Senis. 1514.

SUMMARIUM

1 A verbis statuti non est recedendum.
2 Arbitri non possunt compelli certo modo iudicare.
3 Statuta de compromissis, quare dicantur fauorabilia.
4 In correctorijs non fit aliqua extensio.
5 Statutum ꝓhibens interpretationem an intelligitur prohibere friuolã.
6 Pupillaris tacita non continetur in expressa vulgari, quando verba testamenti essent ad litteram intelligenda.
7 Prouisio in simplicibus non comprehendit casuꝫ mixtuꝫ.
8 Quod legi põt, illud dicitur vulgariter, vel ad litteram, in statuto comprehensum, non quod per subauditionem.
9 Presumitur pro laudo.
10 Imparitas litigantiuꝫ propter diuersitatem rationis debet tollerari.
11 Reductio ad arbitrium boni viri, qñ probibetur a laudo, procedit nisi per arbitros quis enormiter ledatur, tunc non obstante prohibitione poterit peti reductio.
12 Lesio enormis in hoc casu dicitur, qñ quis est lesus in sexta parte respectu dubij euentus litis.
13 Litis contestatio lꝫ non possit remitti per partes, tamẽ potest remitti per statutum, qꝛ prohibitio statuti est fortior, ꝙ̃ conuentionis, ⁊ partium.
14 Reductio ad arbitrium boni viri, quando prohibetur per statutum ꝙ non possit reclamari, nisi ex dolo vel lata culpa arbitrorum.
Idem etiam si probaretur dolus partis, aut euidens falsa causa, seu defectus potestatis arbitrorum.
15 Dolus vel lata culpa arbitroꝝ intelligitur, qñ interuenerit euidens gratia arbitroꝝ vel eoꝝ sordes, non aũt ex allegatione doli, vel culpe, vel lesionis dicitur ꝓbari dolus.
16 Publica vtilitas, ⁊ equitas priuate vtilitati, ⁊ equitati semper est preferenda.
17 Exemplis non est iudicandum.
18 Iniquitas arbitri si ꝯstat ex inspectione actorum, qꝛ acta inducunt notorium, deferendum est appellationi.

CONSILIUM XVI

¶ De eadem materia per viam allegationum.



Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie. Excellentissimi iurisconsulti, ac iudices iustissimi, qñ in presenti causa in paucis stat punctus, ⁊ qꝛ alias plenissime scripsi in consilio super hoc edito breuibus contentus ero, dico ergo, ⁊ concludo claram fuisse mentem statuentium per laudꝫ se-
1 cunda vice latum finem oĩo litibus imponi, † vt ex verbis ꝯstat a quibus non est recedendum. l. non aliter. in princ. ff. de leg. iij. ⁊ l. i. §. si is qui nauem. ff. de exerci. cũ simi. ¶ Et inter cetera, que predicta necessario ꝯcludunt, duo sunt iudicio meo imobilia fundamenta. ¶ Primuꝫ est, qꝛ verba illa postꝙ̃ scđa vice ⁊c. ponuntur eodem mõ, quo precedentia verba, vꝫ donec scđa vice ⁊c. sicut si dixero mecuꝫ permanebis, donec cenaueris, ⁊ postꝙ̃ cenaueris discedes ⁊c. nemo. n. sani capitis dicet verba illa cenaueris diuersimode accipi posse, sed nulli dubium est prima illa verba donec scđa vice ⁊c. debere intelligi sine aliqua subauditione ꝯfor-
2 mitatis, † ne alias dicamus arbitros compelli certo mõ iudicare ꝯtra. l. qualem. ff. de arbi. ⁊ iam plene scripsi, ergo sequitur necessario, ꝙ eodem modo sequẽtia verba, vꝫ postꝙ̃ scđa vice ⁊c. debent intelligi simpliciter, ⁊ absqꝫ subauditione conformitatis, ⁊ vt verum fateamur iustissimi iudices huic fundamento responderi nõ põt. ¶ Scđm est, qꝛ si statutuꝫ qđ dictabat a sententia iudicis appellationis nõ posse appellari, non recepit vnꝙ̃ illam subauditioneꝫ conformitatis, ⁊ sic ꝓhibebatur, tertio de causa iudicialiter cognosci, non video, cur secus sit dĩm in statuto de compromissis loquente, ⁊ fortius, cum ab arbitris regulariter non appelletur, a iudice vero secus. ¶ Hoc addito, ꝙ ideo statuentes inducentes partes ad compromittendum, eas remouerunt ab ordine iudiciario publica quadam vtilitate, vt. s. citius lites finiantur iuxta dicta per Bart. in. i. ꝯstitu-
4 tione. C. iij. col. † ⁊ ob eam causam similia statuta de cõpromissis dicuntur fauorabilia ſm Bal. ⁊ cõiter doc. in. l. qui se patris. C. vnde liber. ⁊ sic si diceremus, vbi fiunt compromissa de causis tertio loco cognoscendum ꝑfecto longiores absqꝫ dubio essent lites, de quibus fierent compromissa, ꝙ̃ que iudiciario ordine examinarentur, cum coram iudicibus solum bis cognosceretur, at coram arbitris ter. ¶ Nec ob. ꝙ dicebatur, sicut fuit correctum in iudicibus, ita dicatur per eandem rationem correctum in arbitris, argu. l. i. ff. de arbit. Qñ dico hoc esse falsum, ⁊ miror, ꝙ hoc
5 fuerit allegatum † extat etenim regula, ꝙ in correctorijs non fit aliquo modo extensio, ⁊ ideo dicitur, ꝙ non mutatur, cur stare probibetur. l. precipimus. in fi. C. de appellat. ⁊ l. sancimus. C. de testa. ⁊ maxime qꝛ non est eadeꝫ ratio, semper etenim (vt predixi) per compromissa solent lites citius finiri, ⁊ ob eam causam nl fuit super eis immutatum. ¶ Ita ergo ꝯclusione firmata, dico nihil ex allega. in contrariũ obstare, ⁊ tota vis partis aduerse est super ꝯsi. Pa. de cast. cccxlj. proponitur in facto, ⁊ Alex. cvj. viso themate. iij. vol. ex quibus pars aduersa, in primis arguit ab auctoritate eoꝝ, scđo per rationes ab eis allegatas. ¶ Quãtum ergo ad primum. s. ad auctoritatem dico, ꝙ si recte põderẽtur omnia, decis. Pau. de cast. (lꝫ fortasse non sit vera) non facit ad propositum, ⁊ loquitur in casu valde diuerso, ⁊ non insistendo in vi verboꝝ, qꝛ aliud videt̃ dicere scđa vice, aliud a scđo laudo ⁊c. quod ẽt plurimum facit, dico, ꝙ est manifesta diuersitas in duobus, primo qꝛ in casu Pau. de cast. non erant aliqua verba in statuto, que cum subauditione conformitatis sonarent in absurdum, ꝑut sunt in casu nostro, vt. s. in primo fundamento, ⁊ iam alias plene scripsi. Scđo in casu suo non extabat statutum simile de causis iudiciario ordine agitandis, vt. s. scđa cognitione terminarẽtur, sicut extabat in casu nr̃o, vt. s. dixi a quo oĩo statutũ de cõpromissis loquens dꝫ recipe in dubio interpretationẽ ⁊ refero me ad alias scripta. ¶ Preterea (⁊ hoc mihi videtur clarũ) dico, ꝙ Pa. de ca. si recte intelligat̃ determinat casuꝫ nr̃m in fauorẽ. d. Catherine, dt. n. ipse ꝙ si statutũ sup quo

consuluit

consuluit deberet intelligi ad lrãm, put iacet, non posset eo casu reclamari, sꝫ ipse ꝯsuluit posse reclamari, qm̃ illud statutũ nõ dꝫ intelligi, put iacet, sꝫ recipit interp̃tationẽ, de qua ibi p ipsũ, sꝫ sic est, ꝙ in casu nr̃o statutũ illud (sicut ꝛ cetera in ciuitate nr̃a) dꝫ intelligi, put iacet, put in alio statuto vobis noto cauet̃. ergo sequit̃ sꝫ Pa. de cas. in. d. ꝯsi. ꝙ in casu nr̃o nõ licebit Sebastiano a laudo scd̃a vice lato reclamare, intelligendo verba illa, put iacet absq; aliq̃ subauditione ꝯformitatis, ꝛ sic auctoritas Pau. de ca. retorquet̃
5 ꝯtra ptem aduersam. ¶ † Et si dicat̃, ꝙ statutuꝫ phibens interpretationem dr̃ phibere tm̃ friuolam ꝛc. iuxta dicta Bar. in. l. oẽs populi. in. vj. q. prin. ff. de iust. ꝛ iur. Dico primo, ꝙ ista est friuola, ꝛ ꝯtra oẽm intẽtionẽ statuentium, cũ per eam lites progent̃, quas statuentes voluerũt abbreuiare per predicta. ¶ Scd̃o dico, ꝙ illud dictũ bart. pcedit, qñ statutum simpl'r phiberet interpretationem, sed qñ vltra pcedit dicendo, ꝙ intelligantur ad lrãm, vel simpl'r, ꝛ vulgariter, put iacent, put in casu nostro, tũc ẽt legalis in-
6 terpretatio dr̃ sublata iuxta dicta per Bal. in. l. precibus. iij. col. C. de impub. ꝛ alijs sub. † vbi vult, ꝙ in expressa vulgari non ꝯtinet̃ tacita pupillaris, qñ verba testamẽti eẽnt ad lrãm intelligenda, cum quo transeunt ibi oẽs doc. Ad qd̃ facit, qd̃ dicit Ang. in. l. si ita. in prin. ff. de libe. ꝛ posth.
7 † Ubi vult ꝙ stante simili statuto, puisio in simplicibus nõ comprehendat casum mixtum. ꝛ hanc dñam inter predicta statuta egregie ponit patruus ꝛ do. meus Soci. in re-
8 pe. l. i. in. lviij. col. ff. de vulg. ꝛ pup. † Et ratio est, qꝛ illud dr̃ vulgariter, vel ad lrãm in statuto cõprehensum, qd̃ legi potest non qd̃ per subauditioneꝫ addit̃ iuxta. l. i. ff. de his que in test. delen. ¶ Uel ꝛ tertio dico, ꝙ satis est, ꝙ Pau. de ca. ita dicat, cuꝫ tm̃ circa hoc de eius auctoritate disputet̃. ¶ Quantũ vero ptinet ad auctoritatẽ do. Alex. dico, ꝙ vere nil facit, qñquidem in suo ꝯsilio ipse determinat ideo posse reclamari, qꝛ illud expresse in statuto cauebat̃, qñ in eo dicebat̃, vt. s. de laudo. ꝛ compromisso diximus ꝛc. de quo remitto me ad alias scripta, dum ad illud ꝯsilium respondi, ꝛ ex his pꝫ nec Pau. de cast. nec Alex. auctoritatem ꝯtra dñam Catherinam ꝗcquam facere. ¶ Secũdo principaliter pars aduersa nitit̃ rõnibus allegatis per predictos, ꝛ in effectu tres ex eoꝝ dictis colligunt̃ rationes. ¶ Prima, ꝙ dꝫ in casu nr̃o intelligi, qñ laudum scd̃a vice latuꝫ erat ꝯforme pm̃o. ne alias sequat̃, ꝙ minus iuris habeat Sebastianus laudo primo lato in eius fauorem, q̃ꝫ si non fuisset latũ, quo casu liceret ab isto scd̃o ꝯtra se lato reclamare. ¶ Scd̃a, qꝛ non dꝫ esse deterioris ꝯditionis hñs pro se primũ laudũ q̃ꝫ non hñs que ratio in effectu est eadem cum pm̃a. ¶ Tertia, qꝛ dꝫ inter litigantes paritas, ꝛ equalitas ꝯseruari, vnde sicut licuit dñe Catherine a laudo ꝯtra se lato reclamare, ita dꝫ licere. d. Sebastiano. vt in prefatis ꝯsilijs appet, ꝛ ego plene deduxi in ꝯsilio iam edito sup hoc dum cã pendebat coram iudice a quo. ¶ Sed ad hec plusq̃ꝫ facilis se offert respõsio. non enim. (Prime rationi pariter, ꝛ scd̃e rñdendo) verum est, ꝙ minus iuris hẽat Sebastianus, vel habuerit primo laudo pro se lato, nec fuit deterioris ꝯditionis, quinimo melioris ꝯditionis,
9 ꝛ plus iuris clare dr̃ habuisse, † qm̃ eo primo laudo inspecto cum in dubio p eo esset presumendũ iuxta. l. herẽnius. §. gaia. ꝛ que ibi not. ff. de euic. scd̃i arbitri per illud in dubio multũ de facili poterãt inclinari ad eius ꝯfirmationẽ. Qd̃ lꝫ non fecerint, ratio fuit ex eo, ꝙ Sebastianus pp primuꝫ laudũ fuerit deterioris ꝯditionis, sed qm̃ cognouerũt in meritis cãe illum fouere maximã iniustitiã. ¶ Ad tertiaꝫ vo rõnem dico, ꝙ falsuꝫ est litigãtes in casu nr̃o ad imparia iudicari, rñdet̃ igit̃ in primis, ꝙ nulla in hoc casu resultat imparitas, que in pposito sit ꝯsideranda, imo ambo litigãtes cẽsent̃ pares, a pm̃o. n. laudo qlibet potuisset appellare, a scd̃o vo nullus, ꝛ ita pares. Et ꝙ a pm̃o appellẽt nõ aũt a scd̃o, id est sũma cũ rõne factũ. s. rõne plenioris cognitionis in scd̃o habite, put clarius deduxi in ꝯsil.
10 ¶ † Preterea posito, ꝙ sit imparitas dico, ꝙ pp diuersitatem rõnis dꝫ tolerari iuxta dicta per Dy. in. c. non dꝫ. de reg. iur. li. vj. Uel ẽt tertio dico, ꝙ sicut ista imparitas erat in causis iudiciario ordine ptractandis, vt ex. s. dictis constat, ita eadem rõne, ꝛ fortiori dꝫ esse in causis per compromissum terminandis per superius allega. Et de his omnibus me remitto ad alias scripta per me in. d. cõsilio quod penes vos habetis. ¶ Nouissime iustissimi iudices quatenus posita precedenti ꝯclusione, pars aduersa dicit hoc
8 te.q.xxj. ⁊ in.d.l.intestato de legi.tutor. † Concludens, ꝙ statutum Venetorũ loquens de hereditatibus decedentiũ ab intestato, non procedit in hereditate pupilli, furiosi, vel alterius, qui testari non potest, ⁊ in.d.q.xliiij.refert, ꝙ ita fuit determinatum. Hanc opin.etiam sequitur Jo.fab.insti. de hered.que ab intest.in princip.vbi etiam idem sequi vi detur Chrystopho.porc.in tertia col. ⁊ secutus est etiã Si gnoro.de homodeis in cõsilio sexto. Titius in infantili eta te, ⁊ in consilio.ccxxv. In.q.comprehensa, prope fin. ⁊ ple nius in consilio.cj. Factum sic se habet ⁊c. vbi respõdet ad multa contraria, ⁊ plura adducit fundamenta, ⁊ ideo pla ceat dominis iudicibus illud videre. Eandem opin.tenuit Bal.in pluribus locis, ⁊ legendo, ⁊ consulendo, naꝫ vltra loca.s̃.allegata sic voluit in.d.l.intestato de legi.tuto. ⁊ in .l.iij.C.si pendẽ.apel.mors inter.in fi. ⁊ in consilio.xij. Ca sus talis est statuto ciuitat.castelli.in fi.in consilio.cxlj. Que ritur an pupillus, ⁊ in consilio.ccccl xxv. Sequendo com munem opin.in tertio vol.item in consilio.liiij. Opinio cõ munis est ⁊c. quod quasi ad verbum reperitur numero.ccc xxxix.in quarto vol. ⁊ alibi sepe, vt studiosus inuenire po terit. ¶ Et hanc opin.tenuerũt omnes antiqui doct. vltra monta. ⁊ citramonta.vt refert Bal.in.d.c.j.de succes.feu. ita etiam firmat insignis doct.dominus Joan.de amelia in quodam suo consilio. Super quibus consulens ⁊c.inserto inter consilia Bal.numero.cxxxj.quarto vol.hanc opin.se cutus est etiam Ang.legendo in.l.in testõ in quarto not.C. de milit.testa. ⁊ in.l.secũda.C.de impub. ⁊ ali.subst. dicens, ꝙ ita consuluit, ⁊ determinauit totum collegium perusinuꝫ ⁊ consulendo idem Ang.idem determinat consilio.xxvj. Statutum excludẽs, dicens, ꝙ ipse, ⁊ Bal.frater eius plu ries pro matre consuluerunt, idem etiam firmat Raphael Fulg.in.d.l.in testõ, ⁊ in.l.cum antiquioribus.C.de iure de lib. ⁊ in consilio.clxv. In.q.proposita secunda ⁊ tertia col. ita etiam voluit Pet.de perusio frater Bal.in consilio suo incip. Ista questio habet plura dubia. Idem dominus Jo. de ligna.in suo consi.incip. In casu proposito. Et Riccar. de Saly.in quodam consi.incip. Queritur an sine liberis, prout hos tres solennes doct.allegat Corn.in.d.consilio lxxv. ⁊.cccxxxvj.qui etiam allegat Jo.de Imo. ita consu luisse in consi.incip. In casu premisso est ante omnia ⁊c. Et idem voluit ipse Imo.in.l.Centurio col.xiij.versi. Et per hoc decidi potest qõ, si statuto cauetur ⁊c.ff.de vulga. ⁊ pu pil. ⁊ in.c.cum tibi de testa.ad fi.vbi dicit, ꝙ ista opinio est verior. Idem secutus est Pet.de ancha.in.c.canonum sta tuta de consti.in vltima.q.prin.in versi. Quid dices de pa truo asserens, ꝙ pluries pro hac parte consuluit. Idem ẽt voluit insignis doctor.d. Matteus de Felicianis de peru sio in quodam suo consi.vt refert patruus, ⁊.d.meus Soc. in consi.xxxv. Punctus super quo secunda col.tertio vol. eandem opinionem secutus est aureus doctor, ⁊ veritatis interpres.d. Alex.in.d.l.generaliter, ⁊ in.d.cõsilio.cxv.vt supra dixi, ⁊ plenius in consilio.lxxix. Franciscus, ⁊ benue nuta secunda tertia ⁊ quarta col.sexto.vol. Et idem voluit in consi.cliij. Viso themate in fi. ⁊ in consi.ccxj. Viso the mate, de quo ⁊c. septimo vol. ⁊ vbiq; asserit ita cõmuniter teneri, ⁊ demum hanc partem tanq̃ communem, ⁊ verio rem sequitur.d.Ludoui. Bologni. in prima additione ad Mattheum de matesil.in suo celebri tractatu de succes.ab intes. quam etiam ab alijs approbari studiosus inuenire poterit, ⁊ sic patet, ꝙ (licet multi tenuerint contrarium) ista opinio est magis communis, vt asserunt fere omnes preal
9 legati. ¶ † Que tamẽ intelligitur procedere nisi in loco sta tuti probetur communis vsus loquendi, ꝙ etiam pupilli di cant intestati, vel ab intestato decedere, prout doct.precalle gati pro maiori parte in locis predictis asseruerunt, ⁊ ita etiam cum hac limitatione videtur hanc opin. sequi Fely. in prohemio decretal.quarta col.versi. Ad idem notabile consilium card.iste autem communis vsus loquendi in ciui tate Rauenne non extat, ⁊ minus est probatus, merito se quitur, ꝙ secundum opin.predictam magis cõmunem do mina Baptista mater Cecilie non dicitur ab eius heredi tate exclusa, cum illa proprie non dicatur ab intestato deces sisse secundum predicta. ¶ Accedat predicte opinioni, q̃ audio (licet non viderim) ꝙ secundum eam in casu isto con suluit eccellentissimus etate nostra iurecõsul.dominus De cius vti pater honorandus, melius forte sentiens q̃ fecerit in.d.l.generaliter. ⁊ cum magis accurate quis consulendo
10 loquatur † ⁊ proprie venit ad decisionem casus contingen tis, videtur ꝙ ei magis sit standum ita consulenti, q̃ legen ti secundum Corn.in consilio.cclxxij. In hac consultatione quinta col.quarto vol. ⁊ Curt.seniorem in consilio.lxxvij. super motiuis in fi. ¶ Secundo dico, ꝙ ista opinio sicut vi detur magis communis, ita etiam probabiliter iustificari videtur multis rationibus, vt per doct.in locis preallega tis, ⁊ pluribus dimissis (quia per eos videri possunt) referã
11 duas. ¶ † Prima est, quia cum per istud statutum exclua tur mater a luctuosa hereditate filij sibi iure nature debita iuxta.l.nam ⁊ si parentibus.ff.de inoffi.testa.dicitur conti nere odium irrationabile, sicut dicimus econtra quando ex cluditur filia a successione parentum iuxta doctrinã Bar. in.l.j.octaua col.C.de sum.tri. ⁊ fi.catho. Bal in.l. certum in prin.C.vnde cogn. Ang.in consilio.ccx. Statutum su pra dictum in prin. Fulgo.consilio.lxij. Stante statuto in prin. Alex.in consilio.xvj. Viso titulo quest.prima col.pri mo vol. ⁊ Corn.in consilio.cv. In presenti consultatione p̃ ma ⁊ secunda col.primo vol. Et in consilio.ccxc. Ardua plurimum tertia col.tertio vol. ⁊ tale statutum esse odiosuꝫ est magis cõmunis opin.(licet aliqui aliter dixerint) vt tra dit Deci.in cõsilio.xiij. Videretur prima facie quarta col. ⁊ quidem odio irrationabili, vt omnes dicunt, ex eo quia fi lia excluditur ab hereditate sibi iure nature debita, ⁊ sic a gitur de damno ipsi filie inferendo, prout eleganter decla rat.d.Laur.calca.in consilio tertio, ⁊ dominus Bartholo meus septima ⁊ octaua col. ⁊ propter talem odiositatem, ⁊ iniquitatem eius iuxta.l.maximum vitium.C.de liber.pre ter.tale statutum debet semper stricte intelligi, ⁊ iuxta pos se restringi, vt minus ius commune ledatur vt per doct. in locis predictis, dico enim ꝙ idem dicendum est in casu nr̃o cum etiaꝫ matri iure nature dicatur debita hereditas, quo stante sequitur, ꝙ cum statutum loquatur de decedente ab intestato, non debet trahi ad pupillum, qui non ita decedit sed intestabilis proprie loquẽdo, vt.d.l.j.ff.de suis, ⁊ legi. ¶ Pro quo allego bonum tex.in.l.secunda.§. siquis de
12 cesserit.ff.vnde legi. † vbi probatur non prius quem posse dici intestatum, q̃ constiterit, an testari potuerit, ⁊ id quod dicitur de verbo intestatus est etiam dicenduꝫ de verbo ab
13 intestato, vt infra dicam. ¶ † Et licet large, ⁊ improprie ẽt pupillus possit dici decedere intestatus, vel ab intestato, vt d.l.j.probatur. Tamen talis larga significatio non attendi tur in statutis iniquis, ⁊ odiosis odio irrationabili, ⁊ hac ratione Bald. ⁊ alij tenentes istam partem quasi semper moti fuerunt, vt per eos in locis predictis, ⁊ maxime Bal. in dicto consilio.cxlj. vbi subdit, ꝙ in hereditatibus me re lucratiuis posset procedere opinio Bartoli.
¶ Nec dicatur, vt apud quosdam legi, ꝙ tunc tale sta tutum esset iniquum, ⁊ odiosum, quando odio femi

nei sexus moueret, prout (secundum eos) loquitur lex maximum vitium. C. de liber. preter. sed isto casu dicitur fundari statutū in
14 fauore agnationis (de quo .j. dicam) merito ⁊c. ¶ † Quī respondet, ꝙ lz statutum sit motū fauore agnationis ⁊ eo respectu videatur fauorabile, tñ quia priuat matrē luctuosa, ⁊ sibi debita hereditate filij, dicitur iniquū, ⁊ odiosum, velut quedam exheredatio, vt inquit Bal. in. l. illā. C. de collat. ⁊ cū ista ratio in se sit potentior, q̄ ex cōtrario sit fauor agnationis, facit vt statutū (etiā ꝙ seruandum sit) dicatur iniquum, ⁊
15 odiosum. ⁊ satis hoc probatur in. d. l. maximum vitiū, † vbi lex illa antiqua appellatur iniqua, ⁊ tñ nō ꝓbatur, ꝙ odio femine fuisset inducta, sed potius fauore masculorū, argumento. §. ceterū insti. de legi. agnat. succes. ibi, quia commodius videbatur ita iura ↄstitui, vt plerunqz hereditates ad masculos cōfluerent. Et ibi etiā hoc ꝓbatur in sequenti rñso, nam lex illa fauore masculoꝝ inducta iniqua appellatur, ⁊ multum bene ↄuenit, ꝙ lex aliqua, lz ab inducentibus eam habeatur pro equa, ⁊ fauorabili, tñ apud alios, qui eam interpretantur, vel quoquo modo de ea tractant, reputetur iniqua, ⁊ odiosa, vt ꝓbatur in. d. iuribus, ⁊ ita est in casu nr̃o quia. d. statutū dicitur odiosum odio irrōnabili, vt est dictuz imo irrōnabilissimo s̄m signorol. in. d. consi. cj. quarta col. ¶ Scd̄a ratio est sumpta a diuersitate rōnis, qua diuersitate cōsiderata impeditur interpretatio extensiua de casu ad ca
16 sum per iura vulgaria. ¶ † Dico enim ꝙ statutū disponēs de hereditate morientium ab intestato, dicitur quodāmodo pro eis testari, ita vt qui intestati moriuntur, dicantur presumptiue voluisse disponere s̄m dispositionē statuti cum possent aliter disponere, ⁊ non fecerint iuxta. l. ↄficiuntur in princ. ⁊ .l. siquis cum nullū. ff. de iure codicil. vnde in ꝓposito filius qui testando poterat matrē instituere moriens ab intestato creditur voluisse, quod per statutū disponitur, ⁊ sic matrem excludere. ¶ Que ratio non pōt ↄsiderari in pupillo, quia ipse dato millies, ꝙ vellet, non posset matrem instituere, q̄a testari non pōt, ⁊ propterea non cōuenit presumere, ꝙ voluerit velle quod per statutum disponitur, ⁊ hanc rationez ponit Alex. in. d. l. generaliter quinta col. dicens eam esse valde ponderandā, de qua etiam meminit in predictis consilijs. cxv. secundo vol. ⁊ lxxix. sexto vol. ⁊ .cliij. septimo vol. ⁊ ante eum eam ponit Bal. in. d. cōsi. cccclxxv. tertio vol. ⁊ .lix. quarto vol. quam etiam sentit Signorol. in. d. consi. vi. ⁊ eam plene prosequitur. d. Ludoui. Bologni. in. d. ꝑma addit. ¶ Et ista ratio, si bene consideremus, fortius procedit in casu isto, in quo in fi. predicti statuti saluantur expresse testā morientium, vt patet in versi. Saluis testamētis ⁊c. ex quo clare ostenditur, ꝙ statutū vult suam dispositionē procedere ex presumpta voluntate morientium ab intestato. ¶ Et vltra etiā dici pōtest, ꝙ per illa verba apparet statuētes loqui de hereditate eorum qui testari poterāt, alias nō cōueniret dicere saluis testamētis ⁊c. nam cuz statutū dispo nat cōtra ius cōe deferendo hereditatē filij alijs, matre exclusa, voluit id procedere, si filius moriens consentiret expresse, vel tacite aliter non disponendo, presuponēdo tñ, ꝙ disponere possit, quod sine dubio nō cadit in pupillo, quia esto, ꝙ (pro sua voluntate) vellet matrem sibi succedere (ꝓut ratione filialis affectionis credibile est) non tamen posset propter inhabilitatem testandi merito ergo sequitur, ꝙ statutum in eo procedere non debet per locum a cessante ratione. l. adigere. §. q̄uis. ff. de iure patro. c. cum cessante de appellat. ⁊ §. illis, ⁊ ibi not. insti. de milit. test. cum similib9. ¶ Nec huic rationi obstat, ꝙ magis videatur necessarium, ⁊ cōueniens, ꝙ statutum prouiderit de hereditate intestabilium, qui per se disponere non possunt q̄ eorum, qui testari poterant, propter quod aliqui dicunt istam secundam rationem retorqueri, vt est dominus meus Soc. in. d. consi. lxxxj. quarto vol. ⁊ in. d. consi. xxxv. tertio vol. ⁊ Deci. in. d. .l. generaliter. ¶ Quoniam respondetur istud esse verum iuxta voluntatem statuentium, hoc est quatenus statutum voluerit prouidere, ⁊ non vltra, argumento. l. nō omnis. ff. si cert. peta. sed respectu pupillorum statutum noluit disponere, vt est dictum, ⁊ nunc clarius dicam ergo ⁊c. ¶ Dico ergo, ꝙ quilibet habet prouisionem iuris communis ordinantis, quid de sua hereditate fieri debeat, statutuz vero cōsiderans bonum fore hereditates ad masculos confluere (propter quod conueniebat simpliciter disponere, ꝙ illi vocarentur exclusa matre morientis) quia considerauit etiā econtra illud non conuenire, nisi decedens saltem tacite cōsentiret, noluit simpliciter disponere, sed qualificate, vt sic vtriqz voto statuti satisfiat, ⁊ sic statuit, vt id procedat tantum in hereditatibus decedentium intestatorum, seu ab intestato, in quibus presuponendo, ꝙ testari poterāt (vti propria verborum natura, in statutis attendenda importat) ad est tacita, seu presumpta eorum volūtas in eo, quod per statutum disponitur, vt est dictum ⁊ per hanc declarationem, tollitur omnis difficultas, dico eniz ꝙ licet aliquo respectu videatur magis conueniens pupillis, ⁊ similibus prouidere, tamen statuentes non ita voluerunt per rationem predictam. ¶ Qua attenta ostenditur, ꝙ ex alio minus erat cōueniēs talibus ꝑsonis prouidere, ⁊ ista ratio plus potuit apud statuentes, ⁊ merito illam attendentes qualificate disposuerunt, vt dixi. ¶ Et per hanc rationem, si recte consideretur, tollitur vnum, ⁊ precipuum fundamentum tenentium contrarium, nam dicunt statutum loqui etiam de hereditate pupilli, quia cum sit factum fauore agnationis conseruande, que ratio procedere videtur, etiam, ꝙ quis decedat pupillus, debet etiam in eo statutum procedere. vt p
17 eos. ¶ † Dico enim ꝙ illa ratio non debet operari, vt statutum disponat vltra voluntatem statuentium, nec valet argumentum adest ratio conseruande agnationis ergo procedit statutum si ex alio voluntati statuentiuz repugnet, puta in statuto de quo agimus, si extet agnatus in quinto gradu in eo viget ratio predicta, tamen nemo dicet per eū matrem excludi, quia esset contra statuti voluntatem, quod solum vocat agnatos vsqz ad quartum gradum, sic igitur dicendum est in casu isto, vt licet ratio conseruande agnationis videatur esse etiam in hereditate pupilli, tamē argumētum nō debet ꝓcedere, quia repugnaret volūtati statuētiuz qui non simpliciter de morientibus loquuntur, sed qualificate de morientibus ab intestato per rationem predictā. ¶ Et si dicatur, vt quidam dicunt, ꝙ pupillus etiam saltē
18 lato sumpto vocabulo dicitur ab intestato decedere † ⁊ propterea etiam in eo procedere debet statutum arguendo de propria ad latam significationem iuxta glo. in versiculo. Ad curationem in auct. vt hi qui perhib. se ob. hab. res mi. col. sexta. ⁊ in clementina prima in versiculo eligatur de elect. ⁊ tradunt doct. maxime Alex. ⁊ Ias. in. l. si constante in nona. q. prime partis, vbi aliquando dixi. ff. solu. mat. ⁊ alibi sepe, ⁊ probatur tale argumentum in. l. filium habeo. ff. ad macedon. Et tradit egregie patruus, ⁊ . d. meus Soc. in rubrica. ff. solu. mat. ⁊ ibi etiam dixi. ⁊ in hoc secūdum aliquos stat totum fundamentum opinionis Bart. ⁊ aliorum. ¶ Breuiter respondetur ⁊ dico, ꝙ ex predictis tollitur ista consideratio, nam tale argumentum tunc procedit de propria ad lataz significationez, quando adest rationis identitas, vt per omnes in locis preallegatis, ratio enim est, que attendi debet, ⁊ dominatur vt. l. cuz pater. §. dulcissimis de leg. secundo. ¶ Sed dico in casu isto non esse eandem rationez, quia scilicet in valentibus testari adest tacita voluntas, que non datur in pupillis, prout. s̄. plene deductum fuit. ¶ Tertio loco dico, ꝙ incōueniēter vi per aliquos fieri in proposito differentia, an statutum loquatur de intestatis, an de morientibus ab intestato, quia
19 re vera non videntur differre † ⁊ in primis dico, ꝙ doctores magis communiter talem differētiam non admittunt, nam fere omnes tenentes istam partem, de quibus. s̄. loquūtur respectu statuti quod loquitur de morientibus ab intestato, vt cōmuniter solent statuta loqui, ⁊ in specie ita loquitur Alber. de rosa. in. d. quest. xliij. ⁊ in. q. xxj. Bal. in. d. consi. xij. cxlj. liij. lix. ⁊ . cccxxxix. ⁊ in. d. l. intestato, ⁊ in. d. l. iij. in. fi. Jo. de anel. in. d. consi. cxxxj. Ang. in. d. l. intestato. Fulgo. ibidē, ⁊ in. d. consi. clxv. Signor. in. d. ↄsi. cj. ⁊ ccxxv. Imo. in. d. l. Cēturio, ⁊ in. d. c. cū tibi, ⁊ Alex. in. d. ↄsi. cxv. ⁊ in. d. ↄ. lxxix. ⁊ alij in alijs locis, quos longū esset referre. Et ꝙ nō sit dr̃ia iter ista vba voluit gl. iūcto tex. i. d. .l. cum antiquioribus in versi. fuisse, ⁊ voluit Bar. in. d. l. j. de suis ⁊ legi. ⁊ in consilio. cxlj. statuto vrbis veteris, ⁊ ita etiam sentiunt omnes tenentes ↄ̄riam opin. ⁊ dixit domin9 Franc. de rāpo. ꝙ facere predictā dr̃iam est nimia subtilitas, vt

tas,vt mod.referunt in.d.l.generaliter. Et eam reprobat
Cardi.in consi.cxj.Factū sic se habet,lʒ ipse ibi teneat opi.
Bar.Sic ergo videtur, ꝙ doct.magis cōiter hanc oꝛiam
non faciant.¶ Et preterea dico hoc iuridicū videri,siqui⸗
dem iste modus loquēdi talis moritur ab intestato, quem
apud iura non reperi,videt̄ tractus ab eo,qđ in iure dicimꝰ
aliquē decedere intestatū,habito eniʒ respectu ad personā
morientis iura semper dicunt eum intestatū decedere, vnde
cum verbum ab intestato referatur ad morientē,debet idē
20 importare,ꝙ intestatus.¶ †Nec ob.ꝙ in iure solū defe⸗
ratur hereditas vel ex testō,vel ab intestato,vt.l.j.ff.de pe⸗
tit.hered.cuʒ simil.ꝛ per ꝯsequens necessario in altero mo⸗
do oportet comprehēdi hereditatem pupillorū, ꝛ ita cum
non ex testō deferatur,opʒ ꝙ deferat̄ ab intestato, ꝛ sic oñ
ditur,ꝙ verbū ab intestato,etiā in pupillo verificatur,ꝛ in
hoc stat totum fundamentū tenentium oꝛiam predictam,
vt per eos in locis preallegatis,maxime patruum, ꝛ dñi
meum Soc.in.d.consi.xxxv.ꝛ in.d.consi.lxxxj. quā ratio⸗
nem ego alias in quodā cōsilio iam.s̄.decenniū firmaui secu
tus patrui mei auctoritatē.¶ Qm̄ respondet̄,ꝙ bene ve⸗
rum est,quantū ad delationē,ꝙ etiā hereditas pupilli de⸗
fertur ab intestato,seu etiā quantū ad succedentes, quia ēt
pupillo succedit̄ ab intestato, vt insti.de here.que ab intes.
defer.in rubrica,ꝛ in rubrica de here.ab intest.veni.in au⸗
ctē.col.viij.Nam sub.d.rubricarū generalitate etiam here
ditas,ꝛ heredes pupillorum cōprehendunt̄,q; defertur, ꝛ
succeditur vel ex testō,vel ab intestato.¶ Sed quantū per
tineat ad morientem non reperitur in iure, nisi ille modus
loquendi,videlicet decessit intestatus, qui proprie nō repe
ritur in pupillis,vt.d.l.j.de suis,ꝛ legi.ille autem modus,
qui in statutis frequentat̄,videlicet decessit ab intestato, ex
quo refert̄ ad personā morientis debet intelligi sicut in iure
verbum intestatus, in cuius locum per statuentes videtur
subrogari iuxta regulā.l.si eum.§.qui iniuriarum cum simi
libus.ff.si quis caut.ꝛ hanc ꝯsiderationem,licet non ita cla⸗
re,sentit dñs Signorol.in.d.consi.cj.col.tertia.¶ Reie⸗
cta igitur ista oꝛia remanet magis cōis opinio ꝙ statutum
excludens matrem ab hereditate filiorum decedentium in
testatorum,vel ab intestato non procedat in pupillo per p̄
dicta cui cōmuni opinioni iudex in dubio debet inherere p̄
iura vulgaria. ¶ Et ista sit prima via,per quam conclusio
s̄.posita in fauorem dñe Baptiste iustificatur,que lʒ si sola
esset fortasse aliquem non moueret propter auctoritatem te
nentium contrariū,ꝛ ego etiā forte in cōsulendo substitissem,
quia semper super hoc plurimum dubitaui, tamē vna cum
duabus sequentibus plurimū adiuuat matrem predictam,
21 ꝛ per iudicantem conuenienter considerari debet.¶ †Se
cundo principaliter dico, ꝙ conclusio predicta per aliam
viam iustificatur,dico enim ꝙ dña Maria amita non est ꝯ
comprehensis in statuto ad exclusionem matris, quia ver⸗
ba illa proximioribus propinquis ꝛc.debēt rationabiliter,
ꝛ ex mente statuentium intelligi de masculis, vt modo de⸗
ducam.¶ Unde cum illa sit femina, non est de vocatis p̄
statutum.¶ Hoc autem,ꝙ de masculis debeant.d. verba
22 intelligi sic ostenditur,† Non est dubium,ꝙ statutum istud
ꝛ similia statuta,que cōiter per Italiam reperiuntur,quibꝰ
mater,vel alie femine excluduntur, dicunt̄ facta fauore cō
seruande agnationis,ꝛ familie,dignitas enim ꝛ honor fa⸗
miliarum medijs hereditatibus ad masculos deuoluendis
conseruat̄,vt.l.quisquis.C.ad.l.iul.maiest.ꝛ.§.hoc quoqʒ
in fi.insti.per quas perso.nob.acquir.tradit dñs Marian.
Soc.auus meus in consi.xxx.Quamuis ex his tertia col.
versi.Quia ad hoc rñdetur ꝛc.ꝛ Andr.Barba.in consi.
xliij.Preclare scribitur tertia col.primo volu.ꝛ plenius in
consi.lvij.Clementissimum Deum.col.xj. versiculo. Facit
etiam ꝙ iste quarto vol.vbi allegat Augustinū in tertio li.
de ciuitat.dei.c.xxj.dicentem decus,ꝛ honorē in familijs
per diuitias conseruari,hoc autē non contingeret,quando
hereditates feminis acquirerentur,cum ille sint finis earū
familie.l.pronuntiatio in fi.ff.de ver.signi. nati enim ex eis
patris eorum familiam sequūtur.l.familie in fi.eo.tit. ꝛ in
sti.de patr.pot.in fi.ꝛ hanc esse rationem talium statutorū
in primis firmat Jo.And.in addit.spec.in rubrica de suc⸗
ces.ab intest.ita etiam dixit Cy.in.l.j.C.ad.l.iul. de adult.

Bal.in.l.maximum vitium.C.de liber.prete. subdens hāc
rationem esse vnicam, quod etiam dixit Paul. de cast.in
.l.si vero.§.de viro.ff.solu.mat.Bal.in consi.ccxviij.Sta⸗
tuto ciuitatis Florentie secundo volu.Fulgo.in consi.liij.
Item ꝙ quelibet prima col.Pau.de cast.in consi.cccxxxvj.
Presens casus post prin.Rom.in consi.ccccxj. Quatuor
sunt per totum,vbi dicit,ꝙ ista ratio est vnica,ꝛ indubita⸗
ta, etiam ꝙ in statutis aliquando non sit expressa, ꝛ idem
etiam dixit in consi.xxxij.Uisa municipali secunda col. ver
siculo tertio,quia hoc ꝛc.auus meus in consi.xxxj.Prose
quendo ordinem tertia col.patruus,ꝛ.d.meus Bartholo
meus Soc.in consi.xxviij.Circa primam secunda ꝛ tertia
col.quarto vol.Curt.in consi.lxxx. Recte prefatus egregi
us tertia col.vbi dicit,ꝙ ista dicitur finalis ratio talium sta
tutorum. Possem plures alios cumulare,sed breuitatis cā
obmitto,semper enim nostri doct.ꝛ cōmuniter,ꝛ legendo ꝛ
consulendo hanc rationem in talibus statutis allegant pro
vera,vnica,ꝛ finali.Et in specie quando mater excluditur
a successione filiorum(vt est casus noster)tradunt doct.fere
omnes in locis,quibus disputant articulum precedentem,
vtrum.s.tale statutum procedat in pupillis, maxime qui te
nent partem affirmatiuam,vt supra dixi.¶ Et si dicatur p̄
dicta procedere,quando ad exclusionem matris vocantur
coniuncti ex parte patris, ꝛ sic agnati iuxta.§.sunt autem i
sti.de leg.agnat.succes.hic vero vocantur simpliciter propi
qui proximiores, quorum numero sunt etiam coniuncti ex
parte matris,ꝛ aliarum feminarum.¶ Respondetur hoc
negando,dico enim ꝙ immo illa verba statuti proximiori⸗
bus propinquis debēt necessario intelligi.s.ex parte patris
item ꝛ per masculos.¶ Primum probatur euidenter, q;
cum statutum excludat matrem,ꝛ per cōsequēs omnes cō
iunctos per eam tanꝙ prouenientes ex radice infecta(iuxta
tradita per Bal.ꝛ alios in.l.maximum vitium.C.de liber.
p̄eter.ꝛ per Bar.in.l.secunda.§.videndum.ff.ad tertull.
23 † Ubi expresse vult,ꝙ exclusa matre dicantur exclusi om⸗
nes cognati per eam coniuncti)oportet,ꝙ persone vocate
ad matris, ꝛ coniunctorum per eam exclusionem sint per
aliam viam coniuncte,ꝛ sic per patrem,seu ex parte patris
alioquin posset dari,ꝙ vna persona vocaretur ad exclusio⸗
nem sui ipsius,quod esset ridiculum argumento.c.fi.de in⸗
stitut.¶ Hoc idem probatur ex alio,quia scilicet.s̄.dicitur
non extantibus fratribus, vel sororibus filijs eiusdem pa⸗
tris, que verba ostendunt, ꝙ non intendit matrem exclu⸗
di,nisi per coniunctos ex parte patris,ꝛ per illa verba de⸗
bent declarari,que sequuntur argumento.l.si seruus pluri⸗
um in fi.cum similibus.ff.de leg.j.¶ Secundum probatur
quia si essent coniuncti per feminas,ꝛ sic non essent agnati
sed solum cognati,prout est ipsa mater,nulla ratio esset pro
pter quam ipsi remotiores deberent excludere matrem pro
ximiorem,a luctuosa,ꝛ sibi debita hereditate filij,quod nō
est aliquo modo dicendum,cum lex debeat esse iusta,ꝛ ra⸗
24 tionabilis.c.erit autem quarta distinct. ¶ †Stante ergo
hoc,ꝙ verba illa proximioribus propinquis. debeant in⸗
telligi de coniunctis ex parte patris,ꝛ per masculos sequi
tur,ꝙ de agnatis tantum sunt intelligenda(ad quod facit
c.primum quemadmo.feu.ad fil.perti.in ver.Parentibꝰ,
iuncta expositione Bal.exponentis parentibus.i.agnatis
vt ibi per eum) ꝛ ꝯsequenter sequitur, ꝙ istius statuti sola
ratio dicitur fuisse fauor agnationis conseruande,prout.s̄.
25 dictum fuit.¶ †Hoc ita posito sequitur,ꝙ ab ista ratione
licitum est arguere perinde,ac si esset expressa iuxta notata
p̄ glo.ꝛ oēs in.l.ꝗuis.C.de fideiuſ.ꝛ maxime hoc licebit,
qñ ex argumēto a tali rōne sumpto statutū sic interpretat̄,
vt minus corrigat,ꝛ ledat ius cōe iuxta vulgatā regulā qua
dr̄ statuta exorbitātia,ꝛ iuris cōis correctoria(p̄serti odio
sa,put est istud,de quo agimus)recipere interpretationē re
strictiuā,vt sic ius cōe minus ledat̄,vt tradunt doct.in.l.ij.
.C.de noxal.ꝛ in.c.cū dilectus de ꝯsuetu.ꝛ adeo,vt etiā ob
cā cām liceat iproprīare v̄ba vt p̄ doct.in.d.locis, ꝛ tradit
Curt.in ꝯsi.lxxviij.Dña Frācischina.vj.col.cū sīli.¶ Et
26 ex his ad ꝓpositū iferť † ꝙ eiusmodi statutū ad mr̄is exclu
sionē solū dr̄ vocare illos ꝓpinquos,ꝛ sic agnatos,in qui⸗
bus viget, ꝛ consideratur rō predicta conseruande agna
tionis, non aūt i his,i q̄bus rō cessat,sūpto.s.argumēto a

ratione cessante iuxta.c.cum cessante de appel.⁊.l.adigere
.§.quamuis.ff.de iure patron.cum similibus,sed sic est, ꝙ i
predicta domina Maria amita cessat ratio ista , quia cum
sit femina per eam honor, ⁊ dignitas familie conseruari nõ
potest,vt est dictum ergo sequitur , ꝙ non dicitur de com-
prehensis ad exclusionẽ matris. ¶ Comprobatur ista cõ
27 clusio primo † quia si extat statutum ꝙ coniuncti ex linea pa
tris excludant matrem defuncti,mater non excludetur per
feminam coniunctam ex linea patris,etiam ꝙ sit agnata,⁊
sic verbum illud coniuncti restringitur ad agnatos mascu-
los, ⁊ hoc solum , quia ratio conseruande agnationis qua
statutum dicitur motum,cessat in femina. Ita singulariter
⁊ per istam rationem determinarunt insignes iureconsulti
dominus Riccar.de Saly.in quodam consilio. Queritur
primo ⁊c. Jo.de ligna.in suo consilio . Quedam domina
Bartholomea decessit ⁊c. ⁊ Jo.de fantu.in suo consilio.
Puto ad primum quesitum ⁊c. Prout eos refert, ⁊ in hoc
sequitur Corn.consilio.lxxxiij. Uidetur in hac.in prin.pri-
mo vol. ⁊ post Bal.nouel.idem sequitur in cõsilio.xj.Stã
tibus eo.vol. ⁊ in consilio.cclxxj.De hac ꝯsultatione quar
ta col.quarto vol.vbi plurima dicit ad propositum, ⁊ in cõ
silio.cccxxxv.tertia ⁊ quarta col.primo vol.vbi vberius lo
quitur,⁊ ista decisio videtur in terminis nostris ponere gla
dium ad radices. ¶ Secundo probatur per elegantẽ do-
ctrinam Jo.de ana.in consilio quarto. Uisis statutis in se-
28 cundo dubio. † Ubi vult, ꝙ statutum excludens matrem,⁊
eius lineam propter agnatos restringatur ad agnatos ma-
sculos, ⁊ eandem decisionem sequitur, ⁊ cõprobat ibi Lu
doui.Bologni.in addit. ⁊ refert ⁊ sequitur Curt.in consi-
lio.xliiij.statuto seu consuetudine scripta ⁊c.quinta colũ. ⁊
Deci.in rubrica.C.vnde legi. ⁊ omnes allegat pro ratione
29 † quia ratio conseruande agnationis propter quam statu-
tum dicitur emanasse restringit, ⁊ regulat dispositionem in
xta.l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.tertio. Idem voluit
And.Barba.in consi.xlvij. Illud in mediũ afferam tertio
vol.per totum Corn.in consi.ccxxiiij. Non sequendo ordi
nem tertia col.secundo vol. ⁊ Deci.in.l.femine.col. xiiij.ff.
de reg.iur. ⁊ ante eos voluit Bal.inter cõsilia Ang.nume
ro.lxviij. Martinus Joannis de Florentia, ⁊ in consi.cccc
lxxiij. Circa questionem secũda col.quinto vol.⁊ plene tra
dit Albert.brun.in tract.de statut. excludẽti.feminas ⁊c.
in.xij.arti.in.ix.q. ¶ Facit tertio decisio Corn.in consi.cc
30 lxxvj. Constat matreȝ ⁊c.quarto vol. † Ubi presupposito sta
tuto,ꝙ proximiores ex parte patris excludant matrem (ex
cepta quarta parte) vt patet in summario illius consilij de-
terminat,ꝙ licet amita defuncti sit proximior ex parte pa-
tris,illa non vocatur,sed admittitur masculus, licet remo-
tior,⁊ hoc ipse presuponit ibi pro claro. ⁊ (licet non dicat) il
lud ex alio esse non potest,nisi quia in amita cessat fauor cõ
seruande agnationis,sicut ergo illo casu verba illa Proxi
miores ex parte patris restringuntur ad masculos,ita ⁊ in
casu nr̃o dicendũ est ĩ dictis vbis ꝓximioribꝰ ꝓpinqs, ⁊c.
31 ¶ Quarto confirmanť predicta † quia statutũ excludens
matrem propter patruum,licet etiam sit patruus,qui patri
frater est vterinus .l.iurisconsultus.§.tertio gradu.ff.ď gra
di. ⁊ licet statutum generaliter de patruo loquatur, tamen
ex ratione predicta cõseruande agnationis restringitur ad
illum patruum,qui sit agatus. Ita determinat Bald.in.d.
32 consi.ccxviij.secundo vol. † ¶ Similiter etiam licet appel
latione fratris veniat etiam vterinus tantum, vt.d.l.iuris-
cons.§.secundo gradu.si tamen statutum excludat feminas
propter fratres,per eandem rationem non procedit in fra-
tre vterino,sed restringitur ad fratreȝ consanguineum, per
quem conseruetur agnatio. Ita Bal.in consi.lix. De iure
communi in fi.quarto vol. Ang.consi.cxix. Statuto tuder
tine ciuitatis,circa mediũ, ⁊ Pau.de ca.in consi.cccxlviij.
In puncto queritur,post prin. Refert, ⁊ sequiť Alex.in.l.
ex facto col.xij.ff.de vulga.⁊ pupil.versi. Ex his, que hic di
xit Bar.sicut ergo in casibus istis cessat statutuȝ in patruo,
⁊ fratre vterino,licet ipsi simpliciter sint patruus , ⁊ frater,
⁊ hoc,quia in eis cessat ratio statuti ita in casu nostro , licet
ista amita sit proximior propinqua,tamen in ea cessat statu
tum propter defectum rationis sm̃ ꝙ supra deductuȝ fuit.
33 ¶ † Quinto facit,quia quando statutũ loquitur indefinite
non ꝯprehendit casum ,seu personã,in quibus non sit eadeȝ
ratio sm̃ Bar.quẽ alij sequunť in.l.omnes populi in.iij.q.
vj.q.principal. versi. qñqȝ in statuto sunt verba indefinita.
.ff.de iusti. ⁊ iur. Tradit Areti.consi.xxxix. In facto,dici-
tur ⁊c.ꝑma col.sed in isto statuto verba illa Proximiori-
bus propinquis. videntur indefinite prolata salteȝ respectu
presentis difficultatis,ergo non debent referri ad istaȝ ami
tam,cum in ea cesset ratio statuti,vt.s̃.dictũ est. ¶ Demuȝ
accedat in argumentũ notabilis decisio Bal.in.d.c.j. quẽ
34 admo.feu.ad fil.pertin. † vult enim ibi,ꝙ si statuto caueať,
ꝙ existentibus parẽtibus masculis vsqȝ ad certuȝ gradum
femina excludať,restringitur.d.statutũ ad masculos agna-
tos per rationẽ sepe dictã,quã decisionem refert , ⁊ sequiť
auus meus in.d.ꝯsi.xxxj.iij.colu.versi. Undecimo facit ⁊c.
¶ Arguať modo sic,sicut ibi dispositio loquens de mascu
lis propter rationem predictã restringitur ad agnatos ita
econtra dicendũ est in casu nostro,vt statutũ loquens de ꝓ-
pinquis (quod necessario intelligiť de agnatis,vt dictũ est)
debeat restringi ad masculos per eandẽ rationeȝ, ⁊ hoc di-
co argumẽto eius,qď dicitur ꝯ̃riorum eandem esse discipli
nam,vt tradiť per omnes, ⁊ ego vltra alios plenissime dixi
in rubrica.ff.de acquir.pos. ¶ Sed aduertendũ est,quia vĩ
contra predicta restare scrupulus,nam predicta omnia, ⁊
ratio ꝯseruãde agnationis videnť procedere, qñ statuta ex
cludunt matrẽ propter masculos,vel propter agnatos sim
pliciter ita ꝙ nõ appareat statutũ vocare ad matris exclu-
sionem etiã feminas,quia tunc videremur esse in re clara,
vnde non esset opus querere ꝯiecturas, ⁊ ex mente statuen
tium restringere ad masculos cum de ꝯ̃ria intentione ꝯsta-
ret,cum expresse feminas admittat,in incertis enim nõ cer
tis locus est coniecturis.l.continuus.§.cuȝ ita.ff.de ver.ob
lig. sed in statuto de quo agimus expresse admittitur soror
ad exclusionem matris,ergo non videtur cõueniens restri-
gere verba illa proximioribus propinquis ad masculos,cũ
iam constet per statutum vocari etiam feminam, ⁊ sic perso
35 nam,per quam agnatio non conseruatur. ¶ † Facit etiam
contra predicta decisio Corn.in consi.xcv. In hac consulta
tione quinta col.secundo vol.vbi vult. ꝙ ista verba statuti.
Li parenti dal lato del padre posita ad exclusioneȝ matris
comprehendant etiam amitam defuncti. ¶ Uerum tamẽ
propter ista non puto recedendum a conclusione supra fa-
cta,videlicet ꝙ illa verba proximioribus propinquis in sta
tuto nostro restringantur ad masculos ita , vt amitam non
comprehendant per ea , que supra dicta sunt. ¶ Nec ob.
primo ꝙ in isto statuto soror admittatur ad exclusionẽ ma
tris,quia respondetur ꝙ de ea non est arguendum ad ami
tam,cum illa sit proximior, ⁊ magis dilecta per statutũ. Et
vt clarius hoc intelligatur, aduertendum est,quia in isto sta
tuto in primis consideratur vna dispositio in illis verbis.
Non extantibus fratribus , vel sororibus ⁊c. videlicet ꝙ
mater in totum excludatur etiaȝ a legitima per fratres,vel
sorores, ⁊ licet in.d.verbis ista dispositio non exprimatur,
sed colligatur a contrario sensu,tamen in fi.eiusdem statuti
clare exprimiť, ⁊ in ista dispositione facile admittaȝ statutũ
non fuisse motum fauore preseruande agnationis sed intui
tu, ⁊ predilectione fratrum, ⁊ sororum consanguineorum,
⁊ ratione strictissime coniunctionis,que est inter fratres, ⁊
sorores,tales enim personas statutum voluit preferre soluȝ
ipsarum respectu,nulla habita extrinsecus consideratione.
36 † Nam ⁊ de iure communi reperiuntur extra ordinem gra
dus dilecti,quia licet sint in secundo gradu, admittuntur ta
men cum matre, ⁊ patre defuncti,qui sunt in primo gradu
vt in.§.consequens in auct.de heredi.ab intest. veni.colu.
viij. ⁊ in auct.defuncto.C.ad tertul. ⁊ de ista dispositiõe ad
presens non agitur. ¶ Secundo in codeȝ statuto ponitur
alia dispositio videlicet ꝙ fratribus,vel sororibus non ex-
tantibus proximiores propinqui vsqȝ ad quartum gradũ
excludant matrem excepta tantum legitima,⁊ de ista dispo
sitione in presenti casu disputatur. ¶ Et in ea dico, ꝙ sta-
tuentes moti fuerunt fauore preseruande agnationis ⁊ sic
procedit conclusio predicta per ea , que supra dicta sunt.
37 † Nec est nouum, ꝙ per statutum admittatur soror in vna
parte statuti, ⁊ tamen in alia sit factum fauore agnationis
in qua ꝯiuncti ex parte p̃ris vocanť,vt egregie vult patruꝰ

⁊ dñs

τ dominus meus Soc.in consilio.lxxxj.si in causa,de qua
38 prope fin.quarto volum.Dicens fortius,ꝙ statutum Se-
nense,de quo ipse loquitur,licet admittat sororem,τ soro-
ris filios, tamen in ceteris dicitur voluisse preferre agna-
tos cognatis, τ sic dicitur inductum fauore conseruande
agnationis, vt ibi per eum. Idem voluit Corn.post Bal.
nouel.in consilio.xj.Stantibus dictis statutis prope fi.pri
39 mo volumine.† Dicens, ꝙ licet statutum de quo ipse lo-
quitur, admittat ad exclusionem matris filium sororis,
nõ tñ tollit,quin tale statutũ dicat factũ fauore agnationis
in eo,ꝙ post filiũ fratris,vel sororis vocat patruum ad ex-
clusionem matris,cõsiderando, ꝙ in talibus statutis sunt
due dispositiões prout.s. dixi.Et ista(ni fallor)est pulchra
τ vera declaratio ad istud statutũ,τ fuit declaratio Bal.in
consilio suo.Martinus Jo.de Florẽtia col.fi.qđ reperit i
ter consilia Ang.nu.lxvij.vbi in proposito plurima elegan
ter dicit τ in indiuiduo in terminis nostris cõcludit,vt.s.di
40 xi,τ idem sequit Ang.ibi in sequẽti ɔsi.¶ † Secundo nõ
ob.preallegata decisio Cornei in.d.consi.xcv.q2 si bene ad
uertat,ipsemet Corn.videt rñdere,τ declarãdo dico,ꝙ ibi
ɔcurrebãt aliqua ex quibus mater excluditur etiã per femi
naz,in qbus Corn.se fundat ɔsulẽdo,que isto casu nõ ɔcur
runt,τ sic dicã casus esse diuersos,τ diuersa rõne determi-
natos,τ iõ de illo ad casuz nr̃m nõ posse argui,cum vt vul
go fert.ex diuersis nõ bñ arguat.l.fi.ff.de calũni.l.inter sti-
pulantẽ.§.sacrã.ff.de ver.oblig.τ.l.naturaliter.§.nihil cõe
.ff.de acquir.pos.cũ similibus.Et īter cetera in casu illo põu
ponit,ꝙ mater simplr,τ precise p verba vlĩa in pma parte
statuti erat exclusa,dicebat enim statutũ.Nõ se admetta la
madre p verũ mõ alla successione,ma p auctorita del psen
te statuto sia oinamẽte exclusa,ex qbus verbis causat sim-
plex exclusio matris i omnẽ euentũ,nõ habito respectu ad
aliquas psonas,τ in hoc plurimũ se fundat Corn.vt ibi vi
deri põt.¶ Itẽ in illo statuto nõ dicebat aliquo modo,ꝙ
agnati matrẽ excluderẽt,in quo etiã Corn.se fundat. Ubi
eni ista non adessent,vult ibi Corn.pcedere, que p eum in
fauorẽ mr̃is fuerãt in ɔriuum allegata,hec autez in casu nr̃o
nũ adsunt,nã p istud statutũ nõ fit simplex, τ pcisa exclusio
mr̃is,sed respectiue ad ppinquos vsq3 ad quartũ gradũ,τ
satis aperte dr̃,ꝙ illi excludãt matrẽ vt p3 in verbo his ve-
ro nõ extãtibus succedat mater τc.Et sic põt dici, ꝙ in ca
su nr̃o ɔclusio.s.posita sit ex intẽtione Corn.ibi,τ ita ɔsiliũ
illud videt retorqueri.¶ Et.l3 ibi Corn.alia ɔsideret,tñ p
cipuũ fundamẽtuz vr̃ facere in predictis. ¶ Et vbi pdicta
in casu suo nõ adessent abitrarer eius decisionẽ de iure non
pcedere p ea,que.s.p matre allegata p me sunt,τ per ea,q̃
tradit patruus,τ.d.meus Soz.in ɔsi.liij.Uisis testõ τc.ix.
41 col.iij.vol.† vbi dicit,ꝙ verba testatoris,Perueniãt ad at
tinẽtes meos,nõ ɔprehẽdunt feminas,vt p eũ.τ ita etiã es-
set dicendũ in casu Corn.de illis verbis.Li parẽti τc.cum
vtraq3 platio sit in genere masculino,qđ in statutis odiosis
maxime odio irrõnabili nõ ɔprehẽdit femininũ,vt p Ar-
chi.in.c.siquis suadẽte.xvij.q.iiij.τ p Bal.τ alios in.l.qui
cunq3.C.de serui.fugiti.τ dicã i sequẽti articulo.¶ Ex his
p hanc scđam viã ɔcludit dñaz Baptistã mr̃ez in casu nr̃o
exclusã,amitã admittẽdã esse,que via plurimũ vr̃ rõni,τ mẽ
ti statuentiũ ɔgrua si cui tñ sola p se nõ videat iuridica,de-
bet oio cũ pcedẽti,τ sequẽti ɔiuncta,attẽdi in fauorẽ mr̃is
pdicte ad exclusionẽ amite,l3 apud me ipsa sola,τ p se ɔclu
42 dens sit.¶ † Tertio pricipalr,τ distincte ab oibus pdictis
ɔclusio.s.in pnci.posita ex alio iustificat,q2 dico,ꝙ statutũ
pdictum excludẽs matrẽ a successione filioꝝ,nõ pcedit re-
spectu successionis filie femine,vt statim oñdaz,sed in ppo
sito agimus,de succedẽdo eius filie femine Cecilie vltimo
loco defuncte ergo τc.¶ Illud autẽ,ꝙ decedẽte filia sta-
tutũ non pcedat,probat.¶ Primo,q2 cũ istud statutũ sit
odiosum priuãs matrẽ luctuosa hereditate filij sibi iure na-
ture debita, τ quidem odio irrõnabili,vt.s.est dictũ,deb3
restringi inquãtum põt,vt minus ledat ius cõe,vt etiã.s.di
ctum est.Ex quo sequit,ꝙ cũ loquat de successione filioruz
in genere masculino nõ extendet ad successionẽ filiarum, τ
sic illud masculinũ filiorum non ɔcipiet femininũ,vt proba
43 tur in.l.j.§.j.versiculo quare.ff.de vent.in pos.mit. † Sem
per enim in talibus statutis sic a iure cõmuni exorbitanti-
bus pro regula dici solet,ꝙ masculinũ non concipit femini
num,ita tradit Archi.in.c.siquis suadente.xvij.q.quarta
Gemin.in.c.generali tertia col.de elec.lib.sexto Cardin.
in Clementina prima de elect.Ey.Bal.τ alij in.l.quicun
que.C.de serui.fugiti.Signorol.đ homode.in cõsilio.cliij.
Questio talis est col.fi.vbi dicit,ꝙ omnes ita tenent. Ale
xan.in consilio.xxiiij.Animaduersis his prima col.secũdo
vol.τ in consilio.lxxxiiij.Animaduersis optime in princ.
quarto vol,τ in consilio.xlv.Habita pro viribus circa me
dium septimo vol.τ in consilio.cliij.Uiso themate secun-
da col.eo.vol.Corn.in consilio.cclxxj.De hac consultatio
ne quarta col.quarto vol.Areti.in consilio.xxxix.In facto
dicitur cum multis cõcordantibus per eos adductis,τ tra
dit Jas.in.l.siquis id quod tertia col.versiculo sexto limita
.ff.de iurisdi.omni iudi.vbi idem dixit Deci.τ allegat plu-
res concordantes,qui idem dixit in.l.secunda col.xvij.ff.de
reg.iur.τ in consilio.clxxj.In causa secunda colu. τ prout
dicit Jas.vbi supra,ita voluit Bar.in.l.j.ff.de ver.signi.ita
etiam voluit Imo.in.l.si ita scriptum.ff.de leg.secundo pri
44 ma col. † Dicens,ꝙ quando statutum loquitur per nomẽ
appellatiuum masculini generis,si sit contra ius commune
femininum non comprehendit, quod plurimum seruit in
casu nostro,cum nomen filiorum sit appellatiuum,τ statu-
tum sit contra ius commune, vt de se patet. ¶ Secundo
hoc probatur pulchra ratione,nam quando in dispositione
aliquid comprehenditur per interpretationem. Illud non
45 operatur exclusionẽ matris a luctuosa hereditate filij† pa-
ter in tacita substitutione pupillari comprehensa in expressa
vulgari,illa enim cum veniat per interpretationem,non ex
cludit matrem,vt.l.precibus.C.de impub.τ ali.subst.τ in
.l.fi.C.de insti.τ substi.sub condit.fa.τ est communis opi.
in.d.locis,τ in.l.Centurio.ff.de vulga.τ pupill.Sed quã
do nomen masculini generis,vt est nomen filiorum(de quo
in casu nostro)comprehendit femininum, Illud est per in-
terpretationem extensiuam,vt probatur in.l.cum in ado-
ptiuis.C.de adopt.in versiculo,Que in filio diximus in fi-
lia extendimus,τ in.l.pronuntiatio in prin.ff.de ver.signi.
Et tradit Bar.in.d.l.j.de ver.signi.τ communiter omnes
tenent in locis preallegatis,τ nouissime ponit Deci.in.d.l.
secunda colum.xiij.versiculo. Secũdo regula procedit τc.
de reg.iur.ergo sequitur,ꝙ talis interpretatio in proposito
nostro non debet fieri ad exclusionem matris. ¶ Hac ra-
tione vtebantur quidam antiqui doct.volentes hoc in fa-
uorem matris etiam,ꝙ alias pro regula masculinum femi-
ninum conciperet etiam in statutis odiosis pro vt eos re-
fert Archi.in.d.c.siquis suadẽte.xvij.q.quarta colum. ter
tia,licet ipse teneat pro regula,ꝙ in statutis odiosis mascu
46 linum femininum non comprehendat. ¶ † Tertio facit,
quia statutum compellens patrem viuentem ad dandam le
gitimam filio,cum loquatur per genus masculinum,scilicet
de patre, non procedit in matre, attento ꝙ tale statutum
est contra ius commune,ita in terminis inquit Bald.in.d.
.l.quicunque tertia colum.versiculo Item statuto cauetur
ꝙ pater teneatur τ cetera,τ similiter per eandem rationez
ibidem paulo ante in versicu. Attende hic aliquo stat.τc.
47 †Dicit,ꝙ statutum excludens auum maternum, non ex-
cludit auiam maternam,neutro enim casu masculinum cõ
cipit femininum,vt per eum,quem in vtroq3 dicto refert,τ
sequitur Alex.in dicto consilio.xlv.septimo volu. Sic er-
go dicendum est in casu nostro, ꝙ cum statutum loquatur
de successione filiorum in genere masculino,τ sit contra ius
commune,τ irrationabile, non procedet in hereditate fi-
lie femine. ¶ Quarto confirmatur multum ad proposi-
48 tum, † quia si statuto caueatur,ꝙ soror non succedat fratri
non erit exclusa a successione sororis,eo enim casu masculi-
num respectu persone,cui succedendum est,non continet fe
mininum,ita per multas rationes determinat Paulus de
castro in consilio.cccxl.Hereditas predicta alias secunduz
aliam impressionem est numero.cxix.in primo volu. Idem
concludit Dominus Benedictus capra in consilio.lxij.
Andreas mei.in quarto dubio,τ dixit Corn.in cõsilio.xj.
preallegato prima columna primo volumine, τ in consilio
xciij. Circa primum, prima columna, secundo volumi-
ne. Quod sequitur Jason in rubrica.ff. de acquirenda

pos.col.fi.& idem.s.q appellatione fratrum nõ veniant so-
rores voluit Fulgo.in cõsi.xxxiiij.domina Catherina post
49 prin.† Et in simili dicimus,q statutum excludens a succes
sione patris nõ excludit a successione matris,vt per Corn.
50 in consi.clvj.De duabus prima col.secundo vol.† Immo
etiam si simpliciter a successione ascendentiũ excludit̃ mu-
lier propter masculos,non dicitur exclusa a successione ma
tris, si ratio differens potest allegari(prout isto casu nostro
ita esse infra dicam)ita singulariter determinat Fulgo. ꝯsi.
liiij.Item,q quelibet prima col.versi.secundo de mẽte &c.
sicut igitur in casibus istis statutum excludens a successione
fratris,vel patris nõ procedit in hereditate sororis,vel ma
tris,ita & in casu nostro excludens a successione filiorũ,non
procedit in heredi tate filie femine,& ita masculinũ non con
cipiet feminiuum. ¶ Quito non eundo per mendicata suf
fragia,dico,q in indiuiduo in terminis nostris ita conclu-
dit Archi.in.d.c.siquis suadente.xvij.q.iiij.post quosdam
antiquos per eum tacito nomine relatos,licet ipse genera-
lius loquatur sequitur Gemi.in.d.c.generali colũ.secunda
de elect.lib.vj.Alex.in consi.lxxxiiij.Animaduersis prope
fi.quarto vol.& in.d.consi.xlv.prima col.vij.vol.Jas.in.d.
rubrica de acquir.pos.& Deci.in.d.l.secunda de regu.iur.
51 col.xviij.† Omnes enim cõcludunt in locis predictis,q sta
tutum excludens matrem a successione filiorum, non exclu
dit a successione filiarũ,vt per eos,quod etiam videtur vel
le Bal.in.l.Gallus in prin.ff.de liber.& posth.col.fi.versi.
In glo.que incipit,vbi dicens,q Archi.in.d.c.siquis sua-
dente explicat hanc materiam melius,q̃ alius, eius dicta
videtur approbare,& ita esse de intentione Bal.ponderat
Alex.in.d.consi.xlv.sic itaq; casus noster reperitur in indi
uiduo decisus ,& cum tot, tantiq; excellentissimi iurecon-
sulti ita teneant(licet quidam contrarium dicerent)dico,q
ista est cõmunis opin.a qua in iudicando nephas esset recẽ
dere per iura vulgaria.Sexto comprobatur ista opin.opti
ma,& concludenti ratione,q: scilicet magna est dissimilitu-
do quo ad mentem statuti an decedat masculus,an femina
nam decedente masculo,per quem familia conseruabatur,
statutum noluit,q bona apud eum existentia,& quibus me
dijs in persona eius familie honor,& dignitas magis splẽ-
debat,veniant ad feminas,sed trãseant ad alios masculos
eodem officio in honorem familie(vt ita dixerim)functura
apud eos,quo apud defunctum fungebantur,que ratio nõ
viget,vbi femina decedat,q: ex quo per eam honor , & di-
gnitas familie,& agnationis non conseruabatur,bona,que
apud eam erant,iam erant aliena ab officio,de quo.s.& sic
cum iam apud femina existẽtia honori , & dignitati familie
non conferrent,facilius in alias feminas transire poterunt
52 †argumento eius,quod dicitur,q res prohibita alienari,
si semel legitime alienetur,efficiatur alienabilis etiam in p-
sonas alias prohibitas,vt probatur in.l.pater filium.§.qn
decim vbi Bar.in secundo not.ff.de leg.tertio.ita hanc rã
tionem considerat Saly.in.l.secunda.C.de noxal.in.vj.co
lum.versiculo.Non idem dico(licet non alleget.d.§. quin
53 decim)& per eam generaliter determinat q statuta exclu-
dentia feminas a successione agnatorum,vel dicẽtia siquis
decesserit &c.femina non succedat,non procedunt,si femi-
na aliqua decedat,quia cum loquatur in genere masculino
respectu decedentis,non trahentur ad femininum,quia(vt
dixi)dissimilitudo est inter casũ, & casũ,Postq̃ enim he-
reditas venit ad aliquam feminam,facilius in aliam pote-
rit pertransire argumento.l.si vnus.§.pactus.ff. de pact.
Hanc doctrinã Saly.refert,& sequitur Alex.in.d.consi.
lxxxiiij.prope fi.quarto vol. & insignis doct.dominus Jo.
bapt.caccialup.in repetit.l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.
mihi in col.c.versiculo.Tertio si statutum dicat siquis &c.
Hoc etiam sentit Fulgo.in.d.consi.liiij.in.d.versiculo secũ
do dẽ mente &c.Concluditur itaq; in proposito,q cũ sta
tutum nostrum loquatur de successione filiorum per genus
masculinum , non debet extendi ad successione filie femine
propter rationis diuersitatem,de qua.s.& ista ratio(ni fal-
lor)optime concludit. ¶ Et licet ad honorem agnationis
esset etiam,q bona feminarum in eam peruenirent,& etiã
quecunq; alia,& alias in iure videatur consideratum , vt in
,§.ceterum insti.de legi.agnat.succes.tamen negari non po

test,quin procedat dissimilitudo predicta,propter quã(qc-
quid de iure cõmuni considerari possit)cum agimus de in-
terpretando statutum correctorium iuris cõmunis,& odio-
sum odio irrationabili,aperta fronte dicendum est,q cum
loquatur in genere masculino,nõ procedit in feminino per
predicta. ¶ Et per hanc viam,idest propter rationem di-
54 uersitatis alias dicimus† q statutum loquens de filijs ban
nitorum expellendis non procedit in filiabus, vt per Bal.
in.d.l.quicunq;.iij.col.de serui.fugi.Areti.in.d.cõsi.xxxix.
Jas.in.d.l.siquis id quod in sexta limit.& Deci.in.d.l.secũ
da col.xviij.& sic masculinum non concipit femininũ,& idẽ
etiam in plurimus similibus casibus reperitur per eadem
viam,vt per doct.in locis allegatis.s.maxime in primo ar-
gumento. ¶ Septimo facit elegans doctrina Pet.de an
cha.in.c.j.de consti.in.xiiij.q.prin.versi.Dicto de filijs &c.
55 †Ubi vult,q nunq̃ in statutis feminarum exclusiuis mas-
culinum concipiat femininum,quando si illud conciperet,
sequeretur,q femina proximior excluderetur per feminã
remotiorem,sed in casu nostro excluderet̃ mater proximior
per amitam remotiorem,ergo sequitur,q sub masculino fi
liorum femininum non cõprehenditur,& licet ipse loquat̃ i
alijs terminis,qui secũde vie.s. posite magis conuenirent
tamen etiam ad casum istum illa doctrina prestat bonũ ar
gumentum. ¶ Demum ita esse de voluntate statuentium
ostenditur,quia quando volunt feminam comprehendi il-
lud exprimunt,vt patet ibi extantibus fratribus,vel sorori
bus &c.licet enim appellatione fratris per interpretationẽ
veniat soror.l.tres fratres.ff.de pact.cũ similibus. Tamẽ
statuentes non attendentes talem interpretationẽ vbi vo-
luerunt de feminis loqui,expresserunt,ex quo aperte demõ
stratur,q cum solum in proposito nostro locuti fuerint de
filijs in masculino genere,noluerunt de filiabus idem senti
re,quoniam si ita etiam de eis voluissent,vtiq; expressissent
sicut de sororibus.s.fecerunt.l.j.§. sinautem ad deficientis
.C.de caduc.tol.c.inter corporalia post medium de trãslat.
prelat.& .c.ad ad audientiam de decim. cum similibus . &
ita in proposito nostro declarat Corn.in cõsi.xj.s.allegato
secunda col.primo vol.Et etiam in allegato consi.clvj. se-
56 cunda col.secundo vol. ¶ †Faciant ad hoc infinite(vt ita
dicam)decisiones nostrorum maiorum,in quibus dicitur,
q expressũ in vna parte dispositionis nõ attendit̃ i alia i q̃
disponens exprimere noluit per predicta, & inter cetera est
pulchra decisio Jo.de ana.in consi.xxij.Ad approbandã,
alia est Alexandri in consi.xxxj.Ponderatis his post pri.
tertio vol.& alia est patrui,& d.mei Soz.in consi.nono.Ui
so statuto secunda col.tertio vol.Est igitur in proposito no
stro(vltra alia)optima coniectura voluntatis statuentium,
q masculinum non concipiat femininum,& ita ex coniectu
ris percipi satis est,vt inquit Cuma.in consi.cxvij. Uiso te
stamẽto post prin. & tradit Jas.in.d.l.siquis id qd in nona
57 limitatione.& Deci.in.d.l.ij.col.xiiij. ¶ †Sed posset quis
instare contra predicta per ea, que tradit Curt. in consilio
nono.Ticiniensi statuto per totum ,in eo enim ipse conclu-
dit feminam excludi ab hereditate sororis,licet statutũ lo
quatur de fraterna hereditate, & expresse reprobat consiliũ
Paul.de cast.cxix.s.allegatum,reprobat etiam decisionẽ
Archi.& sequacium in.d.c.siquis suadente allegatam.s.in
quinto fundamento.Et precipuum fundamentum eius vi-
detur consistere in eo,quia ſm eum ratio cõseruande agna
tionis(quod fit per diuitias)(in qua statutum fundatur) p
cedit etiam decedente sorore,vel alia femina,vt per eum,q
per illam rationem in nona col. nititur respondere rationi
quã.s.allegaui in.vj.fundamẽto. ¶ Facit etiã ꝯ p̃dicta, p
ut etiam Curt.allegat,quia quicquid sit quando masculi-
num numero singulari profertur,quando profertur in plu-
rali(prout est in isto statuto)non videtur dubitandum,quã
do concipiat femininum,vt declarat Paul.de cast.in.d.l.
tres fratres in prin.ff.de pact. ¶ Uerum tamẽ per ista nõ
est aliquo modo recedendum a conclusione.s.facta rationi
bus,& auctoritatibus optime fundata,& etiam,quia com-
munis est,vt dixi in quinto fundamento. ¶ Nec ob.deci-
sio Curt.quia illa potest defendi ex eo,q i loco extabat ge
nerale statutum q masculinum conciperet femininum,pro
ut ipse ibi dicit in vltima col.versi.& multũ p ista parte &c.

prout

prout in simili propter tale statutum determinat Bal. in cõ si. xlvij. factum tale statuto cõmunis Aretij. v. vol. ¶ Et vbi per hanc viam illa decisio non saluaretur, Dico, q͂ salua tanti viri reuerentia talis decisio nõ est vera per ea, q̃. s. allegata sunt, & vbi ratio nulla esset non est dubium maioris auctoritatis esse Archi. Gemi. Pau. de cas. Alexã. Jas. & alios simul, de quibus. s. q̃ Curt. solum. ¶ Et ad rationem in qua ipse facit precipuum fundamentum patet Responsio ex dictis. s. in. vj. fundamento, quia dico, q͂ immo datur ratio diuersitatis inter casum, quo decedat masculus, & quo femina, vt ibi dixi. ¶ Et licet verum sit, q͂ bonum esset ad honorem familie vndecunq; bona habere, tamen negari non potest, quin maior sit ratio in bonis, que apud defunctum deseruiebant dignitati, & honori familie, q̃ in alijs per predicta. ¶ Et Responsio, quam dat Curt. in. d. ix. colũ. nihil est, immo dico, q͂ si recte consideretur, facit contra eum. Nam ipse inspicit modernam consuetudinem, qua masculi succedunt in oneribus defunctorum quo ad propulsandam iniuriam actiue, & passiue, & similia propter quod equum est, q͂ ibi collocentur commoda, vt p eum, dico. n. q͂ ipse presuponit apud defunctum fuisse talia onera, quod absq; dubio non est verum, quando femina decedit, & per ꝯsequens eo casu cessat ꝯsideratio sua. ¶ Et si dicatur, q͂ ille considerat, q͂ talia onera fuerunt apud masculos, quibus femina successit, Respondetur, q͂ hoc non debet amplius considerari, cum semel bona venerint ad feminas, & sic sunt in casu, quo honori familie non deseruiũt, & propterea in alias feminas facilius possunt pertransire, prout dictum fuit. s. in. vj. fundamento ad quod faciũt not. per Doct. max. moder. in. l. j. §. veteres. ff. de acqui. posses. quatenus volunt bona cõsiderari, vt hereditatem vltimo
58 morientis, non auctoris sui. ¶ † Posset etiam dici, q͂ licet videretur eadem ratio, tamen cum simus in statuto contra ius commune odioso, & odio irrationabile non debet extẽdi de casu ad casum, immo potius restringi, vt minus ledat ius commune, attento q͂ masculinum, quando femininum concipit, id facit per interpretationem extensiuam, vt. s. est dictum, & concludit deci. in. d. l. ij. de reg. iur. xiij. col. Et dixit etiam Curt. in additione ad. d. consil. ix. Talis. n. extensio in similibus statutis communiter reprobatur iuxta tradita per Doctores in. l. si vero. §. de viro. ff. sol. matrimo. & in auct. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. & in. c. cum dilectus de consu. verum, quia non est necessarium (cum p̃dicta sufficiant) super eo vlterius nõ instabo. ¶ Ad illud quod masculinũ profertur in numero plurali. Respõdetur, q͂ licet facilius eo casu fieri possit, tamen semper verum ẽ, q͂ id fit per interpretationem extensiuam, vt cõstat ex multis decisionibus de quibus. s. tam in ista tertia via, q̃ in secunda. Jn quibus presuponeretur, q͂ statutum vel dispositio loquebatur in numero plurali, & tamen semper presuponeretur, q͂ conceptio feminini non fit ex propria significatione sed per extensiuam interpretationem & in specie ꝯstat ex dictis per Curt. in. d. additione vt quisq; p se videre poterit. ¶ Et ex his remanet saluata, & defensata ista tertia via principalis in fauorem matris, & cum quelibet ex his tribus per se sufficeret ne mater excludatur a successione filie, omnes tres simul iuncte fortius illud debent operari
59 † plura. n. vincula sunt vno fortiora auct. itaq;. C. communia de succes. & singula que non prosunt, multa collecta iuuant. l. instrã. C. de proba. & l. si stipulatus in prin. & ibi gl. ff.
60 de vsur. cum similibus. ¶ † Et prima via per se, & etiã ista tertia absq; dubio procederent, si in loco esset statutum q͂ verba statutorum debeant intelligi secundum propriam significationem (prout forte est, vt q̃dam dñt) Tunc. n. non esset dubium, q͂ verbum intestatus, vel ab intestato non verificaretur in persona predicte Cecilie, vt. d. l. i. ff. de suis & legi. & . s. dictum fuit, similiter etiam masculinum illud filiorum non verificaretur in femina, quia (vt est dictum) si quãdo masculinum concipit femininum, illud non est ex ꝓpria significatione sed improprie, & per interpretationẽ. Jta determinat Cor. consi. xiij. in presenti consultatione tertia & quarta. col. ij. vol. & tradit deci. in. d. l. ij. col. xiij. de regul. iur. versi. sexto regula non habet locũ &c. Ubi ergo tale statutum esset conclusio. s. posita in fauorem matris esset indubitata. ¶ Uerum posito, q͂ eiusmodi statutũ non reperiatur, adhuc tenenda est predicta cõclusio per predictas tres vias, vel per alteram ipsarum, vt est dictum. ¶ Pro qua
61 nouissime facit † quia stante dubietate aliq̃ super verbis. d. statuti fieri debet interpretatio in fauorem matris, ne exclu datur a luctuosa hereditate filie sicut dicimus fieri, quando dubietas est in verbis testamenti iuxta. l. precibus cum materia. C. de impub. & ali. substi. & l. fi. C. de inst. & substit. sub
62 condit. fact. cum similibus † valet etenim argumentum de testatore ad statutum, quo ad interpretationem verborum, & mentis disponentis iuxta not. per Bar. in. l. siquis legauerit la. ij. ff. de lega. j. & voluit Bal. in. l. maximum vitium in. ij. not. C. de liber. preter. & in terminis similibus in fauorem matris hoc argumẽto in indiuiduo vtitur auus meus in consi. xxxi. prosequendo ordinem. ij. col. versic. ij. probatur &c. ¶ Aduertant vltimo loco clarissimi iudices, quia aut in isto statuto (quatenus mater per propinquos excluditur) volumus, q͂ certa, & vera ratio sit fauor conseruande agnationis, & tunc indubitanter procedit secunda via p ea, que in ea dicta sunt, aut volumus, q͂ ratio istius statuti non sit certa, cum scripta non sit, & tunc indubitanter procedet tertia via, quia si ratio non est certa, non potest ex ea argui, vt statutũ, odiosũ & contra ius cõe loquens in masculino trahatur ad femininum, & hoc fatetur Curt. in. d̃. consi. ix. siquis recte aduertat, max. in. vij. col. Quicquid in casu isto dicamus euidens remanet iustitia in fauorem matris. Laus Deo.

Soci. nepos, Padue legens. 1527.

SVMMARIVM.

¶ Statutum q͂ de nullitate debeat dici. ĩ. x. dies, vtrũ includat nullitatem ex alio statuto postea facto ꝓueniẽtẽ.
¶ Et vtrum statutum cogẽs ad compromissum procedat in. q. iuris, & quomodo.

1 Statutum q͂ de nullitate debeat dici. ĩ. certum tempus, an includat nullitatem ex alio statuto postea facto prouenientem.
2 Permissum ad tempus, post tempus dicitur prohibitũ.
3 Quando in generali remotione nullitatis alique sunt, que non intelliguntur excluse, statutum exprimens, q͂ illa, que ex actis appareret, excludatur, videtur in alijs omissis relinquere regulam iuris communis,
4 Ignorantia causata a communi errore tolleratur, in quo ẽt ignorantia iuris solet excusare.
5 Uolens vti exceptione post terminum a statuto prefixum, dicens nouiter ad eius notitiam peruenisse, an sit audiendus.
6 Recursus ad arbitrium boni viri datur leso in extimatione alicuius rei.
7 Statutum q͂ inter coniunctos vsq; ad quartum gradum fiat compromissum, an fieri debeat in questione iuris, & quomodo, & infra. nu. 10.
8 Statutum cogens coniunctos ad compromittendum, non habet locum, quando contra petitorem obstat exceptio litis finite.
9 Compromittere nemo de iure communi cogitur.
11 Omnis agens agit propter finem.
12 Ex diuersis non infertur.

CONSILIVM XXIIII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. Uiso processu nouiter agitato inter Georgium de angelerijs agẽtem ex vna, & Nico. Francisci, & alios eius litis consortes reos conuentos ex alia vna cum quibusdam alijs antiquis processibus, & pluribus alijs scripturis mihi frãsmissis a Magnifico & prestantissimo viro Gherardo de Gherardis capitaneo, & commissario ciuitatis cortone petente, vt que future sint partes eius in presenti causa de iure respondeam omnibus deinde iuribus, & rationibus hinc inde allegatis

mature, ac diligenter animaduersis ¶ Reperio principa-
liter duo peti per.d.Georgiuz. ¶ Primo ꝙ petitio facta
per.d.Nico.Fran.cōtis, ⁊ processus inde secutus, simul, ⁊
sententia postea in eius fauorem lata declaret̄ nulla ex ra-
tióibus in petitiōe expressis, q̄ petitio fuit facta die. xxviiij.
nouēbris. ¶ Secundo die prima Decembris petijt idez
Georgius, ꝙ quedam extimatio aliquorum bonorum cō-
munium inter eos facta per extimatores nulla, seu iniusta
declaretur ⁊ velut talis reducatur ad arbitrium boni viri.
1 ¶ † Circa Primam, quā partes in processu videntur ma-
gis prosequi, ⁊ circa quam videtur maior difficultas, hinc,
inde vrgent ratiōes. ¶ Nam primo ꝙ actor sit audiendus
videtur casus in statuto illo de debitore communis, quod
incipit, item aduertentes ⁊c. prout plene per insignem ad-
uocatum eius allegatur. ¶ Ex aduerso videtur, ꝙ non, cū
de nullitate debeat dici infra certa tēpora, vt in statuto sub
rub. de appella. quod incipit, item circa statuta in versiculo
⁊ de nullitate sententie ⁊c. que tempora iam diu ante pre-
dictam petitionē preterierunt. ¶ Nec preallegatum statu
tum de debitore communis videtur obstare, quia non loq-
tur de tempore proponende nullitatis, vnde in hoc (retēto
pro firmo, ꝙ sententia sit nulla, neqꝫ quo ad illud alteratur
tale statutum) recipit declarationem, ⁊ interpretationem ꝑ
istud de appellat. vt sic sententia nulla remaneat, de nullita-
te tamen dici debeat infra tempora ad appellandum con-
stituta, vt sapienter, ⁊ abunde per excelentissimū consulto-
rem pro reis conuentis deducitur. ¶ Posset tamen pro
actore replicari, ꝙ ista non esset declaratio tantum, sed etiā
remotio.d.statuti, nam de nullitate ordinarie dici potest in
fra.xxx. annos iuxta tradita per Ang.in.l.sicut.C. de pre-
scri.xxx.anno.in.ij.col.versi. ⁊ ideo ius dicendi sententiam
nullam cum concordantibus quo possito statutum de ap-
pellantibus volens de nullitate dici tantum infra.x. dies,
2 videtur postea nullitatem excludere † cum permissum ad tē
pus, post tempus dicatur prohibitum, vt.l.statu liberum.
.§.j.de leg.ij. vbi Bart. ⁊ tradit̄ in.l.si ita quis de vulga.
⁊ pupil. Sicut econtra iuxta.l. pater filium.§. fundum de
leg.iij. ⁊.l.imperator.ff.de postulan. vnde ista exclusio nul-
litatis non videtur, ꝙ comprehendat nullitatem prouenie-
tem ex capite alterius statuti, iuxta notata per Bart. in.l.
i.§. ⁊ parui.ff.quod vi, aut clam, ⁊ per Doct.in.l.ita nobis
.C.ad.l.iuliā.de adulterijs ⁊ plene per aduocatum acto-
ris deductum fuit, ⁊ clare hoc dicit Fulgo.in consi.cvij.su-
per eo ⁊c.col.fina. ⁊ Alexan.in consi.lxxvij. visis dubita-
tionibus.iiij.col.iij.vol. ¶ Nec ob. ꝙ statutum tollat nul-
litatem, que etiam ex actis notorie appareret, quia videtur
3 ꝙ hoc possit in contrarium retorqueri. † Nam cum in gene
rali remotione nullitatis alique sint, que non intelliguntur
excluse, statutum exprimēs, ꝙ illa, que ex actis appareret,
excludatur, videtur in alijs obmissis relinquere regulam
iuris communis, argumento.l.si cum dotem in prin.ff.solu.
matrimo. ⁊.l.commodissime de liber. ⁊ postu. ⁊ sic videtur
dicendum in casu nostro, cum ista nullitas ab alio statuto ꝓ
ueniens non dicatur sublata, facile enim erat statuenti illam
exprimere, si voluisset excludere, sicut fecit de apparente
ex actis, non dixit, ergo credit̄ noluisse.l.vnica.§.si autem
ad deficientis.C.de caduc.tol. ⁊.c.ad audientiā de decim.
4 ¶ † Preterea videtur, ꝙ actorem tueatur ignorantia, ꝙ
Nico.esset debitor cāta a communi errore iuxta notata
in.l.Barba.ff.de offi.presi. ⁊ maxime cum iste actor agat
de damno vitando in quo etiam iuris ignorantia solet ex-
5 cusare.l.error in fi.ff.de iur. ⁊ fact.igno. ¶ † Et licet alias
dici soleat, ꝙ volens vti exceptione post terminum a lege
statutum dicens eam nouiter ad eius notitiam peruenisse,
non sit audiendus, nisi ipse fecerit diligentem indagationē
iuxta not.per Anto. ⁊ Abba.post glos.in.c. pastoralis de
exceptio. ⁊ tradunt moder.in.l.de die.§.si seruus.ff.qui sa-
tisda.cogan. vt per clarissimum consulentem pro reis dedu
citur. ¶ Tamen videtur, ꝙ in proposito dici possit Geor-
gium actorem satis fecisse diligentiam inherens communi
opinioni ⁊ errori, ꝙ Nico. non esset debitor communis.
¶ Non tamen super istis aliquid firmo, sed tantū hec cō-
sidero, vt appareat casum esse dubium, ⁊ hinc inde conside
rari posse, ⁊ iura, ⁊ rationes. ¶ Nec etiam ratio allegata,

ꝙ omnia valeant saltem in vim pacti iuxta.l.ij.C.commu-
nia vtri.iudi. videtur multum vrgere, quia illud ꝓcedit, qn̄
consentientes sciunt nullitatem sententie, sed in casu nostro
quicquid fecit iste actor, fecit, quia credens sententiam va-
lere, credebat se ad id compelli posse, sed si potuisset de iure
conuenire semper conuenisset, quod apparet, quia semper
contradicendo, petendo iterum compromitti, ⁊ a sentētijs
appellando declarauit, ꝙ animus eius non sponte inhere-
bat laudo, aut sententie, vel alijs inde secutis. ¶ Sed, vt
dixi, nihil firmo, quia nec partes Magnifici capitanei sunt
quicꝗ̄ super hoc firmare. ¶ Et forte pro reis aliqua pos-
sent in contrarium allegari, que obmitto, ⁊ satis sit ex pre-
dictis circa primam petitionem rem dubiam ostendisse.
¶ Circa secundam petitionem similiter videtur posse du-
6 bitari † quia cum actor predictus asserat se grauiter lesum,
videtur conueniēs, ꝙ ei detur recursus ad bonum virum
iuxta tradita communiter in.l.societatem.§.arbitrorum.ff.
pro socio, ⁊ in.l.siquis arbitratu de ver.oblig. quia tamen
rei conuenti in suis exceptionibus negant omnia narrata, ⁊
consequenter negant lesionem, ⁊ sic volūt recursum ad bo
num virum non dari, res relinquitur dubia, vtrum actor sit
super hoc audiendus. ¶ Aduertendum tamen est, quia su
per hac secunda petitione post ipsius propositionem actor
non videtur aliquid in processu dixisse, neqꝫ etiam rei post
eorum primas exceptiones quod forte ea ratione factum
fuit, quia si in prima petitione actor esset audiendus, ⁊ iu-
stitiam foueret, ⁊ ita omnia ab illa petitione Nico. Fran.
contis citra nulla essent declaranda, etiam ipsa extimatio
veniret annullanda. ¶ Sed vtcunqꝫ sit, super ea etiam ni-
hil firmo, cum nec partes Magnifici capitanei sint aliquid
firmare super ea, quemadmodum, nec super prima petitio-
ne, sed partes eius maxime sunt tantum, vt statim di-
cam. ¶ Reperio igitur in toto isto processu per.d.actorez
petitum, ꝙ super presenti lite debeat pronuntiari compro-
missum, velut inter coniūctos infra quartum gradum iuxta
formam statutorum ciuitatis cortone, maxime sub rub. qui
7 bus casibus quis possit cogi ad ꝯpromittendū. ¶ † Pro
pter quod (considerato, ꝙ statutum vult compromissum fie
ri debere, de qualibet lite, vel questione ciuili, seu controuer
sia inter coniunctos vsqꝫ ad quartum gradum generaliter
loquendo, ⁊ per consequens, ꝙ sine dubio complectitur ēt
casum nostrum Considerato etiam, ꝙ coniunctio infra
quartum gradum inter istos litigantes legitime in processu
probata est) arbitror partes Magnifici capitanei esse in ꝓ
nuntiando compromissum inter.d.partes fieri debere secū-
dum formam predicti statuti sic etenim causa ista inter eos
amicabiliter (vti consanguineos decet) pertractabitur, nul
li fiet iniuria, ius suuz cuiqꝫ seruabitur, ⁊ nullus de aliqua le
sione iuste conqueri poterit. ¶ Sed aduertendum est, qa
videtur, ꝙ immo compromissum non debeat pronuntiari,
quia stante tali, vel simili statuto tunc debet compromissum
fieri, quando vertitur questio aliqua facti, non autem iuris,
nam cum iura in se sint certa, diceretur esse questio super re
certa, ⁊ clara, quo casu non procedit tale statutum vt vo-
lunt Bal. ⁊ saly. per illum tex.in.l.ancille.C.de furt. ⁊ tra
dit Alexan.in consi.xxij.alias.cciiij. visa facti narratione.
ij.col.ij.vol. sed in casu isto videtur verti qō iuris, vt ex pre-
dictis patet, ideo videtur, ꝙ compromissum fieri non dēat.
8 ¶ † Preterea quando contra petitionez obstat exceptio
litis finite non habet locum statutum cogens coniunctos
ad compromittendum, vt per Bal.in.l.fratris.C.de tran
sact. quem ibi sequuntur communiter Doc. ⁊ hoc, ⁊ prece
dens dictum ponit Corne. loquens in indiuiduo de hoc sta
tuto cortonensi in consil.lxv. quoniam presens consultatio.
i.col.iiij.vol. sed videtur, ꝙ isto casu obstet talis exceptio ꝓ
pter duas sententias conformes, ergo ⁊c. ¶ Preterea ⁊
tertio Georgius actor petit compromissum super lite diui-
sionis domus communis, que non videtur verti corā Ma
gnifico capitaneo, sed fuit diu decissa per laudum, propter
quod videtur, ꝙ non verificent̄ verba statuti reqrētis litez
verti in curia capitanei, igit̄ cessantibꝰ verbis statuti dꝫ cessa
9 re ipsum statutū † presertim cū sit contra ius cōe, quo nemo
cogeret̄ compromittere.l.iij.§.j.ff.de arbit. debet enim in-
telligi tantum in casu in quo loquitur, ⁊ prout verba sonāt.
vt voluit

vt voluit Bald.in.l.si quis non dicam rapere.C.de episco. iiij.col.& tradit Cor.in.d.consi.lxv.& propter hoc ipse ibi in casu suo consuluit non debere fieri compromissum. quoniam scilicet verba huius nostri statuti in eo non verificabantur,vt per eum videri potest,& ista primo aspectu super hoc puncto me dubitantem reddebant.¶ Sed tamē his non obstantibus diligentius animaduertendo arbitror cōclusionem predictam in casu nostro de iure procedere,& equissimam esse per predicta,negari enim non potest causam,& litem presentem esse ciuilem questionem & controuersiam inter predictos consanguineos,prout statutum requirit,prout patet ex his,que.s.diximus in prin.¶ Et ad allegata in contrarium respondetur.¶ Ad primum potest primo re-
10 spondere† q immo etiam super.q.iuris procedit statutum si sit iuris dubij (prout est casus noster,vt cōstat ex pdictis) & licet alias dici soleat iura esse certa illud est verū in se, sed apud homines magna est dubitatio in iure, & quotidie videmus.Id ergo,quod dicunt Bal.& Saly.in.d.l.ancille, debet intelligi,quando est ius clarū,vt quando sit casus.l. apertus vel forte clara, & indubitata omnium Doctorum opinio.& ita,si recte ponderentur,volunt Immo.& Alex. in.l.si stipulatus.ff.de ver.obliga.& est de intētiōe Bar. in.l.ille,aut ille.§.cum in verbis de leg.iij.& ita ego semper putaui alias raro talia statuta seruirent, cum vt plurimum facta sint nota,& in conspicuo.¶ Vel secundo respondetur,q procedit illa doctrina nisi cum.q.iuris esset admixta.q facti,vt declarant Saly.& alij in.d.l.ancille,sed in casu isto est talis admixtio ergo &c.Id autem probat primo circa primam petitionem quia rei in exceptionibus dicunt petitionem non recte factam.item actorem laudo,& sententijs consensisse,que omnia actor negat,item actor dicit Nico.Francisci contis egisse,& rei in.viij.exceptione negant dicentes,q immo egit Nico.Philippi,rursus rei negant narrata in petitionibus esse vera,que omnia cum in facto consistant,sequitur,q inter istos dicitur esse etiam.q.facti. ¶ Et circa.ij.q.etiam vertitur.q.facti,quia an iuste estimauerint illi estimatores pendet a vero precio domus,& eius partium,illud autem quale sit,in facto consistit,si ergo actor dicit eos male estimasse,& sic q res erant maioris,vel minoris pretij,et rei negant narrata,& sic volunt res esse illius pretij,quo fuerunt estimate,sequitur,q inter eos est questio facti.¶ Ad secundum facilis est responsio,quia tales sententie refricant in dubium,& dicuntur nulle ex parte actoris,prout in principio dicebam,tunc ergo due sentētie cōformes finiunt litem,quando sunt valide,& de earum validitate non dubitatur.¶ Preterea sententie sunt sup vno, lis super alio,disputatur enim de ipsarū nullitate,super quo non reperitur lata aliqua sententia igitur &c.¶ Denum non ob.tertium quia primo dico,q quo ad secundam petitionem compromissum dicitur petitum in terminis sup ea, vt constat in eius calce,quinimmo dici posset,q talis petitio compromissi posset referri etiam ad primam petitionē cum iam per biduum proposita esset,& verba in petendo cōpromisso apposita non repugnent,sed potius cōsonent, nā cum dicatur volens lites euitare &c.videtur actor se referre ad plures lites,& sic etiam ad primam argumento.l. vbi numerus.ff.de testi.¶ Secundo dico,q licet quando petitur compromissum circa medium processus dicatur dictā causam diuisionis domus tamen subiungitur etiam cū omnibus eius connexis,dependentibus, & emergentibus &c. propter que verba importatur lis,que modo coram Magnifico capitaneo pendet,velut emergens,& dependens a causa diuisionis.d.domus,prout rei veritas est principaliter enim inter eos agebatur de.d.domo diuidenda,& hinc omnia secuta sunt,& si verum amamus,licet petitiones proposite aliud contineant,q domum illam simpliciter diuidi debere,tamen dicere debemus,q virtualiter causa de diuisione domus vertitur in curia capita.cum omnia,que inter istos litigantes fiunt,ad illud tendant,velut ad causam fi-
11 nalem† quicquid enim agimus,propter finem agimus, vt inquit Phylosophus in secundo Physicorum,& a fine omnia regulatur,vt per Bal.& alios in.l.generaliter.C.de episc.& cleri.¶ Quando ergo actor petijt causam diuisionis domus cum suis emergentibus, & dependentibus cō-

promitti voluit se referre ad litem,que tunc agitabatur, in qua virtualiter,vt dixi,causa diuisionis domus continetur. Et q ita fuerit mens eius,satis patet, quia dixit, q causa versa erat,& tunc vertebatur &c.item dixit volens parcere litibus,& expensis,lites enim & expense tantum tunc imminebant super propositis petitionibus.¶ Preterea fatuū esset dicere,q in processu presentis cause petierit fieri compromissum super alia causa,ex his ergo & ex alijs etiā,que obmitto,dico,q petitio ista compromissi dicitur facta super lite presenti,que in curia capitanei vertitur,& sic verba statuti congrue verificantur.¶ Nec ob.decisio Cor.in.d. consi.lxv.quia(posito,q sit vera)Respondetur,q procedit ex eo,quia nullo modo dabatur lis in suo casu,que in curia capitanei verteretur,& preterea per partem negabatur,q esset aliqua lis,nec qui litem dicebat,illam probabat,vt per eum.¶ Ex cuius decisione ad casum nostrum non debet argui,cum casus sint diuersi,& diuersa ratione terminan-
12 di† & alias ex diuersis non infertur.l.inter stipulantem.§. sacram.de ver.obliga.l.fi.ff.de calumnia. cum vulgaribus. ¶ Concludo itaq ex omnibus predictis partes Magnifici capitanei esse in pronuntiando compromissum,vt.s.& in absoluendo quemlibet ab expensis ad quod ex iustis causis animū meū mouētibus adducor.Laus Christo Redēpto.

Mar.Soci.Junior.J.V.D.legens.

¶ Punctus super quo consilium petitur,

¶ In testamento nobilis viri benedicti de Raymundis ciuis veronensis Nico. eius filius masculus heres vniuersalis fuit institutus,& Anna filia femina fuit instituta in ducatis.3000.& predictus Nico.heres vniuersalis si sine liberis decesserit fuit in effectu grauatus per fideicommissū restituere hereditatem predicte anne eius sorori.

¶ Decessit ex post.d.Nico.sine liberis instituta herede domina MarghArita eius matre,& cum per mortem.d. Nico.sine liberis sit impleta conditio fideicōmissi predicti,ipsa domina MarghArita tenetur.d. hereditatem restituere predicte Anne,& cum ex persona.d.Nico.velit ante omnia detrahere legitimam,ei iure nature debitā in bonis patris,& postea etiam trebellianicā qritur,qta sit dicta ltia.

¶ Presuppositis statutis ciuitatis verone sub rub.qd prima causa successionis parentum sit liberorum masculorum &c.quorum copia transmittitur.

SVMMARIVM.

¶ Filia exclusa per statutum an faciat partem nō excluso.
¶ Quanta sit legitima ipsius non exclusi.
¶ Et an filia exclusa possit petere supplemētum legitime.

1 Legitima nunq est vltra trientem , quando ex testatore sunt duo filij solum,licet vnus sit exclusus.
2 Filia exclusa per statutum,an & quomodo faciat partem non excluso,& recitat tres opi.& tertiam amplectitur vti veriorem,& commu.vsq ad nu.20.
3 Talis exclusa ab vniuersali successione aliquo tamen ei preseruato an faciat partem in legitima,ac si non esset exclusa,& ac si legitimam suam integram haberet,& in nu.sequen.& quanta sit legitima.
4 Persona,que ad partem non admittitur,partem alteri admisso non facit.
5 Filia per statutum exclusa desinit esse sua.
6 Ad rumpendum testamentum non admittitur,nisi qui ab intestato succedit.
7 Filia exclusa a statuto habetur pro extranea.
8 Statutum potest tollere legitimam filiabus,maxime pro conseruatione agnationis,
9 Verba statuti,cum sunt clara,interpretationi locus nō est.
10 Legitima dicitur quota illius portionis bonorum, quam quis ab intestato esset consecuturus,& sic a causa intestati summitur initium,& ab ea regulatur.
11 Legitima non debetur nisi hijs,qui ab intestato succedūt.
12 Legatarius licet non admittat ad partē legati,tñ facit partē collegatario,qñ hēt in parte sua ius retentionis.

13 Argumentum non procedit de legato ad legitimam.
14 Statutum excludens filiam ad commodum filij, filius debet habere portionem illius exclusę.
15 Omne, quod est a filia ablatum, datur filio non excluso.
16 Interpretatio .ll. & statutorum summitur a consuetudine & a communi vsu.
17 Interpretationi quam dedit consuetudo standum est, etiam si opus esset verba statuti impropriare.
18 Statutum excludens dotatam a successione excludit etiam eam, cui a patre dos in testamento relinquitur.
19 Clausula non debet referri ad ea, que ei non conueniunt, & ad que referri non potest.
20 Filia exclusa per statutum a successione ei aliquid dato quod ad legitimā non sufficiat, an poterit legitime supplementum petere.
21 Argumentum de testatore ad statutum affirmatiue procedit, negatiue non.
22 Statuentium maior est potentia, quam testatoris, nam derogat statutum .l. scripte.
23 Testator licet non possit prohibere petitionem supplemēti legitime, tamen statutum potest.
24 Argū de pacto ad statutum affirmatiue vz, non negatiue.
25 Statuto si caueatur simpliciter, quod filia dotata nō succedat, nec vltra in statuto dicatur, vel quod filia non succedat, sed dotari debeat, an tunc possit peti legitime supplementū.
26 Legitima per statutum diminui, & etiam in totum tolli potest.

CONSILIVM XXV

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. Casus iste frequenter contingit, quod super eo non mediocris est dubitatio de qua tam antiqui, quam moderni Doct. plenissime in varijs locis tractauerunt, dum sepe disputatur an, quando, & quo modo Filia exclusa faciat partem masculis succedentibus quo ad legitamam. ¶ Ego, prout consulentem decet, studendo breuitati, tangam substantialia tantum, & ea solum prosequar, ex quibus proposite consultationis clara resolutio oriatur. Et non est opus ingredi illam difficultatem, an filia exclusa faciat partem ad finem, vt in numero filiorum consideretur, vt legitima augeatur de triēte ad semissem, de qua habetur per Bal. & Ang. in .l. vnica. §. in primo. C. de caduc. tol. per Ang. in .l. Papinianus. §. vnde siquis. ff. de inoffi. testa. & in .l. plane. §. si duobus. ff. de lega. j. vbi etiam per Areti. & alios per Pau. de cast. in .l. huiusmodi. §. si titio eo. tit. vbi etiam per Jas. per rom. in .l. j. C. quando non pet. part. per Bal. & alios in auct. nouissima. C. de inoffic. test. per Cardi. in consi. clj. In omnibus suis bonis, & alibi sepe per alios Doct. vt per patruum, & dominum meum Soci. in consi. cclxxxviij. circa primā. q. col. xiij. In proposi
1 to enim casu talis disputatio non est necessaria † quia cum ex .d. testatore non remanserint, nisi duo filij, vz Nico. & Anna, siue Anna (per statutum exclusa) connumeretur, siue non nunquam legitima erit supra tertiā partem iuxta. §. j. in auct. de trien. & semis. col. iij. & auc. nouissima. C. de inoffi. test. esset autem vtilis illa discussio, quando filij vocati essent quatuor aut pauciores, & connumeratis filiabus exclusis essent quinque, aut plures, vt per Docto. in locis preallegatis.
2 ¶ † Solum itaque in casu isto videndum est, vtrum, & quomodo predicta Anna per statutum exclusa ab vniuersali successione, & etiam per testatorem faciat partem predicto Nico. fratri eius, & vniuersaliter instituto quo ad legitimā, hoc est vtrum legitima predicti Nico. que est triens, consideretur respectu totius hereditatis, Non considerata persona .d. Anne exclusę, an vero etiam ipsa Anna consideretur. ¶ Et etiam, que consideratio haberi debeat illorū ducatorum .300. ipsi Anne in testamento patris relictorum. Et licet super hoc puncto varij varia sentiant, tamen reperio in eo .iij. principales opiniones. ¶ † Prima est, quod quā
3 filia excludit ab vniuersali successione aliquo tamen ei preseruato faciat partē in lria pinde, ac si nō esset exclusa, & ac si ltiam suā integrā haberet, ita quod ltia masculi succedētis ex eo nō fiat maior, quam si femina succederet, ita voluerūt Bal. & Imo. in .l. huiusmodi. §. si titio, el primo p illū tex. ff. de lega. i. & Bal. in consi. ccccxcviij. factum super quo consilium petit. j. vol. & hāc opi. plerique alij in varijs locis secuti sunt, quos grā breuitatis nō refero, & fm istā opi. ltia pdicti Nico. diceret triēs semissis, & sic tertia pars dimidie partis hereditatis, & consequenter sexta pars totius hereditatis.
4 ¶ † Sed ista opinio non est vera, & communiter reprobatur. Et primo quia regula est, quod persona, quę ad partē nō admittitur partē alteri admisso nō facit, si put nō admittit, ita nō speratur quod admittatur .l. plane la. j. §. si duobus. ff. de leg. i. & dicit Bar. in. §. si cōiuncti ea .l. & in .d. §. si titio, & ita i pposito tradit patruus, & dn̄s meus Soc. in cōsi. lxxxiiij. visa pdicta facti narratione. vj. col. versi. v. vltra cū. Cū igit in pposito ista Anna ita fuerit exclusa per statutū vt pbabili spe non speraret admitti, sequitur quod nō pōt facere partē. ¶ Scdo cōtra opi. & sic, quod ltia filij succedētis sit maior pp exclusionem
5 filie, facit † qa filia p statutū exclusa desinit esse sua, vt declarat Bar. in .l. j. §. sciēdū. ff. de suis & legi. & .d. meus Soc. in cōsi. lxvij. in pnti consultatione. iij. col. versi. sed ad istā rōnē. iiij. vol. & hinc est, quod non potest venire cōtra testm̄ et quod esset p
6 terita † qa nō admittit ad rūpendū, nisi quod ab intestato, succederet .l. posthumos. §. si qs ex his. ff. de inoff. te. & notat p Bar. & Bal. in .l. gallus. §. & q si tm̄. ff. de liber. & posth. & ita in terminis declarat Bal. post Ray. de forli. in .l. si qs posthumos. §. i. co. ti. & plene scribit Imo. in .l. ei, q soluendo. ij. col. ff. de here. insti. in versi. circa primū, si ergo desinit eē sua nō debet sibi legitima, & solus filius remanet, cui debeat, & qui in solidum succedat, & sic ei filia nō facit partē,
7 vt declarat Soc. i .d. consi. lxvij. ¶ Tertio facit † quia filia per statutum exclusa dicitur haberi pro extraneo, & pinde, ac si in rerum natura nō esset, vt voluit Bal. in .l. gallus. §. & qd si tantum. ff. de liber. & posth. Bal. Ang. & Fulgo. i .l. Papinianus. §. vnde siquis. ff. de inoffi. tes. & Imo. in .d. l. plane. §. siquis duobus de leg. i. cū concordantibus, vt scribit patruus, quod dominus meus Soci. in consi. cclxxxviij. circa primam. q. col. xiij. versi. hanc etiam partē &c. & in .d. cōsi. lxxxiiij. col. vj. versi. accedat, quia filia. &c. quo stante sequitur, quod non potest facere partem filio succedenti, vt etiam dicunt Doct. in locis predictis. ¶ Quarto comprobatur hoc, nam filia exclusa per statutum a successione dicitur exclusa
8 etiam a legitima, † attento, quod statutum potest tollere legitimam filiabus maxime propter conseruationē agnationis, & familie, deferēdo hereditatem masculis, vt voluerūt Py. & Jo. and. in .c. indultum de reg. iur. li. vj. Alber. in. iiij. parte statutorum. q. ciiij. Bal. in auct. hoc amplius. C. de fidei com. in. xxviij. q. & in .l. si defunctus. C. de suis, & legi. Ange. in .d. §. si duobus, & in .l. pater filium. ff. de inoffi. test. Cy. in .l. sancimus. C. de nupt. Corne. in consi. ccx. in hac cōsultatione. iiij. col. i. vol. & in consi. cl. Circa presentem. ij. & iij. col. ij. vol. & in consi. cl. hanc questionem in fi. j. vol. vbi plurimos allegat, & dicit, quod ita est communis opin. & idem dicit in consi. cvij. in hac consultatione. i. col. ij. vol. vbi etiam plurimos allegat, ita etiam voluit Alexan. in consi. iij. circa premissam. ij. col. vij. vol. & patruus, & dominus meus Soci. in consi. xxxv. visa narratione. ij. col. in fi. & in cōsi. cxxvij. recte, & iuste. ij. col. iiij. vol. qui etiam dicunt, quod ita est communis opinio. quod etiam tenuit Jas. in .l. si quādo. §. fi. ff. de inoffic. testa. & alibi sepe ita etiam tradit Excel. Jure consultus & compater meus honorandus dominus Phylip. deci. in consi. xix. & pro tenui facultate. v. col. sic etiā firmauit dominus Jo. Jac. in titulo de conditione ex lege pro legitima filio debita, vt refert, & sequitur Henric. boich. in singularibus suis in verbo statutum. ¶ Et licet circa hoc posset dubitari, quando statutum simpliciter excluderet a successione & vltra non procederet, vtrum scilicet tunc statutum voluerit etiam a legitima excludere, vel ne. per ea, quę tradūt dominus Jo. Bap. caccialup. de sancto seuerino, & patruus meus Soc. in eorum consili. quod incipit & nos introducere dignetur in tertia colum. cum pluribus sequentibus, & reperitur inter consilia Soci. numero. cl. tamen in proposito casu non videtur aliqua dubitatio cum de mente statuti clare appareat, dum dicitur in eo, quod filia debet esse contenta eo, quod a patre sibi relinquitur, & amplius quicquid

de eius

de eius hereditate petere non possit, ⁊ consequenter patet,
9 ꝙ etiam a legitima statutum voluit eam excludere.† Nam
cum verba sint satis clara, non est locus interpretationi. l. il
le, aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. iij. in incertis enim non
certis locus est coniecturis. l. continuus. §. cū ita. ff. de ver.
oblig. ❡ Si igitur filia sic per statutum exclusa etiam a le-
gitima dicitur exclusa, non video, quomodo in ea possit fa
cere partem filio succedenti, debet ergo dici, ⁊ concludi, ꝙ
legitima filij non exclusi perinde debeat considerari, ac si fi-
lia exclusa in rerum natura non sit, cum quantum pertinet
ad legitimam, illa dicatur exclusa, ⁊ filius vniuersaliter suc
10 cedat. ❡ Preterea ⁊ quinto, ⁊ concludenter facit† nam
legitima dicitur quota illius portionis bonorum, quam qs
ab intestato esset ꝯsecuturus, ⁊ ita a causa intestati sumit ini
tium, ⁊ ab illa regulatur. glo. est notabilis que per illū tex.
ita vult in. l. papinianus. §. vnde siquis. ff. de inoffi. testa. fa-
cit. l. posthumus. §. i. eo. titu. ⁊. l. cum queritur, ⁊. l. parenti
bus. C. eo. titu. cum similibus, ⁊ notat Areti. in. l. neptem,
C. eo. titu. ⁊ Corne. in. l. illud. C. de collat. Et ista in mate-
ria legitime est regula certissima vt vbiqꝫ dicunt Doctores.
11 †Et ideo dicimus, ꝙ legitima non debetur, nisi his, qui ab
intestato veniunt, vt tradunt Docto. in auct. nouissima. C.
de inoffic. testa. ⁊ in. d. l. Papinianus. §. quarta, ⁊. §. siqs
mortis, ⁊ alibi sepissime facit. §. i. in aucten. de trien. ⁊ se-
mis. col. tertia, ⁊ declarat Ang. in consil. ci. statuto cauetur
circa fi. ⁊ Cuma. in consi. xxxv. stāte statuto vicentie, ⁊ tra
dit Curt. senior in consi. xiij. statuto ianue colum. vj. versic.
adde, ꝙ legitima ⁊c. ⁊ in consi. xxxv. statuto seu in capitu-
lis col. viij. versi. legitima enim non debetur, nisi ⁊c. sed ita
est, ꝙ exclusa filia masculus nō exclusus ab intestato vniuer
saliter succederet, ergo sequitur necessario, ꝙ eius legitima
debet esse tertia pars omnium bonorum vniuersaliter, cum
in omnibus ab intestato succederet, ex quo manifeste osten
ditur, ꝙ filia exclusa non dicitur ei facere partem aliquam
in legitima, ⁊ consequentur, ꝙ ista prima opinio est omni-
no falsa, nam si filia faceret partem, ⁊ sic legitima filij esset
tantum tertia dimidie portionis, vt vult ista opinio. seque-
retur, ꝙ filius non exclusus non haberet pro sua legitima
tertiam partem eius, quod ab intestato esset habiturus, sed
haberet duntaxat sextam partem, quod nullo modo est di
cendum per predicta. ❡ Ex his (pluribus, que dici possent
gratia breuitatis dimissis) concluditur istam primam opi-
nionem non esse veram, ⁊ sic contra eam sequitur. ꝙ legiti-
ma filij non exclusi p exclusionē filie augeť. ❡ Nō ob. d. l.
huiusmodi. §. si titio, in quo illa prima opinio fundari vř
12 vt. s. dicebam. ❡ † Quoniam primo respondetur secūdum
Bar. ibi, ⁊ in. d. §. si duobus, ꝙ ille tex. procedit ratione re
tentionis, que illi titio domino serui legati pro sua parte cō
petebat, licet enim non admittatur ille ad partem legati,
quia res sua nemini legari potest, vt. l. proprias. C. de lega.
tamen facit partem conlegatario, quoniam habet in
parte sua ius retentionis, ⁊ ita intelligit ibi Bar. ⁊ sic sum-
mat illum tex. ⁊ alij Docto. videntur sequi, vt ibi per Jas. in
summario, ⁊ in primo. not. non sic est in proposito, quia fi-
lia per statutum exclusa, ⁊ sic que ad partem legitime nō ad
mittitur, vt. s. est dictum, non dicitur habere in ea aliquid
ius retentionis. ❡ Secundo etiam responderi potest, ꝙ il
le tex. loquitur in casu, quo cōstabat testatorē voluisse apud
quemlibet esse partem vnde licet apud titium esse non pos-
sit ex causa legati, cum rei legate esset dominus, tamē pars
apud eum remanebit suo iure retenta, ⁊ ita alter legatarius
solam partem habebit, vt sic voto testātis satisfiat iuxta. l.
in conditionibus primum locum. ff. de condit. ⁊ demonstr.
⁊. l. ex facto la grande circa medium cum similibus. ff. de
de hered. institu. at in proposito contrarium ex mente statu
ti feminam excludentis apparet, cum enim illam excludit,
⁊ filium vniuersaliter vocat, satis aperte cognoscitur, ꝙ ei
per filiam non debet fieri pars in legitima, attento, ꝙ lex il
lam solum defert ratione iuris succedendi ab intestato, vt ē
dictum, ⁊ ista solutio colligitur ex solutione Rapha. cu-
ma. in. d. §. si titio, quando respondet ad. d. §. si duobus.
❡ Et quamquam quo ad contrarietatem illorum iurium
illa solutio patiatur difficultatem, ⁊ forte non sit tuta, vt p
Jas. in. d. §. si duobus in tertia. colum. tamen quantum per-
tinet ad propositum nostrum optime videtur procedere, vt
13 ex predictis constat. ❡ † Tertio etiam respōderi potest, ꝙ
ille tex. loquitur in legato, de quo ad legitimam non valet
argumentum propter multas difformitates, ⁊ maxime qa
in legitima consideratur inter filios coniunctio sanguinis,
⁊ ista solutio colligiť ex dictis domini Alex. in. d. §. si duo-
bus. iiij. col. prope fi. dum refert responsionem Bal. ⁊ An
ge. ad. l. ⁊ proculo. ff. de lega. secundo, in ipsa enim legitima
dicitur habere locum ius accrescendi secundum magis cō-
munem opin. vt ibi refert Alexan. vnde esto, ꝙ aliquo mo-
do persona filie excluse circa legitimam veniret consideran
da, puta, quia etiam ei de iure communi debetur, tamen cū
in eius persona ex dispositione statuti illam excludentis de
ficiat, vt. s. est dictum dicitur accrescere filio non excluso, ⁊
sic eius legitima fit pinguior. ❡ Alia, ⁊ secunda opin. est,
ꝙ filius non exclusus habeat pro sua legitima tertiam par-
tem omnium bonorum, computando tamen in eam totum
id, quod filie excluse esset per statutum reseruatum, vel ei a
patre relictum, eo etiam per prius in computatione bonoꝝ
connumerato, vt sic maior fiat legitima, ⁊ sit exemplum si
in hereditate (ere alieno deducto) sint. xxx. ⁊ ex his tria sint
relicta filie excluse, vel eidem per statutum reseruata, legiti-
ma filij non exclusi erit in. x. ⁊ sic in tertia parte omnium bo
norum, in eam tamen computabuntur illa tria, que filie ex-
cluse debentur, ⁊ sic in effectu filia exclusa faciet partem nō
excluso pro illis tribus, quoniam nō exclusus tanto minus
habebit pro sua legitima, istam opin. firmat Pau. de cast.
in consi. cclj. alias. ccxxxiiij. quoniam fundamentum, ⁊ in.
d. l. huiusmodi. §. si titio de leg. j. cuma. in consil. xlv. stante
statuto Vicentie, ⁊ Corn. sequi videtur in consi. cxcvij. cir-
ca primum secunda, ⁊ tertia. col. j. vol. licet nō clare firmet,
idem etiam tenuerunt plures alij solemnes Doctores vt p
Corn. ibi, ⁊ per patruum, ⁊. d. meum Soci. in consil. lxxxij.
in causa vertente col. fi. quarto. vol. ⁊ per eundem, ⁊ p Jo.
Bapt. caccialupum in quodam eorum consilio, super pre-
missis questionibus. ij. col. quod reperitur impressum inter
lecturas domini mei Soci. post titulum. ff. de except. rei iu-
di. ❡ Et ista opinio pluribus rationibus fundari posset, ⁊
plurimum habet equitatis, vt per doct. in locis predictis.
❡ Quod pro nunc non aliter prosequar studendo breuita-
ti, sed per eos videndū est, ⁊ plene etiam tradit insignis do-
cto. d. Alber. Brun. in tract. de statut. feminas exclud.
in. xiij. articulo. in. iij. q. ij. col. in versicu. quo ad secundā cō-
siderationem, ⁊ secundum hanc opinionem in proposito ca
su legitima predicti Nico. diceretur esse tertia pars omniū
bonorum, ere alieno deducto, ⁊ in. d. tertiam partem com-
putarentur illi ducati. 3000. qui ipsi Anne per testatorem
fuerunt relicti. ❡ Tertia ⁊ vltia opinio principalis in hac
materia est, ꝙ filia exclusa nullo modo, vel respectu faciat
partem non excluso filio, ⁊ ratione dotis, vel eius quod si-
bi per statutum reseruatur aut per patreꝫ relinquitur, ⁊ in
hoc vltio differt ista opinio a precedenti. ❡ Eo etiam ad-
dito, ꝙ illud quod per statutum reseruatur, vel relinquitur,
non connumeratur in vniuersitate bonoꝝ, sed velut quod
dam es alienum detrahitur, ⁊ sic in effectu secundum hanc
opinionem, prius ex hereditate detrahitur es alienum, ⁊ si-
mul etiam dos filie excluse, vel ꝙ ei per statutum reseruať,
aut per patrem relinquitur, ⁊ postea eius totius, quod re-
manet, tertia portio dicitur legitima filij non exclusi, ⁊ con-
sequenter retinendo exemplum, de quo in precedenti opin.
vꝫ ꝙ in bonis sint. xxx. ⁊ tria sint filie excluse relicta, prius
detrahentur illa tria, velut es alienum, ⁊ reliqui postea qđ
erit in. xxvij. tertia pars ⁊ sic. ix. erit legitima filij non exclu
si. ❡ Et huius opinionis solidissimum fundamentum est
quia legitima diciť quota eius, quod quis ab intestato eēt
habiturus, vt. s. dixi in vltia ratiōe contra primam opinio-
nem. Unde cum in exemplo predicto filius esset habitur
xxvij. sequitur, ꝙ pro sua legitima, vt dixi, debet habere. ix.
que sunt tertia pars illoꝝ. xxvij. ❡ Hāc opi. tenuit Bal.
sibi contrarius. in. l. papinianus. §. vnde siquis. ff. de inoffi.
test. vbi idem tenent Ang. ⁊ fulgo. Ang. ⁊ Jmo. s. d. l. pla
ne. §. si duobus de leg. i. Ang. in. l. vnica. §. in primo in fin.
.C. de caduc. tol. ⁊ in auct. nouissima. in. vij. q. C. de inoffic.
test. ⁊ in consi. ccxcix. punctus talis est statuto ciuitatis co-

tone, Rapha. cuma. in d. l. huiusmodi. §. si titio de leg. j. & in consi. xxxv. stante statuto Vincentie, & secundum hanc opin. consuluerunt Pet. de anca. & Saly. prout referunt predicti dominus Jo. Bapt. caccialup. & d. meus Soc. in d. eorum consilio, super premissis quest. col. fina. qui etiam referunt, ꝙ ita consuluit Alex. & plures alij, & tandem, ꝙ ita determinauit sacratissimum collegium. U. J. doctorum paduani Gymnasij in eius consilio incip. factum super quo consilium petitur edito tempore, quo erat prior. d. collegij clarissimus doctor. d. Prosdocimus de comitibus, vt per eos, sic etiam determinat Cardin. in consi. clj. s. in prin. allegato. ¶ Et licet quelibet istarum vltimarum opinionum bonis rationibus, & auctoritatibus fundetur, & facile defendi possit, tamen ista tertia opinio videtur in puncto iuris verior, attenta ratione preallegata si enim legitima debet esse tertia pars eius, quod filius non exclusus ab intestato esset habiturus, vt. s. est dictum, oportet fateri, ꝙ in computatione legitime, prout. s. dixi, detrahetur prius, quod filie est datum, & eius, quod superest tertia pars sit legitima filij, attento, ꝙ ab intestato in illud totum, quod superest, succederet.

14 ¶ † Facit etiam, quia cum statutum excludat filiam ad commodum filij, ipse debet habere illius excluse portionem, & sic eius legitima erit in tertia totius, vt dixi, pro quo est doctrina Bar. post Cy. in l. pater filium mihi. in v. colum. ff. de inoffic. testa. in versiculo tertio quero &c. dum dicit, ꝙ filij instituti habebunt legitimam etiam filij exheredati, cum ille dicatur exheredatus ad eorum commodum, vt p Bar. ibi, ꝙ in hoc communiter approbatur, & sic Bar. ibi si recte consideretur, videtur sentire hanc tertiam opin. Et sicut ipsa de iure videtur verior per predicta, ita etiam est hodie communis, nam vltra predicta eam tenuit Pau. de castro consi. ccliiij. quoniam fundamentum. ij. colum. versicu. restat enim expedire, Alexan. in d. l. planc. §. si duobus in fi. patruus. & d. meus Soci in d. consi. cl. col. xij. & Alex. in consi. xxx. viso testamento in fi. lib. iiij. & videtur velle roma. in l. j. colum. penu. C. quando non pet. part. versicu. vnde pro solutione, & tenuit Areti. in consi. xix. ex facto proponitur in primo dubio, vbi vult, ꝙ si per statutum filia dotata non succedit, legitima filij dicitur tertia totius patrimonij, vt per eum eam etiam videtur sequi Corn. in consi. xlviij. de pluribus in hac, seu in eius additione in fi. ij. volum. vbi refert predictas tres opiniones & videtur tertie vltimo per eum relate inherere, quam expresse sequitur in consil. cxcix. in hac consultatione. j. & . ij. col. iij. vol. dicens, ꝙ ista opinio est communis, & tenenda hanc eandem opin. secutus est patruus, & d. meus Soci. in d. consi. lxxxiiij. dicens, ꝙ est opinio probabilior, & communis, & in d. consil. cclxxxviij. vbi dicit, ꝙ secundum eam pluries consuluit, & aliquando iudicauit, & ꝙ sepe per maximos doc. vidit consultum. Item etiam in preallegatis consilijs. xxxv. & . lxvij. & . cxxvij. in iiij. vol. & clare in consi. lxxxij. eo. vol. s. allegato in fi. vbi relatis predictis tribus opinionibus dicit, ꝙ ista tertia opi. put alias sibi placuit. & secundum eam iudicauit, ita etiam tunc ei placet, & cum eadem opinione videtur transire dominus Jas. in d. §. si titio, & alias secundum istam opi. fuit iudicatum per insignem Juris consultum & aliquando preceptorem meum dominum campeggium, seu de eius consilio per illustrissimum dominum Joan. Jacobum triultium in magna causa in ciuitate astensi, vbi tunc locum regis tenebat, prout refert, & sequitur dominus Alber. Brun. in d. tract. de statu. feminas exclud. in. xiij. articulo. in. iij. q. iiij. colum. vbi subdit, ꝙ licet. ij. opin. de qua. s. videatur equior, tamen ista tertia dicitur de iure verior, & communis, & ideo in iudicando est tenenda, quam etiam sequitur, si recte consideretur. excellentissimus deci. in consi. ccciij. in casu occurrenti in fine. & secundum istam opinionem isto casu detractis. 3000. ducatis vna cum ceteris oneribus hereditarijs eius, quod superest, tertia pars dicitur legitima predicti Nico. ¶ Et multo magis, & absque dubio ista tertia opinio debet attendi in casu nostro ex duobus. Primo, quia vt dixi, sumus in casu, quo filia per statutum excluditur ad commodum masculorum, & in occurrenti casu non adest alia persona, cui portio excluse in totum, vel in partem possit applicari preter ipsum filium, cuius contemplatione filia dicitur exclusa, nam istis concurrentibus dicitur femina exclusa considerabilis, vel non, secundum ꝙ redundat in commodum masculorum, quorum contemplatione excluditur, & ideo faceret partem, seu consideraretur ad augendum numerum filiorum, vt sic legitima dicatur in semisse, si tot filij adessent, & non faceret partem, neque consideraretur postea ad damnum filiorum, & sic quo ad hoc, vt masculi non habeant legitimam totius patrimonij, quoniam femina exclusa non obstante tertia pars totius patrimonij erit legitima masculorum, & sic

15 in proposito nostro ipsius Nico. vt dictum est. † Omne enim & totum illud, quod filie excluse aufertur, dicitur acquisitum masculo non excluso, vt eleganter voluit dominus Marianus Soci. auus (cuius nudum nomen ego represento) in consi. v. presens consultatio per totum, vbi per hoc facit. xij. fundamenta, & magis ad propositum ita determinat patruus & dominus meus Soci. in d. consi. lxxxiiij. iiij. col. qui etiam idem voluit in consi. ccxli. circa primam difficultatem col. xij. versiculo tertium, & vltimum quod est presupponendum, & ita etiam voluit Jas. in l. seruo legato. §. si testatore. ff. de leg. j. & predictus. d. Alber. brun. in d. iij. q. vj. col. versiculo alia, & tertia opin. est, vbi plene hunc punctum declarat iunctis aliquibus precedentibus, & post predictorum allegationem subdit. ꝙ ista opin. est verior, & communis, & ideo est tenenda per iura vulgaria. ¶ Secundo dico predicta sine dubio procedere in casu nostro propter communem stilum, & vsum semper obseruatum in ciuitate Verone, nam (vt mihi narratur) communiter obseruatur, ꝙ legitima masculorum sit tertia portio eius patrimonij, quod remanet deducto ere alieno, & simul eo, quod filiabus exclusis dandum est ex ordine testatoris, vel eo non disponente ex forma statutorum. d. ciuitatis, si tunc filia dotem non habuisset stante enim hac consuetudine, & communi, & longo vsu, casus noster est procul ab omni dubitatione

16 † cum ex d. consuetudine, & communi vsu assumatur interpretatio legum, & statutorum. d. ciuitatis, vt. l. si de interpretatione. ff. de legi. & c. cum dilectus de consuetu. vbi Cardi. in. v. not. & Abb. in. vij. & alij notant, tradit Bal. in consi. clix. viso puncto in fin. dominus meus Soci. in consi. ccix. licet nulla col. fi. versic.

ne.iiij.⁊.v.⁊.vj.col.ij.vol.vnde cum in testamento, de quo agitur, non reperiatur aliquis simpliciter, aut vniuersaliter institutus, sequitur, ꝙ instituti in rebus certis, habētur pro vniuersaliter institutis, ⁊ ita eo modo testamentum validū conseruatur. ¶ Non ob. modo allegata in contrarium, q: clara est responsio, ꝙ nō sumus in casu statuti, loquitur eniꝫ statutuꝫ de muliere superstite viro decedente sine liberis ex eo. at domina Magdalena. ex. d. viro liberos habebat, merito sumus extra casuꝫ statuti. † Et cum statutū illud dans lucruꝫ dimidie partis dotis marito auferat illā heredibus mulieris, ⁊ ipsi mulieri auferat facultatem de illa dimidia disponendi, dicitur exorbitans, ⁊ contra regulas iuris communis, vt est notissimum merito debet stricte in casu tantuꝫ in quo loquitur intelligi, ⁊ non trahi ad alium casum iuxta tradita per doc. in. l. si vero. §. de viro. ff. sol. matr. in. l. ij. C. de noxal. ⁊ in. c. cū dileti de consuetu. cum similibus, ⁊ est hoc commune, ⁊ tritissimum dictum apud nostros doctores. ¶ Et dum dicebatur, ꝙ saltēꝫ isto casu habet locū mens, ⁊ sententia statuentiū per allegata supra in contrarium respondetur, ꝙ hoc non est verum, nec iure aliquo admittendum, † ⁊ rem hanc declarando fateri possum, ꝙ statutum loquitur tantum de muliere decedente sine liberis. ⁊ non si liberi extent, q: liberis extantibus verosimiliter ad eos dos, ⁊ hereditas matris peruentura est qui dicuntur prima causa successionis ab intestato, vt insti. de heredi. q̄ ab intesta. defer. post prin. in auc. in successione. C. de suis ⁊ legi. ⁊ in corpore vnde sumitur cum similibus, ⁊ ita etiam per filios postea ad superstitem mārituꝫ saltē respectu vsusfructus, vt in argumento dicebatur, † qd̄ tn̄ non est semper considerabile, puta si filij essent emancipati, per quos patri nihil queritur, vt est clarum vel etiam si mater ei sic reliquisset, vt patri vsufructus non acquiratur, iuxta auc. accipitur ⁊ in corpore vnde sumitur C. de bonis que liberis. Ex hoc tamen (ēt in casibus, quibus per filios posset p̄ri aliqd acqri) non est inferendum aliquo modo statuentes aliquid dispositiue voluisse queri ipsi marito, nec etiam filijs. † Marito non, q: (vt est dictum) ipse solum vocatur, si vxor, sine liberis decedat, vnde illis existentibus, ⁊ ita conditione, sub qua maritus vocatur, deficiente, non potest habere locum vocatio mariti seu statuti dispositio. l. qui heredi, ⁊. l. meuius, ⁊ per totum titulum. ff. de condi. ⁊ demon. ⁊ maxime cum ista dispositio sit exorbitans, ⁊ cōtra regulas iuris cōmunis, vt. s̄. dictum fuit. † filijs similiter nō, q: cū per statum ponantur simpliciter in conditione non censentur positi in dispositione iuxta regulam. l. si qs sub conditione dandorum decem. ff. si quis omis. cā test. ⁊ in simili depositis filijs in conditione per testatorem, ꝙ non dicātur vocati dispositiue, seu vt vulgo dicitur non dicantur positi in dispositione. Notatur per gl. Bart. Bald. Ange. Jmo. ⁊ Cuma. ⁊ fere omnes in. l. lucius la. ij. ff. de here. insti. ⁊ in. l. ex fcō. §. ex fcō. ff. ad trebel. vbi ēt per doc. magis cōiter, vt ibi tradit Alex, qui dicit hanc opi. esse cōmunem, q̄ꝫ ipse plene defensauit in consi. clxxv. viso titulo questionis. ij. vol. quam etiam attestantur cōmunem Corne. in. l. j. C. de condit. inser. ⁊ in ꝯsi. j. in presenti ardua. x. col. ⁊ seq. iij. vol. dominus meus Soci. in consi. lxxij. capiendo primuꝫ. viij. col. quarto vol. ⁊ in consilio. lxv. viso capitulo in principio tertio volu. ⁊ in. l. cum auus colū. mihi. lxxj. cum duabus sequenti. ff. de conditio. ⁊ demon. Curt. in consil. xlij. testator Augustinus. vij. ⁊. viij. col. ⁊ Deci. in consi. ccccxxij. ⁊ pro renui in prin. ⁊ in consi. ccxcj. visis, ⁊ diligenter in fi. cum multis alijs ꝯcordantibus, quos referre longū esset. Nihil igitur voluit statutū disponere de dote mulieris predecedētis cum liberis, nec in fauorem mariti, nec liberorum, sed casum dimisit in dispositione iuris communis. ¶ Bene verum est, ꝙ dici potest statuentes verosimiliter considerasse dotem mulieris ad liberos peruenturam, vt dixi, ⁊ prout ab intestato illi essent successuri, ⁊ tale ius ab intestato succedendi eis dicuntur statuentes reseruasse, prout ēt de testatore ponente filios in conditione notatur ⁊ concluditur per doct. in. d. l. lutius. que reseruatio censetur facta cum verosimili quadam opinione ꝙ etiam ex testō vocabuntur, in hoc tn̄ noluerunt statuentes quicq̄ꝫ disponere, sed de eoꝝ ꝯfidentes in materna affectione voluerunt casuꝫ relinquere in dispositione iuris cōmunis, ⁊ ita mulieri liberos habenti relinquere liberam facultatem testandi, saluo tamen iure filijs debito, prout regulariter alij parentes habent vnde cum in proposito domina Magdalena ius debitum filijs. i. eorum legittimam eis reliquerit, non video, cur dispositio eius testamētaria in totum nō subsistat. ¶ † Nec quicq̄ꝫ facit consideratio illa, ꝙ marito deferatur lucrum dotis propter onera, que maiora videntur, quando liberos habent. Quoniam primo dici potest ꝙ illa ratio oneruꝫ matrimoni potest reddi dubia, ita vt ab ea non valeat argumentuꝫ vt eleganter tradit patruus, ⁊ dominus meus Socin. in. l. cui fuerit col. fi. ff. de condi. ⁊ demon. ¶ Secundo etiam dico (posito, ꝙ illa fuerit ratio) ꝙ ex illa non est arguendum contra claram mentem statuentium, qui restringentes eorum dispositionem ad conditionem non existentium liberorum apertissime noluerunt illam habere locum liberis extantibus, ⁊ sic conditione illa deficiente, sed eo casu oneribus matrimonij satisfactum voluerunt ex confidentia statuentium in materna affectione erga filios, ⁊ in vero simili spe, ꝙ dos mr̄na ad eos perueniat ab intestato, vel ex testamento, ⁊ per eos postea ad patrem superstitem secundum ꝙ supra declaratum fuit. ¶ Et ex his sit firma, ⁊ indubita conclusio testamentariaꝫ dispositionē domine Magdalene in totuꝫ valere non obstantibus predictis statu. q: non sumus in casu, in quo marito superuiuenti aliquid lucrum dotis deferatur per predicta.

16 ¶ † Bene veruꝫ est, ꝙ vbi essemus in casu delati lucri per statutum dici posset, ꝙ maritus superuiuens illud perdidisset propter eius vitam toro maritali non conuenienteꝫ, ⁊ propter separationem tori inter ipsum, ⁊ dictam dominam Magdalenā factam ꝑ multos annos ex culpa ipsius mariti vt mihi in facto narratur super his tn̄ nō puto insistēdum esse, q: necessaria non sunt, cū vt dixi, simus extra casum statuti lucrum illud deferentis. Laus Deo.

Mar. Soci. iunior Padue legens,

SVMMARIVM.

¶ Dies ēt ꝑ interpretationē apposita interpellat ꝓ hoie.
¶ Exceptio rei iudicate quando debeat obesse.

1 Argumentum valet a voluntate contrahentium in interpretandis contractibus.
2 Dies etiaꝫ per interpretationem apposita interpellat pro homine.
3 Exceptio rei iudicate obstat, quando inter cetera requisita adsit idētitas cause.
4 Discussio facta in iudicio super vno, licet sententia sit generalis non impeditur super alio iudicium nouum.

CONSILIVM XXVIII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis ⁊ iustitie. Viso eleganti ꝯsilio Clarissimi dn̄i Francisci curtij mihi vti patris semp honorandi cū subscriptione excellentissimi. d. Petri pauli Parisij college mei honorādi, omnibusq̄ꝫ in facto ꝯtingētibus (ꝑut mihi presuponūtur) bene animaduersis, placet ēt mihi conclusio ꝑ ipsum excellētissimū cōsultorē firmata in vtroq̄ꝫ capite. Nam cum promittens vendere in effectu promiserit, ꝙ domini directi bonorum emphiteoticorum in promissione de vendendo comprehensorum consentiēt, aut saltem precedente legitima intimatione habebunt pro cōsentientibus, ⁊ ēt promiserit sic facere venditionem, vt emptor gaudeat beneficio statuti Papiensis, quod quidē omnino requirit venditionem fieri infra annum debebat facere, ꝙ infra illum annum consensus predictus interponeretur, vt sic infra annum posset dici facta. d. venditio, ⁊ ita venditor beneficio statuti gaudere potuisset, ⁊ ad hunc sensum pacta ⁊ ꝯuentiones predicte redigi debēt, tum q: verba recte intellecta sic important, † tum etiaꝫ quia talis
1 fuit verosimiliter cōtrahentium voluntas, a qua in interpretandis contractibus valet argumentum, vt. l. semp in stipulationibus

stipulationibus cum similib. ff. de reg. iur. ¶ Et cum in effectu (vt est dictum) ista promissio dicatur habere tempus anni, non fuit opus, quod emptor aliter interpellaret, quia (vt et dominus consultor dicit) dies interpellat pro homine. l. ma
2 gnam. C. de contrahen. et commit. stipu. † et illa regula procedit et si dies per interpretationem censeatur appositus, vt est casus noster, prout recte intuenti post Cuma. voluit Alex. in l. ita stipulatus la gran. col. viij. versi. in ea ibi. l. de die. ff. de verbo. oblig. et ibi ego dixi in repetitione mea in. xxij. colū. Licet etiam ex alio predicta interpellatio non esset necessaria, vt per consultorem deducitur. Unde cum venditor predictus quod promiserit non seruauerit, et ita venditio secundum formam statuti papiensis effectum sortiri non potuerit, et consequenter emptor statutorum beneficio gaudere nō possit, debet merito licere excellentissimo domino Matheo emptori a contractu recedere, prout ei ex conuentione particulariter permissum fuit, vt mihi in facto presupponitur, et prout hec plene per Clarissimum consultorem deducta sunt, et quidem ita abunde, vt additioni locus non
3 sit relictus. ¶ Nec istis obstat sententia iam lata † quia exceptio rei iudicate tunc demum obstat, quando inter cetera requisita adsit idētitas cause. l. cum queritur, cum. l. sequē. et sequen. ff. de excep. rei iudica. vbi per omnes docto. sed alia causa nunc proponitur, et alia in primo iudicio fuit ventilata, merito sequitur, quod talis exceptio in proposito non de
4 bet obesse, † quando enim in iudicio tantum super vno est facta discussio etiam quod sententia esset generalis, non impeditur super alio nouum iudicium, vt. l. licet. C. de iudici. et ibi per doc. maxime Alex. et plene supra per excellentissimum consultorem dictum fuit, et hec circa primum caput. ¶ Circa secundum similiter veram arbitror conclusionem clarissimi consultoris, videlicet quod deterioratio spectet ad venditorem, prout alias non multis diebus elapsis in quadam mea subscriptione super hoc firmaui, ad quam gratia breuitatis nunc me remitto maxime cum vberime omnia per clarissimum consultorem deducta, et allegata sint. Laus Deo Optimo Maximo.

Socinus nepos, Padue legens.

CASVS

¶ Antonius. q. Francisci de planerijs Brixiensis decessit intestatus superstite sibi Agnesina filia dñici fratris predefuncti nupta et dotata. Item etiā superstitibus egidio Petro, et Joāne fratribus, et filijs. q. Ludouici fratris patruelis. d. Antonij, similiter etiā Mapheo filio. q. Francisci alterius patruelis eiusdem Antonij sic intestati defuncti.
¶ Dubitatur de bonis eius, quos. s. ex pdictis ad ea admittatur.
¶ Et in specie queritur de duobus, stantibus statutis ciuitatis Brixie, quorum copia transmittitur.
¶ Primo vtrum bona. d. Antonij iure successionis pertineant ad predictam Agnesinam vti proximior est in gradu, an vero (ea tanquam femina exclusa) ad predictos filios patruelium velut ad proximiores agnatos.
¶ Secundo posito, quod ad predictos agnatos pertineat hereditas. d. Antonij queritur, vtrum illi inter se admittantur in capita, vel in stirpes.

SVMMARIVM

¶ De interpretatione statuti Brixiensis loquentis de successionibus intestatorum.

1 Filia fratris de iure ciuili est in. iij. gradu, filij patruelium in quinto gradu.
2 Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.
3 Statuta disponentia in materia successionum cum sint circa ea, que sunt iuris ciuilis, in loco pro quo facta sunt, omnino sunt seruanda.
4 Inclusio vnius est alterius exclusio, et nu. 10.
5 Filij patruelium de iure communi admitti debent per capita, et non per stirpes.
6 Qualitas apposita in vno capite statuti quando in alio repetita dicatur, et. j. nu. 9.
Et vna pars statuti declarat aliam, vide tamen. j. nu. 11.
7 Statutum Brixie excludens proximiores cognatos et admittens remotiores agnatos est exorbitās a iure communi, ideo stricte interpretari debet vt agnati remotiores succedant per capita secundum regulam iuris cōmunis.
8 Statutorum verba recipiunt interpretationem a iure communi.
12 Testator si in vna substitutione alicui facta dixerit si decesserit sine filijs masculis, et in alia alteri substituendo dixerit, si decesserit sine filijs non subauditur masculis.
13 Generi per speciem derogatur.
14 Soror excluditur per patruos a successione sororis defuncte, secundum statuta Brixie preterquam in bonis maternis.
15 Patruus non debet esse melioris conditionis, quam pater.
16 Mulier si nubat, et omnia bona secū portet, que patiatur maritum administrare sine aliqua mentione et constitutione dotis, non dicitur in illis bonis dotem constituisse, sed sine dote vixisse.
17 Limita, nisi iam habuisset alium virum, cui bona sua in dotē dedisset, quia tunc presumitur secundo viro eandem dotem constituisse.

CONSILIVM XXIX

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, et iustitie. Circa primam dubitationem, videtur primo aspectu dicendum predictam Agnesinam fratris predefuncti filiam omnibus esse preferendam siue ius ciuile Romanorum attendamus, siue etiam ius municipale magnifice Brixiensis ciuitatis. ¶ Et quātum pertinet ad ius ciuile res esset clarissima, quia cum predicto Antonio defuncto intestato de cuius hereditate agitur non supersint descendentes, ascendentes, neque fratres, ista Agnesina fratris filia vti proximior in totum admitti deberet iuxta auct. post fratres la prima, et la secunda. C. de legit. here. et in cor
1 pore vnde sumitur, et vtrobique doc. tradunt. † Est enim domina Agnesina predicta in tertio gradu, vt in. §. iij. gradu insti. de gradi. illi autem filij patruelium sunt in quinto gradu, vt in. §. quinto gradu eodem titulo merito ergo tanquam remotiores debent excludi per Agnesinam, vti proximiorem per. d. auct. post fratres, et hoc non habet difficultatem. ¶ Quantum vero pertinet ad ius municipale in loco seruandum adhuc videtur idem dicendum considerādo, quod in statuto sub rub. quomodo successiones deferātur vbi de materia agitur nunquam fit mentio de filia fratris admittenda, vel excludenda ita vt casus quando superstit filia fra
2 tris videatur a statuto obmissus, † vnde debet remanere in dispositione iuris communis iuxta. l. si extraneus, et ibi tradunt doc. ff. de consti. ob causam, et. l. si cum dotem in prin. ff. soluto matri. et. l. commodissime. ff. de liberis, et posthu. cum similibus, vt tradit patruus, et dominus meus Soci. in consilio. ix. viso statuto secunda colum. iij. vol. et maxime, quia ita cauetur in fine predicti statuti dum dicitur in alijs vero casibus obmissis in presenti statuto succedatur secundum formam iuris ciuilis.
¶ His tamen non obstantibus contrarium de iure est verum, et sic concludendum est Agnesinam predictam omnino excludi ab hereditate, et bonis. d. Antonij, et predictos filios patruelium admittendos esse, vti proximiores agnatos. Et quamuis secundum formā iuris cōmunis predicta Agnesina, vti proximior esset admittenda, vt. s. in contrarium allegabatur. Quod non negatur, tamen ex forma statuti preallegati si recte aduertatur, presens casus clare dicitur resolutus in fauorem filiorum patruelium. d. Antonij ad ex
3 clusionem. d. Agnesine, vt statim ostendā. † Non. n. dubitandum est de validitate, et obseruantia statuti, nam cum sit circa ea, que sunt iuris ciuilis, ea. s. alterādo, et aliter disponendo in materia successionis ab intestato, omnino in loco, pro quo factū est, seruari debet, vt tradit Bar. et sequuntur alij in. l. omnes populi. ff. de iust. et iu. et in. l. cunctos populos. C. de sum. tri. et fide cath. facit. §. sed naturalia in fine, iuncto. §. primo. institu. de iure naturali. et ibi tradunt doctores.

Dico igit, q qn decedit aliqs sine liberis, sine ascedetibus masculis, sine fribus, vel eorū filijs masculis, sine patruis, vel eoꝝ filijs masculis, qui dicunt patrueles, ꝛ p statutū appellantur consanguinei germani, sine matre, vel sorore, ei in totum succedunt proximiores agnati vsq ad sextū gradum, prout clare voluit statutum predictum sub rub. quomodo successiones deferantur prope fin. in vers. deficientibus vero duobus ex. d. gradibus ꝛc. iunctis versiculis precedentibus, nam superius dictū erat, q qn omnes, de quibus. s. deficerent excepta matre, ꝛ sorore, hereditas mortui intestati deberet diuidi in tres partes, quarum vnā haberet mater, aliam soror, aliam vero proximiores agnati vsq ad sextū gradū. Et si ex his tribus gradibus (vz matre, sorore, ꝛ agnati vsq ad sextum gradum) vnus deficeret ad alios duos viriliter tota hereditas deberet peruenire, si vero ex. d. gradibus duo defficerent, ad vnum tantum ex eis q superesset tota hereditas debet peruenire, ꝛ hoc est q dr in. d. ver. deficientibus vero duobus ꝛc. sed sic est, q in presenti casu predicto Antonio sic intestato defuncto, non supersunt aliquę ex personis. s. nominatis, nec mater, aut soror sed tantum predicti Maphęus, Egidius, ꝛ Petrus, ꝛ Joānes filij patrueliū. d. Antonij predefunctorū (qui dicuntur ipsi Antonio agnati vsq ad sextum gradum coniūcti, qr sunt in quinto gradu, vt. s. dicebat, ergo sequit, q ad eos tota hereditas ipsius Antonij peruenire dz ex hoc arbitror esse clarissimum ꝛ procul ab omni dubitatione, cū verba statuti in hoc sint satis clara, ꝛ propterea non instabo vlterius, nec faciam questionem de voluntate statuentiū iuxta. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. iij. sed concludo, vt iam dictum est, ꝛ puto hanc conclusionem indubitatā p pdicta. ¶ Ex qbus clare ɔstat alleg. in ɔtriū nihil obstare, qn dico non esse veꝝ, q casus iste dicatur per statutū obmissus, quinimo dicitur expresse decisus in. d. versi. deficientibus ꝛc. Et licet in statuto non fiat mentio de filia fratris excludenda, tamen ex eo nū sequitur, q in statuto non dicatur hoc prouisum, qn statutū istud procedit per viam admissionis ad successiones ponens. s. personas, quas vult
4 admitti, in quo sentit ꝛ clare vult omnes alias excludi † iuxta regula qua dr admissio vnius est exclusio alterius. l. cū pretor in prin. ff. de iudi. ꝛ. c. non ne extra de presumpt. cum simi. non autē procedit per viam exclusionis, vt scilicet dicat talis persona, ꝛ talis excludatur ꝛc. in quo casu posset procedere, quod. s. dicebatur arguendo in ɔtriū, cum itaq in proposito statutum procedat per viam admissionis, ꝛ dicat agnatos vsq ad sextum gradum admitti, si non supersunt dfuncto persone. s. nominate inter quas nō est filia fratris, sequitur, q eo non obstante isti agnati omnino debent admitti, ꝛ illa in totum excludi. ¶ Circa secundā questionem si attendatur iuris cōis dispositio res caret difficultate
5 † qr clarum est, q predicti filij patruelium defuncti admitti debent per capita, ꝛ non per stirpes, vt est text. apertus in auc. post fratres la. ij. in fi. ꝛ ibi doc. tradunt. C. de leg. here. ¶ Sz difficultas vr oriri pp formā statuti Brixiensis, de quo. s. quo attento vr, q predicti agnati debeāt admitti p stirpes, nā in predicto statuto sub rub. quomodo successiones deferātur pluries dr in pluribus versiculis, q in eis vocati ad successionem veniant per stirpes, ꝛ non per capita, vt in primo versi. in fi. ꝛ in ver. si vero non extarent aliqui ascendentes masculi, sed extarent fratres ꝛc. in fin. ꝛ ēt in ver. seq. similiter in fi. ꝛ idē postea dr prope fi. statuti in versi. nō extantibus, vero aliqbus ex. d. gradibus ꝛc. ¶ Quibus sic stantibus licet in. d. versic. deficientibus vero duobus ꝛc. (in quo defertur hereditas istis agnatis) nihil dicatur, q successio per stirpes fiat, tn vr, q debeat sic declarari, ꝛ subintelligi, vt ēt inter istos agnatos successio p stirpes, ꝛ non per capita diuidi debeat. ¶ Et hoc ex duobus.
6 ¶ † Primo qr qualitas apposita in vno capite statuti dr in alio repetita. l. cum seruus. ff. de condi. instit. ꝛ. l. scie. §. gaio, vbi Bar. ff. de fundo instructo. ¶ Secundo. qr vna pars statuti declarat aliam iuxta doctrinam Bar. in. l. pretor ait. §. eritq differentia. ff. vi bono. rapto. per. l. non est nouum, ꝛ. l. sed ꝛ posteriores. ff. de legi. tradit Cor. in cōsi. clxxxiij. presuponitur statutum. ij. col. ij. vol. ꝛ Deci. in consilio. lxxxj. quoniam iudicantium. iij. col. in fi. cum concor. qui ad hoc allegari possent. ¶ Et maxime hoc videtur dicendum in statuto de quo agitur, attento q in. d. versi. non extantibus vero aliquibus ꝛc. (qr est versiculus penultimus, ꝛ q sequitur immediate post. d. verbū deficientibus vero duobus ꝛc. videtur poni, q succedatur p stirpes simpliciter, ꝛ generaliter sine consideratione alicuius gradus vt sic etiam presens casus comprehendi videatur. ¶ Uerum tamen istis non obstantibus contrarium in proposito de iure verius arbitror, vt scilicet isti agnati, ꝛ filij patrueliū defuncti per capita, ꝛ non per stirpes vocentur, attenta dispositione iuris communis secundum q. s. dictum est, cui iuri cōmuni in casu isto non reperitur in hoc derogatum p statutum predictum, sed casus presens, vel presens difficultas, an scilicet predicti agnati vocentur per stirpes, vel per capita dicitur obmissa per statutum, quia dum de. d. agnatis admittendis loquitur, nihil dicitur, quomodo debeant admitti per capita scilicet vel per stirpes, merito ergo remanet sub dispositione iuris cōmunis per ea, que supra dixi in prima questio. post prin. ꝛ consequenter sequitur, q debet vocari per capita, ꝛ non per stirpes, cum ita de iure cōmu
7 ni caueatur, vt. s. dictum est. † Et presertim hoc dicendum est cum statutum istud sit in se exorbitans a iure cōmuni (dū istos agnatos remotiores admittit exclusa domina Agnesina, ꝛ forsitan alijs proximioribus cognatis) nam ea ratione debet stricte interpretari, ꝛ vt minus ledat ius commune, qz fieri possit iuxta. c. cum dilectus, ꝛ ibi tradunt doct. de consuetu. ꝛ sepissime hoc solent docto. nostri, circa similia statuta dicere, vt tradit Corne. in consi. cxv. in hac consultatione tertia colum. secundo vol. ꝛ in consi. ccxlvij. cōsultus alias. iij. col. iiij. vol. Barba. in ɔsi. l. clemētissimum Deū. ij. col. iiij. vol. Cur. in ɔsi. lxxviij. dña Fracceschina. vj. col. Laur. cal. in cōsi. lxij. Xpi saluatoris. j. col. ꝛ clarius in consi. lxxiiij. qd. d. filiabus. v. ꝛ. vj. col. dominus meus Soci. in consi. ix. viso statuto secunda columna. ꝛ in consi. lxxxj. non est dubium. iij. col. iij. vol. ꝛ Deci. in consi. lij. viso eleganti consilio secunda colum. ꝛ in consi. cxcvi. in casu ppposito secunda colum. cum multis alijs, quos allegare laboriosum esset potius, qz vtile. Itaq cum statutum istud iā ius commune ledat in vno, ne etiam in altero ledat, interpretari debet secundum q supra dictū est, vt scilicet an isti agnati succedant per capita, vel per stirpes, remaneat sub regula iuris communis, ꝛ sic concludi debet, q succedant per capita per tex. in auc. post fratres la secunda, ꝛ in cor
8 pore vnde sumitur. C. de legi. here. ¶ † Accedat illa vulgata regula q verba statutorum recipiunt interpretationē a iure communi. l. serui vestri, ꝛ ibi docto. C. de noxal. dixit Bald. in. l. si defunctus. C. de suis ꝛ legiti. ꝛ est commune dictum apud nostros doctores, vt tradit Corn. in consilio primo pro decisione col. fi. secundo vol. ꝛ in cōsi. xxxvij. circa primum colum. penult. iij. volu. Barba. in consil. xxj. ꝛ quidem viso col. viij. primo vol. Alex. in con. xxxij. clarissime domine colū. fi. vij. vol. ꝛ per dominum meum Soci. in consilio. x. consideratis secunda colum. iij. volumi. cum infinitis concordantibus, qui ad hoc allegari possent, cum ergo hoc statutum in dicto versi. deficientibus vero duobus ꝛc. admittat in presenti casu istos agnatos, nec dclaret an per capita, vel per stirpes, debent declarari, ꝛ interpretari ſm ius commune, ꝛ sic per capita, vt supra est dictum.
¶ Quinimmo dico, q hoc videtur satis clare voluisse statuentes, nam cum in certis casibus, quando eis placuit, dixerint, q successio diuidatur per stirpes, ꝛ non per capita, vt in tribus aut quatuor versiculis in contrarium allegatis, ostenditur, q in. d. ver. deficientibus vero duobus ꝛc. ꝛ ēt in multis precedentibus noluerunt successionem diuidi per stirpes, sed potius per capita, vel aliter ſm q iure cōmuni esset dispositum, quoniam cum etiam in eis illud dicere potuissent, q per stirpes succedatur, ꝛ non dixerunt, creditur q noluerint, quia si voluissent, dixissent, sicut ꝛ in alijs quibusdam versiculis dixerunt, iuxta tex. in. l. vnica. §. si autē ad deficientis. C. de caducis tollendis. ꝛ. c. ad audientiam cum similibus de decimis. ¶ Et ex his recte intuenti sunt virtualiter sublata allegata. s. in contrarium, vt tamen veritas clarius ostendatur, ad ea sic particulariter rñdetur.
¶ Et ad primum dum dicitur, q qualitas vnius capituli censetur

9 censetur in alio repetita, respondetur. ¶ † Primo q illud procedere posset, quando qualitas in eadem oratione reperitur vel si in diuersa, quando adest aliqua dictio repetitiua, prout declarat Bar. in. d. l. seie. §. gaio de fundo instructo cuz quo ceteri transeunt, sed in casu nostro ista qualitas reperitur in diuersis orationibus, nec adest aliqua dictio repetitiua ergo &c. & hoc non habet diffic. ¶ Secundo etiã responderi potest, q illa repetitio non fit nisi qñ sit eadem ratio, vt traditur in locis in ꝯriuz allegatis, & voluit Roma. in ꝯsi. cccclxxx. in casu proposite consultationis, & idem etiam dixit Cuma. in consi. cxix. Joãnes instituit. ij. col. sed in ꝓposito nr̃o non est eadẽ ratio. ergo &c. nam in casibus in quibus exprimitur, q succedatur in stirpes, qui succedũt si recte aduertatur, sunt proximiores defuncto, q̃ sint in casu nostro, & successio dicitur fieri per representationem sui patris, propter quod merito statuitur, q successio fiat per stirpes, que ratio cessat in ꝓposito in istis agnatis, qui sunt remotiores, & non succedunt per representationẽ eoruz patris, sed ex propria persona. & hoc euidentissime ostenditur quia si nunc superesset vnus ex patruelibus dicti defuncti, ille solus admitteretur exclusis filijs alterius patruelis predefuncti, vt est casus predictus in predicto statuto in versi. non extantibus vero aliquibus ex predictis &c. dum dicit̃ q succedunt consanguinei germani &c. i. fratres patrueles & cum ipsi tantũ vocentur, & non filij predefunctorum patruelium, sequitur, q ipsi filij predefunctorum censentur exclusi

10 clusi † quia inclusio vnius dicit̃ exclusio alterius. l. sicut certi. C. de testa. milit. & l. cum pretor in prin. ff. de iudi. cum simili. & dixit Bar. in. l. ij. §. fi. ff. ad tertul. qđ certe nõ esset, si filij patruelium vocarent̃ representãtes ꝑsonã parẽtũ eoꝝ. ¶ Et plus dico, & credo verissimum q si plures patrueles adessent soli, & non vocarentur cum patruis, vocarentur ꝑ capita, & non per stirpes ſm ius commune, cum & in hoc per statutum non sit dispositum contrarium, nam in. d. versicu. non extantibus vero &c. dum vocantur germani consanguinei, & sic fratres patrueles, non existentibus patruis non dicitur, q vocentur per stirpes, sicut dicitur in precedẽti. ver. quando cum patruis vocarentur, & hoc sũma cum ratione, q2 quando cum patruis vocantur (in quo ius commune alteratur) vocãtur solum per representationem persone patris eorum predefuncti, sed quando soli patrueles vocãtur, vocant̃ ex ꝓpria ꝑsona absq3 aliqua repñtatiõe merito venient per capita, & non per stirpes, ita ergo & multo fortius dicendum est de istis filijs patruelium, cum ex pro-

11 priã persona vocentur, & non per representationẽ. ¶ † Et duz secundo dicebatur, q vna pars statuti declarat aliã respondetur hoc fatendo, & ad bonum sensum reducendo dico, q fundamentum retorquetur, nam dico, q declaratio fit hoc pacto, q ex quo in aliquibus partibus statuti dicitur, q successio fiat per stirpes respectu certarum personarum, ostenditur, & declaratur, q in alijs partibus in quibus istud non exprimitur, statuentes illud noluerunt, cũ si voluissent, ita expressissent, sicut in plerisq3 locis fecerunt argumento. l. vnice. §. si aũt ad deficientis. C. de cadu. tol.

12 cum similibus, & supra dictum fuit. ¶ † Ad quod optime facit decisio Joan. de ana. in consi. xxij. ad approbandum, duz voluit, q si testator in vna parte testamenti, seu in vna substitutione alicui facta dixerit, si decesserit sine filijs masculis, & in alio substitutendo alteri simpliciter dixerit, si decesserit sine filijs, non subaudietur masculis, q2 quando testator de masculis voluit intelligi, expressit, & qñ non dixit creditur noluisse, vt per eum, ita ergo in simili dicenduz est in isto statuto secundum quod. s. dictum est. ¶ Nec obst. versiculus penultimus. d. statuti q2 ex eo nihil est inferendũ ad casum nostrum cum iam sit decisus in precedentibus versiculis, & in. d. versi. pen. nimirum si statutum voluit vocatos in eo admitti per stirpes, q2 vocantur ibi tam collaterales, q̃ descendentes, & tam masculi, q̃ femine, quos vel quas. s. non vocauerat sed fauore agnationis voluit esse exclusos, vt sunt alique femine agnate & cognati qui possunt esse defuncto proximiores, q̃ ꝑsone. s. vocate vt esset amita matertera, nepotes, ex filia, & filia fratris, & similes, de quibus. s. non erat habita mentio in quibus ratione maioris proximitatis, & q2 sepe succederent per representationem conueniens visum fuit statuto eos vocare in stirpes, & licet ẽt possint esse remotiores tamen placuit statuto (si sic intelligatur) omnes tales sub eadem cõsideratione ꝑ stirpes vocare, lz forte illud non sit securuz, dubito enim an statutum in eo recipiat declarationẽ a iure cõmuni, vel ab eodem statuto vt scilicet dum dicitur per stirpes intelligatur tantum in gradibus, in quibus vel ex iure cõi. vel ex ipso statuto alś per stirpes succedere deberent, super hoc tñ nõ insisto, q2 non necessariũ, cũ vt dixi ex isto ver. pen. non sit inferendum ad casus alios iam. s. decisos, & sic ad casum nostrum, cum eniz videatur in specie decisus deducendo, vt s. non dz ex generalitate. d. ver. pen. eius decisio alterari, cũ explorατissimuz sit. d. ver. pen. loqui de alijs personis, q̃ sint isti agnati filij patrueliũ, & alij omnes q superius ad suc

13 cessionẽ admissi erant † maxime attenta vulgata illa regula q generi per specieꝫ derogatur. l. in toto iure. ff. de reg. iur. & l. sanctio legũ. ff. de pen. cuz similibus sicut igitur ille ver. penulti. in sua principali decisione non potest loqui de istis filijs patruelium, q2 loquit̃ eis non extãtibus, vt est plusq̃ notissimũ, ita ẽt in ista qualitate. s. q ꝑ stirpes succedãt illi q in eo versi. vocantur, non potest referri ad istos filios patrueliũ, nec eos aliquo modo cõprehẽdere ꝑ predicta. Ex quibus remanet ꝯclusio eos non per stirpes, sed per capita esse admittẽdos. ¶ Postq̃ ꝯsiliũ, vt. s. absoluerã nouiter de duobus a me quesitũ fuit per consultantem. ¶ Primo q2 Antonia soror. d. Agnesine ꝺcessit impubes, ipsa agnesina, & quibusdã patruis superstititibus, queritur qs illi antonie in suis bonis successerit stante statuto Brixiensi, de quo. s. ¶ Secundo queritur, vtrum si aliqua mulier nubat & omnia bona sua secũ portet patiaturq3 ea per maritũ administrari, & gubernari absq3 aliqua mentione, aut ꝯstitutione dotis (prout dr̃ contigisse matri predicti Antonij nouiter defuncti, & auie pr̃ne. d. Agnesine) vtrũ in q̃ dicatur in bonis illis dotẽ ꝯstituisse? ¶ Circa quas questiones obmissa omni disputatione gratia breuitatis ꝯclusiue solũ qd

14 iuris esse sentiam respondebo, prout ẽt requiror. ¶ † Itaq3 circa primam respondetur, q predicte Antonie impuberi successerunt patrui eius exclusa agnesina eius sorore, ꝓut de hoc est casus in predicto statuto in vers. si vero non extarent aliq ascendentes masculi, nec fratres &c. dr̃ enim ibi q si defuncte persone nõ supersint ascendẽtes masculi. nec fratres nec filij masculi fratrũ, patrui in totũ succedere debent, sed in casu isto predicte Antonie decedẽti ꝑsone predicte nõ supererãt ergo patrui successerũt, non habito respectu, q superesset agnesina soror, q̃ eo casu statutũ noluit cõsiderare, & id ꝓbat̃ tũ q2 de ea nihil dixit, tũ ẽt q2 in sequentibus versiculis qñ patruus aliquis nõ superesset, de ea meminit, & vocauit eã ad certã ptẽꝫ, & q2 hoc arbitror indubi-

15 tatũ sup eo exterius nõ instabo. ¶ † Solum dicam, q põt hoc fortasse limitari, nisi respectu bonoꝝ mr̃noꝝ, que ipsa Antonia habuisset, etenim in eis vr̃ q ipsa agnesina soror preferatur, vt vr̃ clare ꝓbari in eodẽ statuto post pñ. in ver. saluo, q in bonis mr̃nis &c. nã ibi satis clare vr̃ dici q soror vtrinq3 ꝯiũcta in bõis mr̃nis defuncte ꝑsone ꝑfert̃ prĩ eius, & fr̃ibus nõ vtrinq3 ꝯiunctis. quo stãte vr̃, q fortius & maiori ratione ꝑferat̃ patruis ne alias patrui sint melioris ꝯdõnis, q̃ pater argumẽto. l. si vnica mr̃e cũ ibi nota. ꝑ doc. C. de bon. mr̃n. facit auc. multo magis cũ simi. C. de sacrosan. eccle. ¶ Verũ tñ q2 ita intelligendo, istud multum ꝯdiceret ver. iaꝫ. s. in fauorẽ patruoꝝ allegato, & eius generalitati, que ita multũ restringeret̃ ꝯ. l. j. §. generaliter. ff. de leg. prestã. cũ si. ideo sup hac limitatione nõ paꝝ dubitans

16 subsisto. ¶ † Circa secundam questionem, licet plurima hinc inde dici possent, tamen cõclusiue respondendo dico, q non dicitur facta aliqua constitutio dotis, nec ab initio, ex post facto, sed mulier illa dicitur nupsisse sine dote, & ita semper cum eius marito vixisse, ita in terminis istis (longe disputans) concludit, & determinat Bartolus in sua septima questione mulier habens amplum patrimonium, & ita etiaꝫ firmauit Salicetus in. l. finali. in fine. C. de repudian. vbi dicit, q de ista opinione est casus in illo textu & fuit opinio glo. in. l. mulier bona. ff. de iure dotium, quod etiam dixit Bald. in. l. nulla. C. de iure dotium. in vers. sed pone, q simpliciter &c. Et ita etiam firmat Corne. in consil. cxxvij.

licet in hac.ij.col.iiij.vol.cum multis alijs.que ad hoc alle gari possent, sed gratia breuitatis obmittūtur. ¶ Proce-
17 dit tamen hec conclusio. † Nisi mulier iam habuisset aliuz virum, cui bona suā dedisset in dotem, quoniam tunc presu-mitur eam secūdo viro eandem dotem constituisse vt per Bar. ꝛ Saly. in locis predictis ꝛc. Laus Deo.

Maria. Soci. iunior. J.V.D. Padue legens ius ciuile in primo loco vespertine lectionis.

CASVS

¶ Pamphylus Beticius de monte policiano impubes de cessit superstite sibi euridice sorore vtrinqꝫ coniuncta, item ꝛ lactantio patruo.

¶ Queritur quis admittatur ad successionem vel hereditatem dicti Pamphyli.

¶ Et presupponitur, ꝙ in loco fuit facta quedam refor-matio, in qua inter certa dicitur, ꝙ si aliquis ab intestato de-cedat sine filijs succedant, ꝛ succedere debeant eidem con-sanguinei ipsius ex linea masculina vsqꝫ ad tertiū gradum, inclusiue, secunduꝫ iura canonica saluo ordine, ꝛ gradus ꝓ-rogatiua prout iure cōmuni disponitur matre, auo, auia, ꝛ subsequentibus cognatis scilicet ex materna linea attinen-tibus. d. casu exclusis ꝛc. vt latius ex. d. reformatione vide ri potest, cuius copia cum suo prohemio transmittitur.

SVMMARIVM

¶ De quadam reformatione in matria successionis ab in testato, an valeat sine confirmatione superioris sine pu-blicatione? quomodo tollat antiquuꝫ statutum? ꝛ quid si longo tp̄e ab eius initio nō fuerit in vsu.

¶ Et stante statuto, ꝙ decedenti ab intestato sine liberis succedant consanguinei ex linea masculina exclusa ma-tre, ꝛ cognatis scilicet per lineam maternam attinenti-bus, vtrum patruus excludat sororem defuncti vtrinqꝫ coniunctam?

1 Rei demonstrate frustra superadditur demonstratio.
2 Soror de iure cōmuni vti proximior excluso patruo admit titur ad successionem fratris.
Et quomodo succedat secundum statuta montis politia-ni ꝛ ꝗ. sub numero. iiij.
3 Argumentū a contrario sensū in statutis procedit quando ex eo non resultat iuris correctio.
4 Masculinū nō ꝯcipit femininum in materia differenti in-ter masculos, ꝛ feminas, nisi ratio esset indifferens.
Ideo si statutum puniat rapientem virginem non procedit in femina.
5 Femine dicuntur finis sue familie.
6 Statuta excludētia feminas propter masculos sunt facta ratione cyppi, ꝛ agnationis conseruande.
7 Duo non possunt esse heredes insolidum vni.
8 Statutū excludēs matrē, auiā, ꝛ similes a successione de-functi sine filijs fauore agnationis ꝯseruāde, an debeat extēdi ad alias personas in quibus vigeat eadem ratio, ꝛ ꝗ. nume. 32. 33. et. 38.
9 Statuta excludentia matrē, ꝛ ꝯiunctos ꝑ eā propter cōiū-ctos ex linea paterna, seu per agnatos intelligitur solum si tales fuerint masculi.
10 Statutum florentinum excludens matrem propter agna-tos vsqꝫ ad certum gradum non excludit ꝑpter amitaꝫ.
Ideo si detur ꝯcursus m̄ris, amite, ꝛ agnati masculi qui sit remotior amita, nō amita excludit m̄reꝫ, sꝫ ipse agnatꝰ.
11 Reformationē statuti nō pōt facere populus nō habēs iu-risditionē, qꝛ ꝯdere statuta est iurisditionis.
Nec valet reformatio sine superioris confirmatione.
Nec ligat si non sit publicata.
12 Reformatio nō valet, nec operatur correctionē, nisi fecerit mentionē de statuto, ꝛ illud corrigat.
13 Statutū si sit insertum inter alia statuta in volumine statu-torum, ꝛ reformatio sit extra volumen non potest dero-gare illi statuto.
14 Reformatio in vsu non recepta, ꝛ que per decenniū non fuit in obseruantia, dicitur extincta.
15 Statutum non valet nisi publicetur.
16 Statutū excludens, matrē, auiā, ꝛ agnatos ꝑ lineā m̄nam si extat soror defuncti ꝛ patruus soror an admittatur, ꝛ infra numero. 59.
17 Soror consanguinea est coniuncta fratri ex linea paterna.
18 Statutū exclusiuū cognatoꝝ est odiosuꝫ ideo restringendū. ideo non debet extendi de persona ad personam, que nō sit coniuncta persone excluse.
Ideo statutū excludēs m̄reꝫ nō excludit auiā p̄nā, ꝛ ꝗ. 22.
19 Curtius iunior mortuus est sub die. xxvij. Junij. 1533.
20 Exclusio a successione ꝑ statutū facta dr̄ q̄dā exheredatio ideo requiritur ꝙ quis sit expresse ꝑ statutū exheredatus, sicut dicitur de exheredatione in testamēto faciēda.
21 Natura dictionis scilicet est declarare, ꝛ restringere pre-cedentia.
23 Statutum excludens matrem, ꝛ maternam lineam pro-pter agnatos masculos non excludit amitam.
24 Soror, cū sit agnata, dr̄ de familia ꝛ eius arma portat.
25 Consanguinitas est agnationis species.
26 Extensio ex rationis idētitate nō fit in correctorijs, minus debet fieri, si non sit eadē ratio, ꝛ ꝗ. vide nu. 30.
27 Lex. xij. tabu. vocabat agnatos eorū fauore, ꝛ excludebāt cognatos, non tamē excludebat feminas agnatas, pre-sertim sorores.
28 Lex. xij. tabu. licet faceret differentiam inter agnatos ꝛ co gnatos, non tamen inter agnatos faciebat differentiaꝫ, inter masculos ꝛ feminas.
29 Ratio eadem non est excludendi agnatas, que est excluden di matrem ꝛ coniunctos.
31 Soror amita ꝛ similes dicunꝉ agnate, ꝛ in eis durat agna tio, ꝛ ratio conseruande agnationis per statutum consi derata in eis aliqualiter militat.
32 Statutum loquens de vna persona ꝛ casu ad hoc vt exten datur ad alias personas ꝛ casus in quibus est eadē rō, vl tra concursum rationis requiritur, ꝙ saltē lato sumpto vocabulo casus ille non expressus comprehendatur sub expresso.
34 Statutū vocans ꝛ includens agnatos masculos an alios excludit, vide ꝗ. nu. 54. vbi late.
35 Argumentum non valet ēt a rōne expressa, si. l. correctoria loquaꝉ taxatiue, ꝛ restrictiue.
36 Verba dicuntur portare pondus totius statuti.
37 Ratio i aliqua. l. allegata licet videaꝉ in verbis generalis, tamen dꝫ restringi ad terminos in quibus loquitur, q̄ñ eius generalitati repugnat mens disponentis.
38 Argumentum a rōne valet, q̄ñ ratio expressa est finalis, ꝛ vnica, sed si non sit finalis, vel non vnica, nō pōt. l. corre ctoria de casu expresso trahi ad casum non expressum.
39 Statuta exorbitantia recipiūt interpretatiōem restrictiuā.
40 Rationes plures finales q̄ñ ꝯsideranꝉ in vna dispōne licet vna cesset, non t̄ñ cessat dispositio si alia ratio remanet.
41 Dictio maxime, quid importet.
42 Mulier sterilis hꝫ priuilegia dotis, licet illa fuerint conces sa maxime, vt ciuitas liberis repleatur.
43 Masculinum concipit femininum.
44 Verba ista coniuncti ex linea paterna ex proprio significa-to comprehendunt feminas.
45 Verbū istud ꝯsanguinei ex p̄te p̄ris, positi in statuto ad ex-clusionē generis materni cōprehendunt feminas.
46 Successionis materia ita ꝯgrue adaptatur ad feminas q̄ꝫ ad masculos.
47 Statutū Aretij vocās f̄res patrueles ad successionē dr̄ vo care etiam sorores patrueles.
48 Statutū vocās consanguineos ex linea paterna debet ge-neraliter intelligi i quolibet sub genere comprehēso, qꝛ. l. generalis oēs casus comprehendit, etiam ꝙ in vno sit maior ratio q̄ꝫ in alio, etiam in penalibus.
49 Soror licet sit ꝯsanguinea, an possit dici d̄ linea masculina.
50 Filia recipientis in emphiteosim non dicitur de linea ma-sculina.
51 Femina nata ex masculo dicitur ex linea masculina.
52 Casus omnissus remanet in dispositione iuris com-munis.

53 Statutum

53 Statutum si excludat matrem propter patrueles, amita, si cum eis concurrat, potest succedere, quia statutum ipsam non excludit.

54 Consequentia hec non valet statutum vocat aliquem certo casu, ergo semper & indistincte alias personas excludit. Et ibi declarat late doctri. Bart. in l. ij. §. videndum. ff. ad tertul. & S. nu. sequen.

55 Inclusio aliquorum, quando est respectiua ad exclusionem certarum personarum, non potest operari exclusionem ceterarum, quarum respectu non dicitur facta.

56 Exclusio que fit virtute capitis inclusiui dicitur tacita ex interpretata mente legis, non procedit quando adest expressa exclusio, quia expressum facit cessare tacitum.

57 Statuentium mens, nisi aliter verba necessario importent, non presumitur contra dispositionem iuris communis, neque interpretari debet, vt veniat ad ledendum aut corrigendum ius commune, nisi quatenus euidenter appareat.

58 Statutum, quod decedenti sine liberis ab intestato succedant agnati ex linea masculina exclusa matre & cognatis, si extat mater, vel alij per matrem coniuncti, & etiam vnus consanguineus, & non sit soror vel agnata proximior ipsi consanguineo, consanguineus admittetur exclusa matre.

59 Quid si non extaret consanguineus masculus, sed agnata femina, puta amita, & mater defuncti.

60 Quid si simul concurrant mater, agnatus masculus, & agnata illo masculo proximior, puta soror, vel amita.

61 Quid si concurrat consanguineus masculus, & agnata femina, que illo sit proximior, & non superest mater, vel alius per eam coniunctus, qui de iure communi illam agnatam excluderet.

Statuto predicto stante soror excludit patruum, si etiam extat mater, soror & mater admitterentur, & patruus excluderetur, quanto magis si mater non supersit.

CONSILIVM XXX

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. Inspectis his, que in facto presupponuntur admodum mihi placet, & verissima videtur conclusio firmata per clarissimum iureconsul. do. Ludouicum burghesium aliquando acutissimum auditorem meum, & per alios excellentissimos patres subscribentes comprobata, vz, quod ad hereditatem predicti Pamphyli omnino admitti debeat do. Euridices soror eius excluso penitus Lactantio patruo ipsius Pamphyli, & adeo egregie sunt omnia per do. consultorem discussa, & apertissime iustitia in fauorem. d. Euridicis demonstrata est, vt addendi locus minime videatur relictus, & ideo mihi de subscriptione requisito satis esse videretur simpliciter firmatam conclusionem comprobare.

1 † Rei etenim plene demonstrate frustra superadditur demonstratio. l. i. in fi. ff. de do. preleg. & c. i. in prin. xcvj. distin. & alias dicitur in. c. si omnia. vj. q. i. quod superuacuis laborat impendijs, qui solem querit facibus adiuuare. Verumtamen, vt rem ipsam degustasse videar, atque vt consultanti in hoc morem geram pleraque subdam pro clariori demonstratione veritatis, breuia tamen pro materie magnitudine, cum valde sim impeditus tum lectionibus quotidianis, tum alijs negocijs. ¶ Dico itaque in primis, quod si attendatur regula iuris communis casus iste caret dubitatione.

2 † Est. n. exploratissimum Euridicem sororem defuncti, vti proximiorem admitti ad successionem fratris eius penitus excluso Lactantio patruo eorum, casus est clarus in auc. cessante C. de legi. her. & in corpore, vnde sumitur, super quo non est vltra insistendum. ¶ Si vero & secundo attendantur statuta montis politiani, & tunc aduertendum est, quia aut consideramus ea ante ann. 1480. & sic antequam esset facta reformatio quedam, de qua in puncto, & tunc idem omnino est dicendum, nam aut dicemus non extare super hoc aliquam statutariam dispositionem, & tunc Euridices succederet ex forma iuris communis, cum casus per statuta obmissus remaneat sub dispositione iuris communis, vt communiter tradunt doc. in. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. & in. l. si cum dotem. in prin. ff. sol. ma. & est tritum, & communiter dictum, & tradit patruus, & do. meus Soc. in consi. ix. viso statuto. ij. col. iij. vol. Aut dicemus quod immo super hoc extat lex municipalis, illa vz sub rub. quod mulier dotata non possit redire in partem &c. & adhuc dicendum est Euridicem omnino admitti, siue consideremus eam antequam nuberet, & dotaretur siue etiam postea quam nupsit, & se ipsam dotauit, nam si vti non nupta, & non dotata consideratur, (prout erat tempore mortis Pamphyli fratris eius) res transit de plano, quia statutum predictum loquitur de muliere dotata, illa ergo que non esset dotata remaneret extra dispositionem illius statuti, & per consequens sub regula iuris communis, quo attento dubium non est istam Euridicem succedere excluso patruo, vt. s. dixi. ¶ Si vero consideratur, vti nupta, & dotata secundum quod ad presens reperitur, & adhuc est concludendum, quod ipsa fratri eius succedit excluso Lactantio patruo, nam in predicto statuto disponitur, quod mulier dotata, & eius filij, & heredes, vel descendentes ab eis non possint ab intestato in hereditatem paternam, vel maternam, vel fraternam, venire, vel redire ad petendum partem hereditatis, dummodo in ipsa hereditate extent filij masculi, vel masculi descendentes ab eis, & hoc refertur ad hereditatem paternam, vel maternam, vel fratres, vel fratris filij masculi supersint fratri, vel sorori premortuo, vel premortue non existentibus filijs morientis, (& hoc refertur ad hereditatem fraternam). His. n. casibus mulier dotata non succedit, seu non venit ad partem hereditatis. s. cum fratribus suis, vel cum fratris premortui filijs masculis, sed si tales persone non extent, quia non supersint fratres eius, nec fratris premortui filij masculi, ipsa mulier etiam dotata non excluditur, immo ex intentione statuti omnino admitti debet, vel in totum, vel in partem secundum casus contingentes. Cum. n. statutum dotatam mulierem excludat solum, quando persone de quibus. s. supersunt, clare ostenditur, quod eis non existentibus vult eam admitti sumpto argu.

3 a contrario sensu statuti, † quod iuridicum omnino est, licet simus in statutis, quando ex eo non resultat iuris correctio, vt plene per doc. maxime Moder. in. l. i. §. huius rei. ff. de offi. eius cui. man. est iur. per illum tex. & per. c. cum. T. virum de regulari. & in. c. cum apostolica. in fi. iuncta gl. in ver. intelligi. cum simi. de his que fi. a prela. sine consen. cap. & voluit hoc Fely. in. c. significasti. vj. col. ver. vltimo fallit, de fo. compe. & vbi quis non admitteret hoc casu sororem venire ad hereditatem ex dispositione. d. statuti, negans ex eo debere sumi argu. a contrario sensu, tamen necessario veniret ex iure communi, quod tunc non reperiretur alteratum per statutum predictum, secundum quod. s. in alijs casibus dictum est. Cum igitur in proposito morienti predicto Pamphylo sine liberis non supersint fratres, nec fratris premortui filij masculi predicta Euridices soror eius debet omnino admitti ad hereditatem eius etiam si nunc consideretur vti nupta, & dotata. Remanet igitur conclusio ex predictis indubitata, quod tam de iure communi, quam etiam ex forma iuris municipalis (ante reformationem de qua in puncto) considerati omnino excluditur Lactantius patruus, & succedere debet Euridices defuncti soror, & licet de istis non disputetur, placuit tamen sic exordiri, vt in sequenti casu veritas magis percipi possit. ¶ Si vero tertio loco principaliter attendamus reformationem predictam, & videtur aliqua difficultas, nam prima fronte videtur, quod patruus predictus succedere debeat stante valida predicta reformatione, & quod Euridices dicatur exclusa, & istud ex. S. scriptis videtur posse ostendi.

4 ¶ Et primo, † quoniam in materia differenti inter masculos, & feminas masculinum non concipit femininum, ita voluit Bar. in. l. i. in prin. in fi. commenti. ff. de pecul. ex eo concludens, quod stante statuto quod si quis rapuerit virginem, vel monialem, puniatur certa pena, masculinum illud si quis non concipiet femininum, quia. s. ratio puniendi viri (puta causa remouende violationis pudicitie) non procedit in femina, & ita sumus in materia differenti, non ergo sub masculino comprehenditur femininum in statutis secundum Bar. ibi. nisi quando inter masculos, & feminas ratio est indifferens, quod etiam voluit Cy. post quosdam ab eo relatos in. l. i. iij. colum. C. que sit lon. consue. hoc idem referendo, & sequendo Bart. tradit Areti. in consil. xxxix. in facto dicitur. ij. col. ver. pro hac decisione, & Curt. in consil. ix. Ticinensi statuto. iiij. col. hoc etiam voluit Ant. de bu. consil. ix. viso puncto. ij. col. & patruus, & do. meus Soci. in consil. lxij. visis testamento &c. ix. colum. iij. volu. cum multis

alijs, qui allegari possent, de quibus per Jaso. ⁊ alios in. l. si quis id quod. iiij. colum. ff. de iurisditio. omnium iudi. ⁊ per Deci. in. l. ij. colum. xiiij. ff. de regu. iuris. in versicu. sit ergo cōclusio, ⁊ regula ⁊c. ibi secus ergo videt̃ in materia diffe-renti ⁊c. sed sic est, ꝙ ista reformatio vocat ꝯsanguineos de functi per genus masculinum, ⁊ ratio vr̃ differens inter ma-sculos, ⁊ feminas, ergo non dicitur vocare ꝯsanguineas, ⁊ sic ista Euridices non videtur per statutum vocata. qđ au-tem ratio sit differens, satis constare pr̃, qꝛ in hac reforma-tione expresse dicitur eam esse factaꝫ ratione cyppi domus ꝯseruandi, que ratio soluꝫ ꝓcedit in ꝯsanguineis, siue agna

5 tis masculis, ⁊ non in feminis, † que dicuntur finis sue fami lie. l. pronunciatio. in fi. ff. de ver. signi. qui. n. ex eis nascun-tur aliene sunt familie. s. patris eoꝝ. l. familie. in fi. eo. titu. ⁊ insti. de patr. potest. in fi. cum simi. Et vbi in hac reforma tione, illa ratio nō exprimeretur, adhuc dōm videtur, ꝙ ra

6 tio illa pro expressa haberetur. † Est. n. cōmune dictuꝫ in iu re nostro, ꝙ statuta excludentia feminas propter masculos sunt facta ratione cyppi domus, ⁊ agnationis ꝯseruande, vt inquit Jo. and. in addi. Spe. in ti. de succes. ab intest. su per rub. Ly. in. l. i. C. ad. l. iul. de adul. Bal. ⁊ alij in. l. maxi mum vitium. C. de lib. pret. ⁊ in ꝯsi. ccxviij. statuto ciuitatis Florentie. ij. vol. Fulg. in ꝯsi. liiij. item ꝙ quelibet. i. colum. Pau. de cast. ꝯsi. cccxxxvj. presens casus, post princi. Ro. consi. ccccxj. quattuor sunt, per totum, do. meus Soc. in cō si. xxviij. circa primam. ij. ⁊. iij. col. iiij. vol. Corn. ꝯsi. lxxxij. lꝫ in hac. ij. ⁊. iij. col. iiij. vol. ⁊ Curt. in ꝯsi. xliiij. sepe numero. i. col. ⁊ ꝯsi. lxxx. recte prefatus. iij. col. cum multis ꝯcordan. vt per Alber. brun. in tracta. de statut. excludentibus femi nas ⁊c. in. iij. arti. vbi in. ij. col. dicit, ꝙ ita se hꝫ cōis opi. sic igitur videtur, ꝙ ista Euridices nullo modo sit admitten-da, cum in capite inclusiuo predicte reformationis loquēte in genere masculino non videatur comprehendi per predi-cta. ¶ Et ex hoc sumitur scđm fundamentum in fauorem patrui contra istam sororem, nam si statutum in suo capite inclusiuo admittit solum consanguineos masculos, seqtur, ꝙ omnes alij, etiam ꝙ expresse non reperiantur exclusi, vir tualiter tñ dicuntur exclusi, ⁊ sic ista soror dicatur hoc mo-do exclusa, qꝛ cum aliqui per statutum vocantur, alij censen tur exclusi, cum vnius inclusio sit alterius exclusio. l. cū pre tor. in prin. ff. de iudi. cum simi. ita declarat Bart. in. l. ij. §.

7 videndum. in fi. ff. ad tertul. † ⁊ videtur hoc necessario pro-bari, qꝛ vni duo insolidum non possunt esse heredes. l. qđ contra. §. vni duo. ff. de reg. iur. cuꝫ simi. vnde si statutū ad-mittit aliquem, oportet alios excludi, alias duo insolidum fierent heredes vni, ita voluit Cor. in consil. lxxxij. lꝫ in hac ꝯsultatione. ij. col. ver. preterea. d. statutum, ⁊ in ꝯsi. cclxxj. de hac consultatione. i. colum. ver. item ēt videtur, ꝙ prefe ratur ⁊c. cum versi. seq. iiij. volu. vbi plures refert sequētes

8 dictum Bar. in. d. §. videndum. ¶ † Tertio. ꝯ Euridicem facit, qꝛ cum mater, auia, ⁊ similes expresse per reformatio nem predictam excluse, excludantur expressa rōne. s. fauore ꝯseruādi cyppi domus, videtur, ꝙ ex vi rationis istius ex-clusio talis ꝓcedat in omnibus personis ēt non expressis in quibus eadeꝫ ratio vigeat, qꝛ. s. per eas cyppus domus, ⁊ agnatio non conseruatur iuxta doctri. Bar. in. l. omnes populi. in. vj. questio. prin. ff. de iusti. ⁊ iu. cum multis simil. prout ēt dicebat do. consultor in tribus primis suis ratio-nibus contra istam Euridiceꝫ allega. Et istud non videtur procedere per viam extensionis, sed potius per viam decla rationis, vt. s. dicamus etiam in personis illis statuentes lo cutos, in quibus eadem omnino est ratio iuxta. l. his solis. ⁊ que ibi dicunt docto. C. de reuocan. donat. ⁊ tradit Joā. crot. in repet. l. omnes populi. mihi col. xxxix. ⁊ est in mate-ria interpretationis extensiue in octaua conclusione. ff. de iu sti. ⁊ iu. pro quo ego soleo allegare optimum text. in. l. fi. ff. de cloac. ibi pretorem. n. sic intellexisse ait ⁊c. Ex quo vide tur tolli, si diceretur, ꝙ in correctorijs non fit extensio etiaꝫ per identitatem rationis iuxta tradita per doctor. maxime Roma. in. l. si vero. §. de viro. ff. sol. matrimo. cum similib. quia vt dixi, non videtur hoc procedere per extensionem,

9 sed per quandaꝫ comprehensionem. ¶ † Et hanc opinio-nem, videlicet ꝙ statuta excludentia matrem, ⁊ coniūctos per eam propter consanguineos coniunctos, vel attinen-tes ex linea paterna, seu per agnatos intelligantur solum si tales fuerint masculi (vltra Joan. de ana. in consil. iiij. visis statutis, ⁊ Deci. in rubrica. C. vnde legitt. quos allegat exi mius dominus consultor) tenuit Bald. egregie in consilio suo incipien. Martinus Jo. de Florentia, per totum, quod

10 reperitur inter consilia Ange. nu. lxviij. † concludens, ꝙ sta tutum Florentinum excludens matrem propter agnatos, vsqꝫ ad certum gradum, non excludit propter amitam, qđ etiam sequitur Ang. ibi in sequen. consil. ⁊ sequitur Cor. in consil. ccxxiiij. non sequendo ordinem, per totum, maxi-me in. iij. colum. ij. volumi. ⁊ tradit etiā Cur. consi. xliiij. sta tuto seu consuetudine. v. colum. ⁊ videtur hoc etiam velle Corn. in consil. cclxxvj. constat matrem. iiij. volu. vbi plus dicit, ꝙ si detur cōcursus matris, amite, ⁊ agnati masculi, qui sit remotior amita, non amita excludit matreꝫ, sed ipse agnatus, qꝛ verba statuti, que ad exclusionem matris voca bant ꝓximiores ex parte patris sunt intelligenda solum de masculis, vt per eum, ⁊ decisio illa plurimum videtur face re in casu isto in fauorem Lactantij patrui, contra Euridi-cem sororem, naꝫ sicut ibi amita, lꝫ agnata, non admittitur, sed vocatur agnatus masculus, ita videtur, ꝙ in casu isto soror non admittatur, lꝫ sit agnata, sed ꝙ solum vocentur patruus, hec sunt que conclusionem domini consultoris, primo aspectu difficultare videbantur. ¶ His tamen non obstantibus verissimum arbitror in ꝓposito casu, quod. s. per consulentem firmatum fuit, ⁊ sic vna cum eo, ⁊ alijs subscribentibus concludo sororem Euridicem omnino esse admittendaꝫ excluso penitus patruo predicto, non obstāte reformatione, de qua in puncto, ⁊ qꝛ in ea solum stat om-nis difficultas (quoniam ea remota remanet conclusio pre dicta sine dubio per ea, que. s. dicta sunt.) ¶ Ideo ad eam potest responderi, primo dicendo, ꝙ talis reformatio inef-ficax dicitur, ⁊ inualida, ⁊ propterea non obseruāda. Illud

11 autem probatur. ¶ † Primo ex defectu iurisdictionis eo-rum, qui talem reformationem fecerunt, nam condere sta-tuta dicitur iurisdictionis, vt per Inno. ⁊ alios in. c. cuꝫ ac-cessisset. de constitu. tradit Bart. in. l. omnes populi. in. i. q. ff. de iusti. ⁊ iu. cum concordantibus, vt scribit And. bar ba. in consi. quodam, scripsit ecclesiasticus. ij. colum. inser-to inter consil. Alexand. nu. cxiij. lib. iiij. sed homines illi, qui reformationem fecerunt (nec totus populus terre mon tis politiani) non dicuntur habere iurisdictionem, cum sim pliciter subiaceāt imperio, ⁊ dominio Florentinoꝝ, vt per Bar. in loco predicto ergo ⁊c. ⁊ hinc est, ꝙ quando talis populus iurisdictionem non habens vult condere statuta oportet, ꝙ habeat auctoritatem superioris, vel saltem con firmationem, vt per doc. in locis predictis, maxime Bart. quem omnes sequuntur (loquendo de statctis pertinenti-bus ad decisionem causarum, ꝓut est reformatio, de qua agimus) ⁊ idem dixit ipsemet Bar. in. l. si quid extraordi-narium C. de lega. lib. x. cum ꝯcordantibus, vt per Alexā. in consi. cxvj. visis que. in prin. lib. vj. sed in cōdenda predi c ta reformatione, (vt mihi presupponitur) non adfuit au-ctoritas superioris, nec ex post fuit vnqꝫ a superiore appro bata, ergo sequitur, ꝙ de iure dicitur inualida, ⁊ non obser uanda. ¶ Secundo qꝛ statuta ⁊ reformationes ēt si fiant ab habentibus iurisdictionem non ligant, neqꝫ sunt obser-uanda, nisi publicentur ſm loci consuetudinē, ita dixit bal. in. c. ij. ij. colum. ver. deinde nota, ⁊ ibi doct. sequuntur ma-xime Barba. de constitu. qui etiam hoc dixit in. c. i. iij. col. illo ti. ver. eodem modo dicit, si non sunt publicata, vbi etiā dicit in ver. precedenti non valere statuta anteqꝫ cōfirmen-tur, ⁊ dicit Ange. areti. (hoc quod dicitur de publicatione sequendo) ꝙ illud procedit in statutis vniuersalibus, vt per eum in. §. ius ciuile. vj. colum. ver. ⁊ aduertendum, instit. de iure natu. sed ista reformatio est vniuersalis, vt de se patet, ⁊ non fuit vnquam secundum loci consuetudinem publica-ta (vt mihi narratur) ergo non debet obseruari. ¶ Tertio idem probatur, quia si ista reformatio sic intelligenda est, vt soror ista dicatur omnino excludi (de quo tamen infra di cam) sequitur, ꝙ in effectu tolleret, ⁊ corrigeret illud statu-tum sub rubrica, ꝙ mulier dotata ⁊c. de quo. s. cum per il-

12 lud, vt iam dixi ista soror videatur vocari. † Quo posito di-co, ꝙ non potest ista reformatio valere, ⁊ correctionē illam operari,

operari nisi simpliciter illius statuti meminerit, & illud corrigat.l.fina.versicu.nec tamen &c.& ibi not.doctor.C.de indi.vidu.tol.Bar.in dicta.l.omnes populi.in.iiij.q.princ. & Roma.in aucten.similiter prope finem.C.ad.l.falcid.& tradit Andr.barba.in dicto consi.cxxiij.inter consilia Alexand.lib.iiij.prima colum.sed in dicta reformatione nihil dicitur de correctione alterius statuti,nec aliquo modo de eo fit mentio,immo in ea non est aliqua clausula derogatoria,etiam generaliter alicui contrario statuto ergo &c.

13 ¶ †Comprobatur hoc,quia cum illud statutum reperiatur insertum inter alia statuta in volumine statutorum, ista autem reformatio est extra volumen,ostenditur quod illa nõ potest vim obtinere ad derogationem statuti predicti, iuxta not.per Bar.(quem alij sequuntur)in.l.omnes.C.de peri.bon.subla.lib.x.¶ Quarto, & vltimo inualiditas dicte re-

14 formationis,† & quod in casu nostro non sit attendenda,probatur,quia (vt mihi narratur)postquam condita fuit iam annis .s.50.nunquam fuit vsu recepta vel obseruata,nec in iudicijs fuit vnquam attenta,quo stante dico,quod ex hoc tantum dici debet annihilata,& omnem vim amisisse,quia non solũ per tam longum tempus,sed etiam si ab eius initio per continuum decennium nunquam fuerit in vsu,aut in obseruantia, diceretur extincta, iuxta tradita per Ant.de bu.Cardin.& Imo,post glo.ibi in.c.i.de tregu.& pa.& tradit Alexand. in consi.vj.viso themate.ij.colum.versi.& per predicta apparet,libro primo.& in consil.cxxxij.visa facti contingentia,secunda columna,versicu.& subdunt isti.eodem libro. Cum igitur ista reformatio ab eius initio nunquã fuerit in vsu,nec fuerit moribus vtentium comprobata,sed aliud statutum quemadmodum seruabatur ante reformationẽ fuit etiam post eã obseruatum,sequitur reformationem istam minime debere attendi per predicta,vt etiam voluit Archid. in.c.fina.iiij.distinct.& Bald.in aucten.omnes peregrini, .C.communia de success.& Alexand.in consil.xxxix.visis,

15 & consideratis,in princip.lib.iij.† & ibi in fine consilij dicit non valere statutum,nisi secundum loci consuetudinem publicetur(prout etiam.s.dixi.)¶ Ex his igitur euidenter constat reformationem istam non esse seruandam.& ita in specie de statuto exclusiuo feminarum,dicit Alber.bru.quod ex aliqua ex causis predictis non valebit,nec erit seruandum in suo tractatu de statu.feminas,& cognati.lin.exclud.in decimo quarto articulo,versicu.sexto femina &c.allegans Corne. in consilio.clxxi.licet in hac, in fine, quarto volumine. Et stantibus predictis(prout de iure vera videntur) non esset opus vltra instare,quoniam si reformatio,de qua agitur,velut inualida,attendi non debet,remanet conclusio in fauorem predicte Euridicis firma,& sine aliqua difficultate per ea,que.s.in principio dicta sunt.¶ Uerũtamen,vt vndique veritas appareat,& iustitia ex parte dicte Euridicis notissima fiat,posito millies(absque tamẽ veritatis preiudicio)quod predicta reformatio debeat obseruari,adhuc dicendum est Euridicem sororem esse admittendam dicto Lactantio pa-

16 truo excluso.¶ †Et ideo ad ipsam reformationem secũdo loco respondetur,quod ex ea nullo modo debet inferri in casu isto ad exclusionem dicte sororis,nam in hac reformatione considerari potest duplex caput,videlicet exclusiuum matris,& coniunctorum per eam Item inclusiuum consanguineorum ex linea masculina,sed ex neutro potest ista soror dici exclusa,ergo succedere debet.Illud autem probatur, quoniam si primo caput exclusiuum consideramus,res caret omni difficultate,quia cum illud respiciat tantum matrem,& per eam coniunctos non potest referri ad coniun-

17 ctos ex linea paterna,vt est plusquam notissimum,† vnde cum ista soror sit coniuncta Pamphylo defuncto ex paterna linea(cum sit soror consanguinea iuxta.l.primam.§. fina.ff.de suis & legittimis.& .§.primo.institu.de legittimis agnato successio.cum similibus)sequitur,quod ad eam caput

18 exclusiuum dicte reformationis trahi nõ potest.†Est enim statutum in dicto capite exclusiuo odiosum, & ideo restringendum.c.odia.de regulis iuris libro sexto. & consequenter non debet trahi,seu extendi de persona ad personam, que scilicet non sit coniuncta solum mediante persona exclusa iuxta notata per Baldum & alios, in.l.vnica.C.de in ius voc.in.l.prima.C.de successorio edicto.& in auctentica quas actiones.C.de sacrosanctis ecclesijs.& tradit patruus,& dominus meus Soci.in consilio vigesimo octauo,circa primam,columna penultima,quarto volumi. concludens propter hoc,quod statutum excludẽs matrem non excludit auiam paternam vt per eum,& voluit hoc idem excellentissimus etate nostra dominus Franciscus cur.iunior in consilio quinto videretur prima consideratione, colum-

19 na quarta,cum multis similibus,† qui Curt.iunior hodie. xxvj.Junij.M.D.xxxiij.cum maximo merore totius Patauine academie ex hoc seculo transiuit,cuius anima in sinu Habrae recepta feliciter requiescat.¶ Et ista conclu-

20 sio pulchra ratione iustificatur.† Nam exclusio a successione per statutum facta dicitur quedam exheredatio argumento notatorũ in.l.qui volebat.ff.de heredibus instituendis,& ita in terminis dicit Bald.in.l.si defunctus.columna prima,versi.& induco.C.de suis & legittimis.& ita sepissime solent dicere nostri doctores in varijs locis, quos referre ad presens non expedit,merito ergo requiritur,quod qs sit per statutum expresse,& nominatim exclusus,& sic exheredatus,aliter non excludatur sicut de exheredatione in testamento facienda dicitur in.l.prima & secunda.ff.de liberis & posthumis.& institu.de exhereda.liber. in princip. Cum igitur in proposito ista soror non reperiatur expresse, aut nominatim per statutum exclusa,immo etiam nec verbis generalibus,vt ex iam dictis constat,absque dubio concludendum est ipsam ex capite exclusiuo dicti statuti nullo modo posse dici exclusam,& ita in specie arguit, & concludit Andr.sicu.in consilio decimo sexto infra allegando in principio.¶ Et hoc eo presertim dicendum est,quia ista reformatio,dum matrem,auum,& auiam,& subsequentes cõgnatos excludit seipsam declarat,& restringit suam exclusionem ad attinentes ex materna linea,dum subdit.s.ex ma-

21 terna linea attinentibus &c.† Est enim de natura illius dictionis,scilicet in similibus terminis posite declarare, & restringere precedentia,vt probatur in.l.iusiurandum quod ex conuentione.§.fina.ff.de iureiuran.& ita illum textum allegat Ias.in.l.tertia.§.saltus.ff.de acquirenda possessione. tradit hoc glo.secunda, & ibi doctores notant in.l.fina.ff. de auro & argento legat.cum similibus. Si igitur exclusio expressa restringitur ad cognatos ex materna linea tantum, clarum est,quod ista soror non potest dici exclusa, cum non sit cognata, sed agnata,& sic coniuncta ex linea paterna. Ista enim reformatio,quos excludi voluit,expressit,& si etiam sororem consanguineam excludi voluisset, sciuisset exprimere,prout fecit de cognatis ex linea materna,vnde cum nõ dixerit,certe noluit.l.vnica.§.sin autem ad deficientis.C.de caduc.tollen.& c.ad audientiam.de decim.cum similibus.Et istam opinionem in fortioribus terminis firmat patruus, & dominus meus Soci.in consilio.ccvij.in causa domine Anne,columna antepenultima,versic.quibus tamen non obstantibus,vsque in finẽ consilij,nam in casu suo vocabantur agnati masculi,& excludebantur mater,linea materna, & omnes alij cognati,& tamen concludit per tale statutum non excludi sororem,quia dicitur agnata,vt per eum, fortius ergo in casu nostro id esse debet, cum solum excludantur cognati attinentes per maternam lineam, & vocentur consanguinei simpliciter absque expressione masculinitatis.

22 ¶ † Facit pulchra decisio Andree siculi,in consilio decimo sexto,clementissimi Dei per totum, vult enim quod statutum excludens matrem, & coniunctos per lineã maternam non excludat auiam paternam,que tamen nõ dicitur agnata,prout etiam voluit dominus meus Socin.in preallegato consilio vigesimo octauo,quarto volumine.Minus ergo in casu isto excludetur soror,que est agnata,& proximior secundum computum graduum iuris canonici.¶ Facit etiã decisio Bald.in consilio.cccxv.statuto ciuitatis Parme,

23 secundo volumine,† vbi concludit,quod statutum excludens matrem,& maternam lineam propter agnatos masculos non excludat amitam,vt per eum,minus ergo in casu nostro debet dici exclusa ista soror.¶ Et ista opinio,quod statuta excludentia lineam maternam propter agnatos, etiam si dicatur masculos,non excludant feminas agnatas,vt est

soror, amita, ⁊ similes, est de iure verior, licet quidam con-
trarium dixerint, ⁊ est etiam communis, vt clare firmat Al
ber. brun. in suo tractatu de statutis feminas, ⁊ cognatoꝝ
lineam exclud. in sexto articulo principali, in secunda que-
stione, secundi membri, vbi allegat predicta consilia, ⁊ alia
plura, vt per eum, prout etiam. s. dixit dominus consultor,
ab ea igitur nephas esset presertim in iudicando recedere
per iura vulgaria. ¶ Nec huic communi, ⁊ verissime con
clusioni ob. ratio conseruandi cyppi domus, seu agnatio-
nis, de qua in dicta reformatione, propter quaz videtur, ꝙ
etiam ista soror dicatur exclusa, vt. s. in contrarium argue-
batur. Quoniam respondetur pluribus modis. ¶ Et pri-
24 mo dico, † ꝙ immo per hanc sororem cyppus domus con-
seruatur, dum viuit, cum sit agnata dicatur de familia ben-
ciorum, ⁊ eius familie arma ferat, vt est plusquam notissi-
mum, ⁊ probatur in. l. consanguinitatis. C. de legittimis he
redibus. nam si femina iure consanguinitatis succedit, vt
25 ibi dicitur, ergo dicitur agnata, † cuz ꝯsanguinitas sit agna
tionis species, vt. §. vulgo quesitos. institu. de success. co-
gnat. ⁊ licet post mortem eius, ipsius filij non sint talez agna
tionem conseruaturi, tamen hoc non debet operari, vt ex-
clusio generis materni, seu agnatoꝝ ex materna linea (per
quos etiam viuentes agnatio Benciorum non conseruare
tur) debeat extendi ad istam sororem, cum magna sit diuer
sitas terminorū, ⁊ rationis, est enim vt dixi ista soror agna
ta, ⁊ dum viuet agnationem conseruabit, quorum neutruz
reperitur in cognatis ex materna linea, merito ergo exten-
sio fieri non debet cum ex diuersis minime sit inferendū. l.
inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligatio. l. fi-
26 nali. ff. de calumniato. cum similibus. † Et maxime in casu
isto, cuz simus in exorbitantibus, correctorijs, ⁊ etiā odio-
sis, saltem in isto capite exclusiuo, in quibus dici vulgo so-
let non fieri extensionem etiaz ex identitate rationis, vt per
doctores, in. l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio. in. l.
si constante. in principio, in nona questione, prime partis eo
dem titu. ⁊ in aucteuti. quas actiones. C. de sacrosanctis ec
clesijs. ⁊ alibi sepe. Minus ergo fieri debet extensio, si non
sit eadez ratio, prout isto casu non est per predicta. ¶ Nec
est nouum, ꝙ dispositio excludens genus maternum, ⁊ co-
gnatos propter agnatos non excludat feminas agnatas, ⁊
27 maxime, que dicitur consanguinea, † nam videmus, ꝙ lex.
xij. tabu. vocabat legittimos heredes idest agnatos eorum
fauore, ⁊ excludebat cognatos, quod certe pro conserua-
tione familie, ⁊ agnationis factum erat, non tamen exclu-
debat feminas agnatas presertim sorores imo ipse, ⁊ alie
agnate cum fratribus, ⁊ alijs agnatis masculis vocaban-
tur secundum gradus prioritatem, vt. l. prima. ⁊. l. lege. xij.
tabula. ⁊ per totum. C. de legittimis heredibus. ⁊ in. §. ce-
terum. maxime in versi. ⁊ hec quidem lex. institu. de legitti-
28 mis agnatorum successione. ⁊ ibi not. Ange. are. † Et ideo
bene dicit Corn. in dicta. l. lege. xij. tabu. secunda columna,
ꝙ lex. xij. tabu. licet faceret differentiam inter descenden-
tes ex masculis, idest agnatos, ⁊ descendentes ex feminis
idest cognatos, non tamen inter agnatos faciebat differen
tiam inter masculos, ⁊ feminas, quia pariter vocabat, ⁊
sic exclusio cognatorum fauore agnationis conseruande fa
cta non excludebat agnatas feminas. Sic ergo ⁊ isto casu
dicendum est, negari enim non potest hoc plus esse in agna
tis feminis, q̄ȝ in cognatis etiam masculis, ꝙ scilicet ꝑ eas
29 viuentes agnatio conseruatur, vt. s. dixi, † ⁊ predicto argu
mento, videlicet ꝙ non sit eadem ratio excludēdi feminas
agnatas, que est excludendi matrem, ⁊ coniunctos per eaz
cum similitudine legis. xij. tabula. vtitur Corn. in dicto con
silio octuagesimo secundo, tertia columna, quarto volumi-
ne, vbi loquitur in filia fratris, ⁊ sic in persona remotiori, q̄ȝ
sit soror in casu isto, fortius ergo idem dici debet respectu so
30 roris, vt statiz deduxi. ¶ † Et hoc ita stante respōdetur ad
illud, quod vltimo loco in contrarium allegabatur, videli-
cet ꝙ propter rationis identitatem non debebat dici exten
sio ⁊c. quia allegata in contrarium procedunt, quando om
nino, ⁊ in totum ratio expressa reperitur in casu non expres
so, nec aliqua dissimilitudo reperitur aut ratio contrarium
suadens iuxta nota. in. c. constitutio. super glo. fina. de elect.
libro. vj. vbi post alios declarat Philip. francus, ⁊ tradit
egregie Joan. de imo. in. l. si vero. §. de viro. quinta colum-
na. ff. soluto matrimonio. versicu. ⁊ hec vera quando ⁊c. ⁊
Joan. crot. in dicta. l. omnes populi. columna quadragesi-
ma prima, versicu. decima quinta conclusio, ⁊ satis dixe-
runt. s. clarissimi iudices Rote magnifice ciuitatis Sena-
rum in eorum subscriptione ad quos me refero, in casu au-
tem nostro ratio illa conseruandi cyppi domus expressa in
reformatione q̄ istam sororem, oino ⁊ in totum non reperi
tur, ⁊ dissimilitudo datur inter eam, ⁊ coniunctos per lineā
maternam, vt dictum est, ergo per talem reformationez nō
31 potest dici exclusa, † ⁊ ꝙ soror amita, ⁊ similes mulieres di
cantur agnate, in eis duret agnatio, ⁊ ꝙ ratio agnationis
conseruande per statutum considerata etiam in eis aliqua-
liter militet, firmat Alexand. consilio. lxxxix. circa primuz,
columna finali, versicu. non ob. statutum, sexto volumine.
¶ Secundo ad predictam rationem in reformatione ex-
pressam, seu ad argumentum contra istam sororem, quod
32 ex illa ratione sumebatur, † Respondetur, ꝙ illud argumē
tum ⁊ correctio statuti ad casum non expressum vltra con-
cursum rationis requirit, ꝙ saltem lato sumpto vocabulo,
casus ille non expressus comprehendatur sub expresso, vt
voluit glo. in versi. ad curationem, ⁊ ibi doctores sequun-
tur in auctenti. vt hi qui obliga. se hab. perhib. ⁊c. in princi
pio, columna sexta, ita declarat signanter Joan. de imol. in
dicta. l. si vero. §. de viro. columna quarta, versicu. fallit se-
cundo secundum quosdam, ad quod plures concordātes
adduci possent, vt per Alexandrum in consilio sexagesimo
tertio, stantibus his. secunda columna, prope finem, versic.
pro hoc etiam facit, quarto volumine, in consilio. cciiij. con
sideratis verbis, secūda columna, versi. quia respondeo. se
cundo vlumine, ⁊ in consilio. cxiij. perspectis his. secunda
columna, versi. comprobatur quia ⁊c. sexto volumi. quod
etiam voluit Corn. in dicto consilio. lxxxij. quarto volumi
ne, columna penultima, versic. non ob. primum, ⁊ in consil.
lxxxvj. dominus Petrus in subscriptione, secunda colum-
na, primo volumine, ⁊ patruus meus Soci. in consil. cxxij.
circa primum. tertia columna, versicu. non ob. secunda ra-
tio, tertio volumine, ⁊ in consilio vigesimo octauo prealle-
gato, sexta columna quarto volumine, sed sic est, ꝙ soror
ista appellatione exclusorum etiam lato sumpto vocabulo
non continetur ergo ⁊c. illud autem satis constat, nam de
matre, auo, ⁊ auia, ꝙ scilicet talia vocabula non contineāt
sororem, est indubitatum. similiter etiaz non continetur sub
vocabulo, attinentibus per lineam maternaz, intellecto, p-
ut reformatores intelligunt, volunt enim intelligere solum
de his, qui solum, ⁊ dumtaxat linea materna coniungun-
tur, ita ꝙ non linea paterna, alioquin posset dari casus, ꝙ
persona inclusa, ⁊ persona exclusa esset vna, ⁊ eadem cōtra
ipsorum reformatorum mentem, ꝙ nullo modo est dicen-
dum argumento. c. fina. extra de institut. sed sub tali voca-
bulo eo modo intellecto ista soror, nec lato sumpto vocabu
lo potest dici comprehensa, cum sit coniuncta per lineaz pa
ternam, seu masculinam, ergo ⁊c. ¶ Preterea ⁊ tertio re
33 spondetur, † ꝙ argumentuz in contrarium procedere pos-
set (cum sit contra verba reformationis) quādo de tali men
te disponentium appareret iuxta. l. non aliter. in princip. ff.
de leg. iij. ⁊. l. prima. §. si is qui nauem. ff. de exercit. cum si-
milibus. Sed in ꝓposito dico ꝙ nedum de tali mēte non
constat, immo etiaz constat de mente contraria, vt. s. ista so
ror non excludatur, nam cum reformatio ista precise, ⁊ no-
minatim excludat cognatos per lineam maternam attinen
tes ad eos tantuz suam exclusionem taxando, ⁊ restringen
do, vt. s. dicebam ponderando dictionem. illa. s. sequitur,
ꝙ istam sororem, in qua non est illa qualitas, noluerūt ali-
quo pacto excludere, vt. s. etiam dicebam, ⁊ si voluissent et
istam sororem, ⁊ ceteras agnatas feminas excludere, satis
erat, ꝙ vno verbo dicerent soli agnati masculi succedant
34 vsqȝ ad talē gradum, † naz per ista verba, ⁊ per inclusionem
vocatorum omnes alij fuissent exclusi iuxta doctri. Barto.
in. d. l. ij. §. videndum. ff. ad tertul. Cum igitur non sic dixe
rint, sed restrinxerint, ⁊ taxauerint suam exclusionem ad ge
nus maternum, clarissime ostenditur, ꝙ noluerunt istam
sororem

sororem,nec alias feminas agnatas excludere arg.l.cum
pretor.in principio.ff.de iudi.cum similibus.& respectu ge
neris materni sic taxatiue exclusi debet intelligi ratio in re-
formatione expressa de conseruatione cyppi domus,ita sin
gulariter determinat quasi in terminis nostris Andr.sicu.
in dicto cõsi.xvj.primo volu.ij.& .iij.colum. naz in casu suo
ratio conseruande agnationis erat expressa,& tamen exclu
sio matris,& generis materni,ꝙ in statuto exprimebatur,
non operatur exclusionem auie paterne,vt per eum,qui di
cit,ꝙ ratio conseruande agnationis posita in ꝓhemio sta-
tuti,lz videatur generalis,tamẽ dicitur restricta per sequen
tem dispositionem,vt.s. solum procedat respectu generis
materni,quod tantum per statutum excluditur,& ita ꝓprie
dicendum est de ista ratione in prohemio nostre reforma-
tionis expressa,vt.s.restringatur & procedat solum,& dum-
taxat respectu generis materni, quod expresse, & taxatiue
35 excluditur.¶ †Et ꝙ non arguatur ex ratione etiã expres-
sa,si lex correctoria loquatur taxatiue,& restrictiue(ꝓut fa
cit ista reformatio)firmat Jas.post Bal.& alios per euz al
legatos,in dicta aucten.quas actiones,mihi in.vij.colum.
versicu.secundo limita istam fallentiam C.de sacrosan.ecc.
& Jo.cro.in dicta.l.omnes populi.preallеg. colum.xxxix.
in dicta octaua conclusione ibi quod tamen limita &c.nec
mirum,qr si aliud non constet,semper debemus inherere
verbis dispositionis & statuti,vt dicta.l.non aliter.de lega.
36 iij.cum simi.†verba enim dicuntur portare pondus totius
statuti,ẜm Bal.in.c.primo.versic.quero quomodo.q feu.
dare pos.in vsibus feudorum,& alios plures,quos refert,
& sequitur Cur.in consilio.lxxviij.domina Francescbina,
secunda colum.in fi.Cum ergo verba hic sint taxatiua, &
restrictiua exclusionis dz dici,ꝙ etiam rationem dicantur
restringere ad expressam conclusionez per predicta.¶ Ad
37 quod optime facit,†qr ratio in aliqua lege allegata,lz vi-
deatur in verbis generalis,debet tamen restringi ad termi
nos,in quibus loquitur,quãdo eius generalitati repugnat
mens disponentis, vt.l.de eo.§.si quis ex vnis. iuncta
glo.fina.ff.ad exhib.&.§.fratris.cum sua glo.insti.de nupt.
restringatur ergo in casu isto illa ratio conseruandi cyppi
domus ad terminos,in quibus ponitur,vcz ad exclusionez
generis materni tantum,cum si aliter intelligeretur ratio-
nis generalitas repugnaret menti ipsius reformationis,vt
ex predictis constat.¶ Quarto & vltimo respondetur, ꝙ
allegata in contrarium procedunt, quando ratio expressa
38 est finalis,& vnica,†verum si non sit finalis,vel non sit vni-
ca,non potest lex correctoria de casu expresso trahi ad non
expressum,iuxta nota.per Joan.and.in nouel.in.c.primo.
de tempor.ordi.lib.vj.quem refert, & sequitur Mathesil.
in suo tracta.extensionum.v.colum.ꝓut istos refert, & se-
quitur Joan.crot.in.d.l.omnes populi.in preallega.octa-
ua conclusione in fi.Sed in ꝓposito ratio illa conseruandi
cyppi domus vel non est finalis,qr ratio alia,que in princ.
allegatur,vz pro vnione,pace,& concordia ciuium, & vt li-
tes,& contentiones ciuiles tollantur,videtur ratio finalis.
d.reformationis,cum per se induxisset dispositionem & di-
spositam conseruaret,iuxta not.per Abb.& alios,maxime
Deci.in.c.cum cessante.in primo nota.extra de appel.Vel
si potest dici finalis,non tamen fuit vnica,cum ẽt ratio pre-
allegata sit specifice,& pro finali in reformatione expressa,
ergo sequitur,ꝙ ex tali ratione non debet argui, vt.s.refor
matio trahatur ad exclusionem huius sororis, cum de ipsa
excludenda nihil in reformatione dicatur, immo ex verbis
eius restringentis exclusionem ad genus maternum cõtra-
39 rium inferatur,vt.s.dictum fuit.¶ †Et maxime hoc dicen
dum videtur,qr pro regula dici solet statuta exhorbitantia,
& iuris cõis correctoria(prout est ista reformatio)recipere
interpretationem restrictiuam,vt sic ius cõmune minus le-
datur,vt per docto.in.l.ij.C.de noxal.& in.c.cum dilectus.
de ꝯsuetu.& alibi sepissime & adeo,vt ea de causa liceat ẽt
verba impropriare,vt per docto.in.d.locis,& tradit Cur.
in.d.consi.lxxviij.vj.colum.Nulli autem dubium est ius cõ
mune minus ledi,si ista soror non dicetur exclusa,q̃z cõtra-
riuz igitur &c.¶ Et vltra predicta si volumus,ꝙ ratio illa
conseruationis cyppi domus non sit finalis, ꝙ ex ea argui
non possit,probatur in.l.ij.§.fi.ff.de donat.& in vulgato.§.
sexum.l.i.ff.de postu.& voluit glo.in ver. periculosis, in.c.
cupientes.in prin.de elec.lib.vj.quam ibi sequuntur doct.
Si vero volumus,ꝙ sit finalis,sed non vnica,ꝙ ex ea non
arguatur ad exclusionem sororis,posito,ꝙ in ea talis ratio
40 cesset,probatur ex eo,ꝙ vulgo dicitur,†ꝙ quando plures
rationes finales considerantur in aliqua dispositione, licet
vna ex rationibus cesset,non tamen cessat dispositio,si alia
ratio remanet,vt in.§.affinitatis.& ibi not.Ange.areti.in-
stitu.de nup.l.liberorum.& ibi summat Bald.ff.de his qui
not.infa.facit.l.si non lex.in prin.& ibi tradit Jo.de imo.ff.
de her.instit.cum simi.pro quo soleo allegare text. in.l.ser-
uus si heredi.in prin.ibi due sunt enim cause.ff.de sta.liber.
Cum ergo reformatio voluerit excludere genus maternũ,
& primum vocare,tum ratione vnionis,pacis, & concor-
die,seu vt lites ciuiles tollantur,tum etiam ratione conser-
uandi cyppi domus,lz in ista sorore videatur cessare secun
da ratio(posito tamen,ꝙ ita sit)tamen cum non cesset pri-
ma,& illa soror sit de genere paterno,non video,cur non de
beat admitti.¶ Cõprobaᷓ hoc ex verbis reformationis
41 ibi,& maxime ratione cyppi domus ꝯseruandi &c.naz†ista
dictio maxime arguit auctorem voluisse idez etiam vbi illa
ratio cessaret,lz non tanta ratione,vt voluit glo. pen.in fi.
quam ibi not.& sequitur Flori.in.l.illud.in princip.ff.ad.l.
aquil.tradunt docto.per illum tex.in.l.qui se patris.C.vn-
de liber.dictio enim maxime dicitur implicatiua eiusdẽ effe
ctus in casu alio,vt per doct.in locis predictis,& per Cor.
in consi.lxix.visis nõnullis.ij.colum.primo volu.cum simi.
Sic ergo ex vi talium verborum sequitur solum genus ma
ternum excludi,& paternum vocari etiam ꝙ non sequatur
conseruatio cyppi domus.¶ Ad quod optime facit pul-
chra illa doctri.Bart.cõmuniter approbata in.l.i. colum.
42 pen.ff.solu.ma.†dum concludit,ꝙ mulier sterilis habet pri
uilegia dotis,lz illa fuerit concessa,maxime vt ciuitas libe-
ris repleatur,que ratio cessat in sterili,naz dicit Bar. ꝙ ex
dictione illa maxime apparet plures esse rationes, & priui-
legia habere locum ẽt vbi cesset ratio illa posita per dictio-
nem maxime.sic ergo dicendum est in ꝓposito ẜm quod.s.
deduxi.¶ Et hec sufficiant circa caput exclusiuum huius
reformationis,ex quibus luce clarius demonstratuz est per
tale caput do.Euridicez sororem defuncti nullo modo esse
exclusam a successione fratris.¶ Et ex his pleraqz seruiẽt
etiam circa considerationem capitis inclusiui, vt.j.dicam.
¶ Si igitur secundo loco consideramus eiusdem reforma
tionis caput inclusiuum,dum vocat consanguineos ex li-
nea masculina vsqz ad tertium gradum, adhuc & quidem
intrepide dicendum est in ꝓposito casu hanc sororem non
esse exclusam duplici principali fundamento.¶ Et primo,
qr immo veritas videtur,ꝙ sit in tali capite inclusa,ipsa.n.
dicitur consanguinea ex linea masculina,vt.s.dictum est, &
est.j.tertium gradum,vt est notissimum ergo &c, & lz verbuz
illud consanguinei in reformatione positum sit generis ma
sculini,tñ dicitur in proposito concipere femininum, vt sic
etiam consanguinea femina dicatur pro suo gradu vocata,
43 vt est soror,& amita.†Est enim in iure regula, ꝙ masculi-
num concipit femininum,vt.l.i.l.detestatio.§.i,& .l.stuprũ.
§.fi.ff.de verb.signi.l.i.§.adeo.ff.de pecu.l.si ita scriptum.
in prin.ff.de leg.ij.& .l.qui duos.ff.de lega.iij.cum simi. tra-
dunt Bar.& alij in.d.l.i.de verb.sig.& doc.maxime Mo-
der.in.l.si qs id qd.ff.de iurisdi.om.iud.Archid.in.c.si qs
suadente.xvij.quest.iiij.& Gemi.in.c.generali.de elect.lib.
vj.cum concordantibus,vt per Corn.in consi.ccxlviij.vide
tur prima facie.ij.colum.versic.nec etiam ob.iij.volu.& per
Deci.in.l.secunda.colum.xiiij.ff.de regu.iur.& multum ad
propositum tradit Alexand.in consi.cxvj.circa dubitatio-
nem,colum.fina.versic.tertio potest responderi.ij. volumi.
44 †concludens in casu suo,ꝙ sub istis verbis coniuncti ex li-
nea paterna &c.etiam femine continentur,& quidem ex pro
prio significato,vt per eum,qui idem firmauit in cõsi. cxxv.
viso processu.iiij.colum.versi.non ob.etiam si diceretur,se-
ptimo volumine,vbi dicit,ꝙ statutum loquens per istud
adiectiuum coniunctos,& sic per terminum cõmunem sine
alio termino(vt dicit in dicto consi cxv.)comprehendit cõ
iunctas feminas etiam ex propria significatione, prout ẽt
& aperte dixit idem Alexand.in consilio.lxxix.Franciscus,

& Benuenuta, colum. penul. versi. tertio potest responderi sexto volumine. Sic igitur videtur dicendum in proposito de verbis istius reformationis. s. consanguinei ex linea masculina, ut comprehendant etiam consanguineas ex ppria significatione, cuz etiam illud verbum consanguinei sit adiectiuum positum sine alio termino, & possit dici terminus communis, sicut Alexand. in dictis consilijs dicit de verbo coniuncti &c. ¶ Accedat etiam decisio Cor. in consil. xcv.
45 in hac consultatione. v. columna, secundo volumine. † dum concludit, q ista verba posita in statuto, vcz li parenti dal lato del padre &c. includit etiam feminas, ut per eum, & in terminis nostris, q in isto verbo consanguinei ex parte patris, posito in statuto ad exclusionem generis materni comprehendantur femine firmat Corn. in dicto consil. cclviij. tertio volumine, & Benedi. cap. in consi. xcj. subscripsi me, qui fortius voluit, q sub versi. proximiores consanguinei, comprehendatur auia paterna ut per eum, & ad hoc possent plures alie decisiones allegari, que gratia breuitatis obmittuntur. Et ista opin. q ista soror, ut agnata, seu consanguinea ex linea masculina dicatur comprehendi in hac reformatione, in eius capite inclusiuo videtur audacius firmanda propter quoddam statutum in eodem loco seruandum, sub rub. q masculinum genus concipiat femininum, quo generaliter cauetur, q quodlibet capitulum presentis statuti, quod loqueretur ex masculino genere, extendat ad femininum, modo illud, quod in capitulo continetur, possit
46 ad femininum genus adaptari, † nulli autem dubiuz est materiam successionis congrue ita aptari ad feminas, sicut ad masculos, cum pariter iura tam masculos, q̄z feminas vocent, quinimmo nature accusatores reputantur qui inter eos differentiam faciunt. l. maximum vitium. vbi per omnes. C. de liber. pret. ergo &c. & ita propter tale statutū alias
47 dixit Bal. in consi. xlvij. factum tale lib. v. † q statutū Aretij, quo fratres patrueles vocabantur ad successionem dicitur vocare similiter etiam sorores patrueles ratione predicta, ut per eum. ¶ Facit q2 per tale statutum clara mēs statuentium ostenditur, q in quibuscunqz dispositionibus eorum masculinum concipiat femininum, ut declarat Cur. in consi. ix. Ticinensi statuto, col. fi. versi. & multum pro ista
48 parte. ¶ Comprobatur ista opin. † q2 cum ista reformatio generaliter vocet ɔsanguineos ex linea paterna (quoꝝ appellatione etiam femine veniunt, ut dixi) debet generaliter intelligi in quolibet sub genere comprehenso, & sic etiam in feminis. l. i. §. generaliter. cum multis similibus. ff. de lega. prestan. non obstāte, q in femina videatur minor ratio, q̄z in masculo, quoniam lex generalis omnes casus comprehendit, etiam, q in vno sit minor ratio, q̄z in alio, tex. est singularis in. l. i. §. quod autem. & ibi docto. tradunt. ff. de alee lusu, & aleat. Et si illud procedit ibi, vbi sumus in penalibus, in quibus solet fieri strictissima interpretatio. l. pen. ff. de pen. cum similibus, fortius procedet hoc in casu isto, cuz ex tali interpretatione in occurrenti casu ius commune, nedum non ledatur verum etiam a lesione defendatur, ut est notissimum. Esto ergo q per istam sororem solum ipsa viuente agnatio conseruetur & non post eius mortem, per masculum vero etiam post eius mortem conseruari possit, & sic aliquo respectu videatur minor ratio in ea, tamen cum reformatio generaliter, & simpliciter de consanguineis ex linea paterna loquatur, debet intelligi etiaz in feminis, & sic, ut etiam hanc sororem comprehendat. ¶ Nec predictis obstat, si dicatur nos esse in materia differenti, seu in qua cōsideratur ratio differens inter masculos, & feminas, ut. s. in contrarium arguebatur, quoniam dico, q immo materia est indifferens, q2. s. agit de materia successionis, que vtriqz sexui pariter congruit, ut modo dixi. Et licet in reformatione ponatur ratio conseruandi cyppi domus, tamen ex ea in proposito non est arguendum, ut scilicet per talem rationem sit facienda differentia inter masculos, & feminas, tuz quia ratio illa non est vnica, & forte etiam non finalis, tum etiam quia etiam in feminis talis ratio consideratur saltez quo ad mentem disponentium, qui eam rationem considerarunt, & posuerunt solum ad exclusionem generis materni, ut hec omnia patent ex his, que dixi. s. circa caput exclusiuum in responsionibus ad illam rationem maxime in prima, tertia, & quarta responsione. ¶ Sed dicet aliquis,
49 † q immo ista soror non potest dici inclusa, aut vocata per istud caput inclusiuum, nam in eo vocātur consanguinei ex linea masculina, sed ista soror licet sit consanguinea, non tamen videtur, q possit dici ex linea masculina, ut videtur cōcludere Pau. de cast. in. l. maritus. C. de procura. colum. fina. versi. & ego inducebam, quem sequitur Alexan. in. l. gallus. §. nunc de lege, versi. sed iuxta hoc quero. ff. de liber. & posthu. & in consilio. xliij. consideratis his secunda colum. versiculo sed premissis non obstantibus. iij. volumi. verū tamen ad hoc respondetur. ¶ Et primo dici forte posset, q illa opin. Paul. de iure non pcedit, prout illam reprobat Ias. in. l. secunda. mihi columna. lxxiij. C. de iu. emphi. & est in vigesima prima questione, in versi. item aduerte q primum fundamentum, de quo ad eum me remitto. ¶ Et posito, q opi. Pau. de ca. in casu suo sit vera. Secundo loco respondetur, q illa nihil facit ad casum nostrum, procedit eniz in casu suo, qui a nostro diuersissimus est, & ideo velut ex diuersis non est arguenduz. l. naturaliter. §. nihil commune. cum vulgaribus. ff. de acquir. poss. Diuersitas autez ostenditur, nam Pau. de cast. loquitur respectu emphiteosis recepte per se, & liberis suis per lineam masculinam de-
50 scendentibus, † & dicit, q filia recipientis non dicitur de linea masculina, prout fuit intellectum in ipso contractu, in quo fuit considerata linea masculina liberorum, & liberi ipsi sunt caput sue linee, & ideo filia illa tanq̄ caput linee feminine sapiet eandem naturam quam saperent descendentes ex ea, qui vere essent de linea feminina, ut per eum, & Alexan. in locis predictis. Sed in casu isto hoc non potest considerari, quia linea non dicitur accepta eo modo, sed generaliter capitur linea masculina respectu agnationis morientis, & non respectu linee ipsius, tanq̄ descendentis ex suo patre, quod euidentissime ostenditur, quia ista reformatio presupponit morientes sine descendentibus decessisse, adeo q de eius linea impossibile esset tractare, que iaz finita eēt, ipse enim fuit sue linee caput, & finis, vnde oportet fateri, q in ista reformatione linea masculina capitur generaliter p linea agnatitia, hoc est pro descendentibus ex agnatis masculis, ut sic etiam ista soror dicatur de tali linea, alioquin nec patruus ipse posset dici d linea masculina moriētis aut
51 patris eius. † Nec esse feminam impedit posse dici ex linea masculina, si ex masculo nascatur, ut iudicio meo est notissimum, & volunt etiam Pau. & Alexā. in locis predictis, si bene aduertantur, & expresse dicit Alex. in dicto consi. xliij. versi. non ob. id quod notatur. Et stantibus predictis dicitur sublatum etiam, quod secundo loco allegatur in cōtrarium, nam si ista soror dicitur includi, seu vocari per caput inclusiuum secundum predicta, non potest dici, q illud idez caput excludatur, ut de se patet. ¶ Secundo principaliter posito (absqz veri preiudicio) q ista soror nō sit vocata per caput istud inclusiuum, adhuc dico, q debet admitti ad successionem fratris excluso patruo, si non ex expressis verbis reformationis, saltem ex interpretata mente eius in hoc nō alterante dispositionem iuris communis, ut sic dicamus illam succedere de iure communi, quod in occurrenti casu
52 non dicitur immutatum, † sed dicitur casus obmissus, & io tanq̄ obmissus dicitur remanere sub dispositione iuris cōmunis iuxta. l. si extraneus. & ibi not. docto. ff. de conditio. ob causam. l. si cum dotem. in princip. vbi etiam doctor. dicunt. ff. soluto matrimonio. cum similibus, ut per patruum, & dominum meum Soci. in consi. ix. viso statuto. ij. columna. iij. volumine, & per Alexand. in consi. xlij. in causa & lite, prima columna, tertio volumine. Nec valet ista ɔsequētia aliqua persona per statutum non reperitur vocata ad successionem, ergo debet omnino excludi, quoniam potest venire per regulas iuris communis, quod in eo non reperitur correctum per statutum, prout hanc consequentiam negat Cur. iunior in suo consi. ix. circa premissam. in principio, & sufficit, q persona que iure communi admittitur non repe-
53 riatur per statutum exclusa, † & ideo alias dicebat Bald. in. l. fina. C. ad senatusconsul. tertul. q si statutum propter fratres patrueles excludebat matrez, amita si cum eis concurrat, potest succedere, quia statutum ipsam non excludit, nec de ea loquitur, & licet Bal. ibi aliqualiter dubitare videatur

deatur propter existentiã matris, que de iure cõmuni ami te erat preferenda, tamen si mater non superesset, absolute intendit, ꝙ amita patrueles excluderet, ⁊ hoc clare dicit in.l.si defunctus.prima columna, versi. sed tunc obijcitur, .C.de legittimis heredibus. vbi etiam hoc expresse firmat Paul.de cast. vt ibi in apostill. ad Bald. refert, ⁊ sequitur Alexand. quod etiam firmat Ange.in.l.illam. versi. ⁊ per hoc dicunt quidam.C.de collatio. ⁊ ita proprie secundum Bald. ⁊ alios predictos dicendum est in casu isto de ista sorore, vt.s.patruum omnino excludat, cum (vt dixi) de iure cõmuni vocetur, ⁊ per statutum non excludatur, ⁊ ita tanquam casus obmissus dicitur remanere sub dispositione iu
54 ris communis per predicta. ¶ † Nec ob. quod.s.in contrarium dicebatur, videlicet istam sororem excludi per inclusionem consanguineorũ masculorum (posito ꝙ ipsi tantum includãtur absq; tamen preiudicio veritatis) iuxta doctrinam Bar.in dicta.l.secunda.§.videndum.ff.ad tertul. cum alijs.s.in contrarium allegatis, quoniam respondetur, ꝙ illud argumentum semper non procedit, non enim valet semper ista consequentia, statutum vocat aliquem certo casu, ergo semper ⁊ indistincte omnes alias personas excludit, prout patet ex notatis per Bald. Pau.de ca. ⁊ alios in dicta.l.si defunctis. ⁊ in dicta.l.illam. ⁊ tradit Corn.in dicto consi.lxxxiiij.in hac consultatione, in fi. quarto volumine, ⁊ in consil.cclxxvj.constat matrem, tertia columna, eodem volumine, vbi dicit, ꝙ illud argumentum, aliquando ꝑcedit, ⁊ aliquando non, ⁊ ex ratione suadente, vel dissuadente hoc cognosci potest, vt per eum. ⁊ in proposito ratio manifeste suadetur tale argumentum non procedere ad exclusionem sororis, quoniam inclusio consanguineorũ sit solum, ⁊ dumtaxat ad exclusionem matris, ⁊ eius linee, ad quam verba reformationis restringunt exclusionem, vt.s. dixi, vnde non debet talis inclusio operari exclusionẽ istius sororis, cum propter eam non fiat, ⁊ ita in terminis dicit Corne.in consi.cclxxj.de hac consultatione, quinta colum
55 na, versicu.nec ob.ꝙ statutum, quarto volumine. † Concludens, ꝙ quando inclusio aliquorum est respectiua ad exclusionem certarum personarum, non potest operari exclusionem ceterarũ, quarum respectu nõ dicitur facta, ⁊ istud voluit Bald.in.l.illam.prima colum.C.de collat.versi. nõ ob.prima ratio Bar. dum dicit, ꝙ agnatis defertur successio, ⁊ sic includuntur ad preiudicium matris, non aliorum, de quibus statutum non loqtur, hoc idem concludit dominus meus Soc.in dicto consi.cxxij.circa primum, tertia columna, tertio volumine, volens ꝙ inclusio, que non est simplex sed respectiua ad exclusionem certarum personarum non operatur exclusionem aliarum, vt per eum, qui allegat Bal.in dicta.l.illam. ⁊ alios, vt ibi videri potest, ⁊ ita proprie est in casu isto, in quo per reformationem includuntur consanguinei respectiue ad exclusionem linee materne, sic ergo non debet talis inclusio operari exclusionem istius sororis, que dicitur agnata, ⁊ de linea paterna, de qua reformatio non loquitur. Hoc etiam in simili voluit Cor.in consi.x.transeamus, septima columna, nec ob.tertia ratio, vbi postq̃ consuluit, ꝙ statutum quo excluditur filia dotata, ⁊ inuitatur patruus, non excludat filiam indotatam, dicit nõ obstare, ꝙ ex inclusione seu inuitatione patrui videantur ceteri omnes exclusi iuxta doctrinam Bar.in dicto.§.videndum. quoniam dicit Corne.in primis, ꝙ illa doctri. Bart. non transit sine dubio per allegata ibi per eum. ¶ Posito tamen, ꝙ aliquo modo Bar. bene loquatur, secũdo dicit, ꝙ eius doctrina procedit, ⁊ intelligi debet, vt.s. per caput inclusiuum censeantur exclusi etiam hi, de quibus non sit facta expressa mentio, in quibus tamen sit maior ratio exclusionis vt si propter agnatos statutum excludat matrem censeatur excludere etiam omnes coniunctos per matrem ipsa matre distantiores, cum in eis sit maior ratio exclusionis q̃ in matre, ⁊ ita in similibus casibus, sed si non sit maior ratio, immo nec eadem, persone de quibus statutum non loquitur eas excludendo non dicuntur excludi ẽt vigore capitis inclusiui, prout est in casu Cor.ibi in filia dotata, in qua non dicitur eadẽ ratio, vt excludatur que est in filia dotata, vt per eum, ⁊ ita proprie dõm est in proposito, q2 cum in ista sorore non sit eadem ratio eam excluden

di, que est in matre ⁊ ꝯiunctis per eã, vt.s.dictum fuit, ⁊ eã reformatio expresse nõ excludat, nõ dꝫ ẽt dici exclusa vi in
56 clusionis ꝯsanguineorꝫ masculorꝫ. ¶ Facit ad ꝑdicta, † q2 exclusio de qua per Bar.in.d.§.videndũ.i.que fit virtute capitis inclusiui dicitur tacita ex interpretata mente legis, vnde dicendum est, ꝙ non procedat, quando adest expressa exclusio, expressum enim facit cessare tacitum.l.finali C.de pact.conuent. ⁊.l.cum ex filio.§.primo. ⁊ ibi not. Bart.ff. de vulgari ⁊ pupillari.cum similibus, ⁊ tradit Bald.in.l. testamento.in secunda oppositione.C.de impub. ⁊ ali. substitutionibus, vbi etiã tradunt dominus Deci. ⁊ alij, ⁊ in simili tradit dominus Marianus soci. auus meus in consilio trigesimo octauo, pro decisione, post principium, ⁊ in multis locis, maxime in tertia columna, versicu.non ob.primum. Cum igitur ista reformatio vocans consanguineos, expresse declaret ad quorum exclusionem vocat, videlicet matris, ⁊ coniunctorum per eam, ⁊ sic habeamus expressam exclusionem non est deueniendum ad tacitam, vt scilicet etiam ista soror dicatur exclusa, cum eius exclusioni omnia iura, omnesq; rationes, simul ⁊ verosimilis mens reformatorum repugnent, vt ex supra dictis euidenter constat.
57 ¶ † Facit pro hoc, quia statuentium mens (nisi verba aliter necessario importent) non presumitur contra dispositionem iuris communis, neq; interpretari debet, vt veniat ad ledendum, ⁊ corrigendum ius commune, nisi quatenus euidenter appareat, vt post alios per eum relatos tradit Cur. in consilio trigesimo septimo, considerato themate, tertia columna, versicu.quarto ⁊ clarius, ⁊ in dicto consilio septuagesimo octauo, columna sexta, circa finem, cum multis concordantibus, qui ad hoc allegari possent. Cum igitur in proposito verba reformationis solum, ⁊ taxatiue matrem, ⁊ eius lineam excludant, ⁊ solum predictorum exclusionem importent, non debet dici, ꝙ mens reformatorum fuerit etiam sororem excludere, ad quam verba non adaptantur, cuꝫ istud esset contra ius commune, ⁊ ad eius correctionem, vt est notissimum. ¶ Sit ergo ex omnibus iam dictis firma conclusio hanc dominam Euridicem sororem defuncti omnino admittendam esse excluso penitus Lactãtio patruo. Et vt conclusio ista sicut est verissima, ita etiam omnibus indubitata ostendatur, ⁊ vt alique decisiones.s. in contrarium allegate, ⁊ si que alie allegarentur prorsus remoueantur. Est nouissimo loco aduertendum, quia possunt cõsiderari plures casus distincti. ¶ Unus ergo ⁊ pri
58 mus casus sit. † quando defuncto extaret mater, vel alij per solam matrem coniuncti, ⁊ etiam extaret aliquis consanguineus vsq; ad tertium gradum, ⁊ non extaret soror, aut alia agnata proximior illo consanguineo, ⁊ iste non est casus noster, ⁊ in se non habet difficultatem, quia consanguineus admitteretur exclusa matre propter expressa verba re
theus filius Jacobi pmi datoris insolutum illius domus,
de qua agitur (ſm quod mihi in facto narratur, τ in pun-
cto etiaz exprimitur) hodie reperitur in possessione libera,
vacua, τ absoluta dicta domus, τ ex hoc concludenter in-
fertur, ꝙ si aliquando occasione dicte domus sit alicui cuz
dicto Mattheo habenda lis ipso Mattheo prout nunc
est in possessione permanente, iste Mattheus erit futurus
in ea lite reus conuentus, τ fruetur commodo possessionis
iuxta tex.in.§.cōmodum.institu.de interdict. τ que ibi per
doc. dicuntur. Et specialius in ꝓposito themate declaran
do dicimus, ꝙ si Paulus, Carolus, vel Antonius, de qꝫ
bus in puncto, pretenderent domum illam eisdem restitui
debere, eo quia fuit data in solutum τ concessa, singula sin
gulis cōgrue referendo pro ea quantitate, que est infra di-
midiam iusti precij iuxta.l.ij.C.de rescin. vendi. In eo iudi
cio absqꝫ dubio Mattheus ꝑdictus est futurus reus, qui
eo casu vtendo suis exceptionibus inter alias fortasse op-
poneret, ꝙ similiter per eius patrem Jacobū fuit data in-
solutum pro quantitate infra dimidiam iusti precij, τ per
consequens per talem, vt ita dicam, retorsionem funda-
menti se ipsum curaret defendere. ¶ Et si dicatur imo in
eo, de quo erit agendum, potius videtur, ꝙ sit futurus ac-
tor, quoniam videtur, ꝙ id petere debeat per viam recon-
uentionis, τ ꝯsequenter eo respectu videbitur actor, iuxta
totum titulum de mutu.petitio.extra.cum similibus. Dici
mus respondendo hoc esse falsum, quia imo per viam ex-
ceptionis id faceret, sicut supra declaraui. ¶ Sed posito
(sine preiudicio veritatis) ꝙ id faceret per viam reconuen
tionis, dico adhuc, ꝙ quatenus respicit casum nostrum,
2 omnino pro reo erit habendus † cum reconuentio vim ex-
ceptionis habeat, imo dicit̄ species exceptionis ſm Bal.
in.l.si constat. secunda colum.C.de compensatio. Et licet
alias reus quo ad reconuentionem sit actor, tamen simpli-
3 citer loquendo respectu totius negocij dicitur reus, † nam
τ aliter reus ipse in exceptionibus actor dicitur. vt in.l.pri
ma.ff.de exceptio.titulo generali. τ tamen simpliciter lo-
quendo, presertim quo ad ꝓpositum nostruz dicitur reus.
Et maxime hoc erit dicendum in casu nostro, cum Mat-
theus predictus id quod per viam reconuentionis pete-
ret, non fuisset alias petiturus, nisi prius ipse, vt supra di-
xi, conueniretur, sed tantum id faceret ad sui tutelaz, τ de-
fensionem, τ sic esset isto casu proprie species exceptionis,
vt dicit Bald.in dicta.l.si constat. ¶ Veruz ne super in-
utilibus frustra laborem, licet ista iuridice procedant, ta-
men vltra non prosequor, quoniam veritas est in casu no-
stro, ꝙ dictus Mattheus totum illud per viam exceptio-
nis opponeret, vt supra dixi.
¶ Istis ita positis quatenus queritur, vtrum dicto
Mattheo liceat ad perpetuam rei memoriam examina-
re testes, τ eorum dicta petere publicari, super eo pun-
cto, scilicet an tempore dationis in solutum facte iam a
Jacobo patre dicto Matthei, res ille valerent pluris τc.
distincte procedendo, respondetur, ꝙ si loquimur de iu-
re communi, certo certius est (vt vtar verbis Vlpiani,
in.l.stipulatio ista.§.sicut.ff.de verboruz obligationibus.)
4 ꝙ licet, † iure enim communi reus futurus semper po-
test id facere, quia non est in potestate sua litem mouere;
actori vero non permittitur regulariter testium examina-
tio ante litem contestatam cum in eius sit arbitrio iudiciuz
suscipere, si tamen periculum est, ne pereat fides testiū vel
ꝗ sint senes, vel lōginquo absfuturi de ꝓximo, ita ꝙ nimis
longum, τ periculosum videtur expectare litis contestatio
nem, tunc etiam actori permittitur testium examinatio ad
perpetuam rei memoriam. Ita determinant cōmuniter le-
giste in auctenti. si quis aliquid.C.de testib. τ ponit clare
Barto.in.l.lege aquilia.§.si deletum. in nona oppositio-
ne.ff.ad legem aquiliam. τ abunde ponunt canoniste in.c.
quoniam frequenter. vt lite non contesta. τ in capitulo si-
gnificauit. extra de testibus. vbi clare hoc ponit Abbas
tertia columna. versiculo sed vt habeas τc. licet ergo di-
cto Mattheo de iure communi testes examinare. Tum
quia sunt senes omnes, τ periculum imminet mortis, vel
obliuionis (quod concederetur etiam actori, vt dixi) cum
vel maxime, quia (vt dictum est) ille esset futurus reus, si de
domo sit habenda aliqua lis, cui reo simpliciter permitti-
tur examinatio predicta per superius allegata.
5 ¶ † Et postquam testium facta est examinatio licebit di-
cto Mattheo, τ in eius reponetur arbitrio petere eos pu
blicari. Testium etenim ita examinatorum publicatio dici
tur pendere ex voluntate eius, qui examinari fecit, ita sin-
gulariter declarat Abb. in dicto.c.significauit. in secunda
6 columna. ¶ † Si vero loquimur de iure municipali ciui-
tatis Pisarum, vbi causa agitur, tunc res videtur habere
difficultatem, nam statutum sub rubrica de testibus. per-
mittens examinari testes ante litem contestatam, ad per-
petuam rei memoriam, paulo post principium, in versiculo
nisi altera pars presens existens τc. Limitat id non proce
dere, vbi ille, contra quem petuntur ita examinari testes
ante litem contestatam se offerat paratum ex tunc litem su
scipere, eo enim casu non examinantur testes ante litez con
testatam, sed in proposito themate pars aduersa ita se ob-
tulit, vt in puncto narratur, ergo videtur, ꝙ talis exami-
natio fieri non possit.
¶ Sed tamen hoc non obstante in casu nostro credo ta-
lem testium examinationem τ publicationem de iure fieri
debere, τ ad hoc statutum rūdet. Primo ꝙ non loqui-
tur in casu nostro, naz videtur, ꝙ statutum loquatur in ac-
tore, nos autem loquimur in reo, qui casus velut a statu-
to obmissus remanet in dispositione iuris communis, igi-
tur τc. Et ꝙ statutum videatur loqui in actore tantum, sa-
tis probabiliter monstratur ex verbis, que ibi sequuntur,
dum dicit, nisi sit tale factum, super quo testes τc. In qui-
bus verbis in effectu videtur velle ꝙ oblatio aduersarij de
suscipienda lite, de qua ibi, in versiculo precedenti, non im
pediat testes, vt supra examinari, quando tale factum est,
super quo ille, qui eos vult examinare non potest conue-
nientem illi negocio facere petitionem, τ ita iudici videa-
tur, τ sic in isto versiculo limitatur precedens limitatio, τ
ista secunda limitatio (ni fallor) loquitur solum in actore,
qui erat facturus petitionem. In reo enim non caderet
hoc considerare, scilicet an possit apte petere, vel ne, cum
reus non petat, sed ab eo petatur. Modo sic arguitur, si
exceptio ista τ limitatio loquitur tantum in actore, ergo
pariformiter limitatio, τ regula a qua fit talis exceptio,
7 debet intelligi tantum in actore, † cum exceptio declaret
regulam, τ dicatur esse de terminis eius.l.nam ꝙ liquide.
§.finali.ff.de penu legato. τ ista est pulchra τ noua decla
ratio ad istum statutum, qua stante vera carina nostra est in
portu per supradicta.
¶ Sed quia, vt dixi est noua consideratio relinquo eam
prudentie iudicare debentis.
¶ Secundo respondetur, posito (sine preiudicio) ꝙ pri-
ma exceptio, intelligatur in reo volente testes examinari
facere, vt supra. Quoniam dico, quod oblatio aduersarij
de incipienda lite non impedit dictam examinationem, τ
publicationem testium ante litem contestatam. Quando
testes examinandi essent senes, valitudinarij, vel absfutu-
ri de proximo, quia tunc non obstante dicta oblatione
fiat talis examinatio propter periculum, ne probationum
facultas pereat. Ita expresse dictat idem statutum in ver-
siculo hoc addito, remittendo tamen hoc iudicis arbitrio.
Sed in casu nostro, prout mihi narratur testes producti
sunt senes, valitudinarij, vel in lōginquo absfuturi, ergo τc.
Et maxime, quia iam iudici visum fuit examinare eos,
quod patet, quia examinauit, τ quod in dictis testibus
esset periculum in mora, experientia docuit, quoniam, vt
8 mihi dr̄, duo ex his iaz senio confecti decesserunt. † qui aūt
dicantur in ꝓposito senes, vel valitudinarij, vide p Joan.
andre.

andre. Innocent. & alios in dicto. c. quoniam frequenter. vbi post eos ponit satis clare Abb. in. vij. colū. in. iij. & . iiij. questione. & satis placet illa opinio quam ibi tenet Abb. videlicet, quod a septuaginta ann. citra remittatur iudicis arbitrio, vnde cum iam iudex examinando eos, arbitratus
9 fuerit esse tales, casus noster remanet sine difficultate, † naz cum iam sint examinati ad instantiam. d. Matthei, debēt oīno ad eius petitionem eorū dicta publicari, vt declarat Abb. in. d. c. significauit. ij. col. extra de test. Et ex his patet indubitate questionē de qua in puncto esse oīno resolutam in fauorem. d. Matthei, vt. s. possit petere, & petendo obtinere, vt testificata, iam per iudicem recepta, publicentur. ¶ Tertio principaliter rñdetur, quod in casu nostro non dicit esse satisfactum statuto in. d. versi. nisi altera pars presens existens &c. & sic non sumus in casu illius exceptionis, sed sub regula generali pmissiua, de qua in principio dicti statuti. Ad quod pbandum dico, quod statutum predictū in dicto versi. nisi &c. debet intelligi cum effectu, hoc est, quod ille talis ꝯtra quem testes pducuntur, ante litem ꝯtesta. offerat se paratum suscipere litem, & eam cū effectu incipiat, maxime si est actor, in cuius potestate est mouere litē, vt. l.
10 vnica. C. vt nemo inuit. &c. & hoc pbatur. ¶ † Primo, quia semper verba legis, vel statuti cum effectu sunt accipienda . l. i. §. i. ff. quod quisqȝ iur. & in. l. pe. §. docere. ff. ne qs eum qui in ius voc. & in. c. platū. ex ō cle. nō resi. ¶ Scdo, quia si nō ita intelligeret, statutū redderet elusoriū, quia semp qs offerendo verbotenus se incepturum litez, impediret examen,
11 de quo in statuto. Qđ non est dicendum, † quia tunc ludibrio fieret statutum illud, & verbis, non rebus diceretur impositum ꝯtra. l. fi. §. vbi autez puerilis. C. de bon. que lib. ibi ne ludibrio leges &c. & clarior est tex. in. c. cōmissa. de electio. lib. vj. ibi, ne statutū ipsum fiat ludibrio &c. ¶ Tertio hoc
12 ꝯfirmatur, † quia alias verbalis sola oblatio de aliquo faciēdo non releuat offerentem, quia vbi opus est facto, verba nō sufficiunt. ita declarat Bart. in. l. pretor ait. §. si quis paratus. ff. de noui oper. nun. & in. l. si quis. §. nūc videamus. ff.
13 iudi. sol. † Cōcludens in simili, quod non sufficit verbalis oblatio fideiussionis. & ita etiam singulariter post Bart. in locis predictis, voluit Alexā. ꝯsilio. suo. xxj. Viso pcessu satis longo &c. in. iij. col. versic. nec ob. si diceretur &c. i. volu. & inter alia allegat illam rationez, quia si aliud diceremus facile esset semper ludere dispositionem statuti per solaz ver-
14 balem oblationem, † & sic lex videretur tunc imposita verbis, non rebus ꝯtra. l. ij. cum simi. C. cōmu. delega. Sit igitur ꝯclusio, quod non sufficit in proposito nostro dicere offero me incepturum litem, nisi cum effectu ilico inceperim. Qđ vltra predicta ꝯfirmatur quarto loco bona ratione, arguēdo, scz a ratione cessante iuxta. c. cum cessante. de appella.
15 & . l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. cum simi. † Ratio enim ob quam in casu illius exceptionis impeditur examinatio testium ante litem ꝯtesta. est, quia ex quo lis venit cōtestanda, non erit periculum, quod peant probationes pter quod solum a lege aliquando permittitur examinatio testiū ante litem contestatam contra totum titulum extra. vt lite non contestata. vt plene per docto. in dicto capitulo quoniaz frequenter. & in dicto. c. significauit. & in dicta auten. si quis aliquid, sed ratio ista cessat, vbi solum verbotenus quis se offert paratum mouere litez, & tamen non mouet, quia ex quo non fit lit. contestatio adhuc remanet periculum, ne pereant pbationes & fides veritatis remaneat in tenebris, ergo &c. ¶ Istis sic positis dico, quod cum pars citata (licet dixerit se paratam incipere litem) cum effectu litem non inceperit, & iam multa tempora sint abinde elapsa non dicitur satisfecisse illi statuto, & per consequens ob illam verbalem oblationem tantum, non debuit aliquo modo impediri illorum testium examinatio per predicta.

¶ Et ex his omnibus de plano cōcludo, quod dictus Mattheus audiri cum effectu debet petens testificatorum publicationem, & vbi casus iste habuisset aliquam difficultatem anteqȝ dicta testium essent recepta, nunc tamen nullaz habet, ex quo iam iudex admisit testium productionem, & eorum dicta recepit, quod totum in eius iacebat arbitrio, vt dicit Abb. in dicto capitulo quoniam frequenter. Ad petitionem igitur dicti Matthei debet omnino fieri testificatorum publicatio secundum Abbatem post alios in dicto capitulo significauit, vt supra dixi. Laus Deo optimo maximo.

Socinus nepos Pisis legens.

SVMMARIVM.

¶ Statutum loquens de dote data, an procedat in promissa?

¶ Et vtrum opin. Marti. de qua in. l. dos a patre. C. soluto matri. procedat in dote nondum soluta?

1 Socer promittens centum genero nomine dotis & illud plus qđ alteri filie in futurū qūocunqȝ, & qualitercunqȝ dederit, hec conditio habet implicitam conditionem. videlicet, si plus dederit, vnde adueniente cōditione dicitur promissio purificata.

2 Conditiones in contractibus, cum existunt, retro trahuntur ad tempus celebrati cōtractus, Adeo dispositio ēt stricte interpretanda loquens in pura obligatione, procedit etiam in conditionali impleta conditione.

3 Nihil est tam conueniens qȝ fidem seruare.

4 Dos mortua filia de iure cōmuni ad patrem reuertitur.

5 Statutū quod vir lucretur dotem, an procedat in dote non data, & ꝗ. nu. 10. 12. et. 15.

6 Dos dicitur patrimonium mulieris.

7 Dos promissa per. l. dispositionez dicitur data marito, saltem largo modo, ex quo ad eam habet actionem.

8 Argumentum in statutis valet de propria ad latam significationem.

9 Possessio licet dicatur a pedum positione, non tamen minus, dicitur possessio, vbi non ponuntur pedes.

11 Ratio eadem vbi viget, debet etiam statutum vigere.

13 Hereditas matris dicitur filijs quasi debita.

14 In statutis potius attenditur cōmunis vsus loquendi, qȝ verborum proprietas.

16 Opinio Marti. de qua in. l. dos a patre C. solu. matri. an sit vera, & an procedat in dote nondum soluta.

17 Equalitas inter filias, & inuicem sorores, seruari debet, ēt si altera earum sit mortua cum filijs superstitibus.

18 Promittens pro dote centum, & illud plus, quod Titius arbitrabitur, Titij arbitramentum, & illius pluris declaratio etiam soluto matrimonio fieri potest.

19 Mulier promittens dotem statuendam arbitrio mariti, si vxor premoriatur, vir poterit arbitrari.

CONSILIVM XXXV

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie. Quatenus dubitatur vtrum Augustinus possit petere illud reliquum dotis, quod reperitur datum, seu relictum ab eius socero secūde eius filie, vel eius marito, vltra florenos. cccc. quos iam dictus Augustinus receperat, breuiter concludendū
1 est, quod possit. ¶ † Et p fundamento presuppono, quod socer predictus nomine ser Petrus constituit, & promisit Augustino predicto pro dotibus Lucretie eius filie, & vxoris dicti Augustini dictos florenos quadringentos, & illud plus, quod alteri eius filie in futurum quomodocunqȝ, & qualitercunqȝ dederit, que promissio habet implicitam conditionem, videlicet si plus dederit, vnde cum modo euenerit conditionis implementum dicta promissio dicit purificata, & quod plus est, perinde est, ac si istud plus, quod alteri datum, aut relictum fuit ab initio dicto
2 Augustino fuerit expresse promissum, † quoniam conditiones in contractibus cum existunt trahuntur retro vsqȝ ad tempus celebrati contractus, vt probatur in. l. filiusfamilias. in principio. ff. de verborum obligationibus. Et obligatio illa habetur pro pura, & adeo, quod dispositio etiam stricte interpretanda loquens in pura obligatione procedit etiam in conditionali impleta conditione, vt signanter dixit Angel. in. l. finali. §. primo. ff. de vulga.
3 & pupilla. † vnde cum nihil sit tam conueniens, qȝ fidem

seruare.l.i.in prin.⁊.l.iuris gentiuꝫ.§.preto ait.ff.de pac.
cum simi.debet.d.ser Petrus, vel eius heredes predictaꝫ
ꝓmissionem implere, ⁊ sic Augustino predicto competit
actio ex stipulatu ad illud plus petendū, cum istius obliga
tionis iam cesserit, ⁊ venerit dies per implementum con-
ditionis.l.cedere diem.ff.de verb.sign.⁊ hec de plano ꝓce
4 dunt. ¶ Soluꝫ sit difficultas, † qꝛ viuo patre reperit̄ mor
tua dicta dña Lucretia, licet cuꝫ filijs, quo casu de iure ſm
cōmunem opi. Dos ad patrem diceret̄ reuersa per.l.dos
a patre.C.solu.matri.⁊ ꝑfecto res videretur aperta in fa-
uorem.d.ser Petri, vel eius heredum, qꝛ reliquū illud ab
eis peti non posset, cum ei cōpeteret ius ad repetendos flo
renos.cccc. iam datos, per illum text. ſm illam cōmunem
opinio. Et sic ēt si esset solutum residuum illud per ser Pe
trum, vel eius noīe posset vna cum alia dote repeti. Igitur
sequit̄ ꝙ minus ad illud eius heredes teneri possunt, qꝛ si
cui de re aliqua datur actio, fortius dari dꝫ exceptio.l.i.§.
ius aūt.ff.de superficie. Sed tamen qꝛ extat cōmunis con-
suetudo, que (vt oēs dicunt) seruat opin. Marti. volentis
dotem ꝑtinere ad filios, ⁊ non ad patrem, qđ etiam ex for
ma statuti Exini expresse, ⁊ clare disponit̄ circa doteꝫ iam
datam, ⁊ sic circa illos florenos.cccc.res caret omni dubi
tatione. debent enim remanere apud.d.Augustinum pro
liberis dicte Lucretie. ¶ Remanet ergo solum disputatio
vtrum opi. Marti. ex cōmuni vsu seruata, vel statutum de
quo.s.ꝓcedant in ea parte dotis, que non fuerat soluta vi-
uente illa filia, vt sic illis mediantibus.d.Augustinus no-
mine filioꝝ possit petere ab hr̄dibus ser Petri illud plus,
quod.s.cccc. florenos reperitur noīe dotis relictum dñe
Marie secunde filie. ¶ Et primo circa statutum cum lo-
quatur de dotibus datis, videt̄ ꝙ non habeat locum in ea
parte dotis, que non fuit data, maxime qꝛ postea vtit̄ ver-
bo remaneat, qđ ꝓprie cadit in ea, que apud maritum est,
⁊ per cōsequens ea, que non erat data, ⁊ soluta non vide-
tur cōprehendi in dicto statuto, ⁊ hoc videt̄ in simili ꝓba-
ri ex his. que voluit Bar. in.l.iubemus.§.sane.C.de sacr.
5 sanc.eccle. † qñ concludit, ꝙ statutum, ꝙ vir lucret̄ dotem
datam, non ꝓcedit in dote non data, sed que tantum ꝓmis
sa fuerat, qꝛ cum statutum sit stricte intelligendum, ⁊ loqua
tur expresse in dote data, non dꝫ habere locum in ea, que
tantum ꝓmissa fuit, ⁊ opi. Bar. multi sequuntur. ¶ Sed
tamen hoc non obstante dōm est, ꝙ imo statutum Exinū,
de quo agimus, ꝓcedat etiam in dote ꝓmissa, ⁊ pro intel-
6 ligētia presuppono, ꝙ mens, ⁊ ratio statuti fuit, † qꝛ equuꝫ
visum fuit, ⁊ rationi congruum, ꝙ dos alicuius mulieris,
que ꝓprie dicitur eius patrimonium (licet sit filiafami.) vt
.l.iij.§.sed vtrum.ff.de minori.trāseat de ea in filios, ⁊ non
vadat ad patrem, attento ꝙ prima causa successionis dr̄ fi
lioꝝ, vt in auc.de heredi.ab intesta.in prin.col.ix. Item ēt
equum, ⁊ rationabile visum fuit, ꝙ maritus, cui dos cōsti-
tuitur ꝓpter onera matrimonij mortua vxore filijs supersti
tibus dote non priuet̄, cum adhuc durent onera matrimo
nij preteriti ꝓpter filioꝝ superexistentiam, cum ipsi, ⁊ eoꝝ
educatio sint inter onera matrimonij, vt dixit do. Maria.
soci. auus meus in consil.ix. Prosequendo ordinem. iiij.
col.versi.decimo sexto ꝓbatur ⁊c. Quibus sic positis dico,
ꝙ iste rationes equo modo ꝓcedunt in ea dote, que nondū
soluta fuit, sicut in soluta, nam etiam illa dicitur ꝓmissa ꝓ-
pter onera matrimonij, ⁊ dicitur effecta ꝓprium matrimo
nium mulieris, cum igitur vigeant eedem rationes dꝫ ha-
7 bere locū statutum. † Maxime qꝛ per legis dispositionem
etiam illa dr̄ marito data, ⁊ apud eum remanere, saltē lar
go modo, ex quo ad eam petendam actionem hꝫ iuxta.l.
qui actionem.ff.de regu. iur. Et alias dr̄, ꝙ habetur illud,
qđ peti potest.l.id apud se.ff.de verbo.signi. ¶ Nec obst.
ꝙ statutū vtatur verbo remaneat, ⁊ verbo datis dotibus,
qꝛ potest rñderi, ꝙ largo modo, vt dixi, etiam que vere nō
est soluta, dr̄ data, ⁊ remanere, vnde cum sit eadem ratio,
8 vt ꝓbaui, † valet argumētuꝫ etiam in statutis de ꝓpria ad
latam significationem, ita vt eo modo extensio admittat̄,
et per doct. maxime per Alex.in.l.si constāte. in prin.ff.so
lu.matri.in.ix.q.prime partis.⁊ per patruum meuꝫ Soci.
⁊ Roder.in rub.eo.titu.i.col. ¶ Nec mirum videat̄, ꝙ
statutuꝫ talibus vtatur verbis, qꝛ inspexit ea, que frequen-
tius accidunt. verū etenim est similiter in matrimonio cum
liberis moritur, ꝙ plerunqꝫ actualiter dr̄ dos data, non ta
men per illa verba dꝫ excludi dos ꝓmissa ꝓpter identita-
9 tem rationis, sicut alias dicimus, † possessio dr̄ a peduꝫ po
sitione.l.i.ff.de acquir.poss. non tñ minus est possessio, vbi
non ponunt̄ pedes.d.l.i.§.si iusserim.⁊.l.qđ meo.§.si ven-
ditorem.eo.titu. qđ ex eo ꝓuenit, qꝛ.d.l.i.in prin. loquitur
inspecto frequentiori vsu, qui est, ꝙ vt plurimum possessio
per pedum positiones acquiratur, vt ibi per doct. ¶ Nec
10 ob.doctri.Bar.in.d.§.sane. † qꝛ primo dici potest, ꝙ eius
opinio non est ab oībus approbata, nec tuta. nam ꝯrium
tenet Ange.in consil.clxxx. Premitte ad euidentiam. ⁊
ipsemet Bar.in consil.cxxxij. Statuto ciuitatis Eugubi.
⁊ videt̄ de intentione Bal.in.l.fi.C.de dot.ꝓmis. Et tenet
Alex.in consil.lxiij. Stantibus his. in fi.iiij. volu. vbi di-
cit opinionem cōtra Bar. esse veriorem, ⁊ illud cōsilium re
peritur iteratum in consil.xxxix.vj.volu. Et licet Alex. vi
detur loqui, vbi datur mora, tñ idem vult etiam, vbi nō est
11 mora. Et cōtra Bar. † facit optima ratio, qꝛ cum statutuꝫ
illud sit factum in recōpensationem onerum matrimonij, ⁊
ratio illa vigeat, etiaꝫ ꝙ dos non sit actualiter tradita, de-
bet etiam statutum vigere.l.illud.ff.ad.l.aquil.cum vulg.
12 ¶ Pōt ⁊ scđo dici, ꝙ isti casus oīno sunt pares, † nā ideo
forte in casu Bart. non ꝓcedit statutum in dote ꝓmissa, qꝛ
cum sit exorbitans statutuꝫ ⁊ vir ibi tractet de lucro, dꝫ stri
cte intelligi, ita vt loquens de data non ꝓcedat in promis-
sa. Sed in casu nostro statutuꝫ non est ita exorbitans, imo
ſm cōsuetudinem cōmuniter obseruatam dicit̄ disponere.
Immo etiam dici potest ſm ius ipsum tenendo (ꝓut mihi
videtur verius) ꝙ opi. Marti. sit vera de iure, vt post eum
tenuit Pet.de bella perti.⁊ Saly.in.d.l.dos a patre. ⁊
Pau.de cast.⁊ demum auus meus in.d.cōsil.ix. vbi pro-
bat per.xx.pulcherrimas rationes, vt per eum. Item filij
13 non simpliciter de lucro tractāt, sed potius de damno † cū
bona, ⁊ hr̄ditas matris filijs dicat̄ quasi debita.l.in suis.
ff.de libe.⁊ posthu.l.scripto.in fi.ff.vnde libe.⁊.l.nam ⁊ si
parentibus.ff.de inoffi.testa.⁊ est tex.in.l.fi.C.de codicil.
⁊ ꝓpterea statutum nostrum videt̄ latius interpretanduꝫ,
ꝓut.s.deductum fuit. ¶ Preterea ꝙ in terminis nostris
statutum ꝓcedat etiam in dote ꝓmissa facit, qꝛ quantū ad
ipsum promittentem, ⁊ effectum cōtra eum, non refert, an
dederit actualiter, an ꝓmiserit arg.l.fi.C.ad legem falci.⁊
videt̄ optimus tex.in.l.ex morte.C.de pact.conuen.ꝓpe fi-
nem. vbi in lucro, de quo ibi, non fit dr̄ia inter dotem ꝓmis
sam, ⁊ datam, ꝓut illum tex.considerat Areti. in rub.ff.so
lu.matri.in.vj.col. ¶ Confirmat̄ per.§.qꝛ vero.in auc.de
equalita.doct.col.vij.iunctis his, que volunt Cy. ⁊ Sa-
ly.in auc.sed q̄ꝫuis.C.de rei vxo.actio. nam in.§.qꝛ vero.
dr̄, ꝙ pater nubenti filie scđo non potest minuere doteꝫ da
tam primo, vt patet ibi, dote, que ab eo data est. ⁊ tñ ꝓce-
dit in dote ꝓmissa, licet non soluta, vt Cy. ⁊ Saly. volunt
in.d.auc.sed q̄ꝫuis, ⁊ sequit̄ do. Ias.in.l.filia legatorū.C.
de lega. dicens se ita ianue cōsuluisse, qcquid in ꝯrium vo-
luerit glo.in.d.auc.sed q̄ꝫuis. ⁊ ita alias per plures ratio-
nes cōsului ego Phil.deci.in consil.xxxv. Et ita fuit iudi
catum. ¶ Et predicta eo maxime ꝓcedunt in casu nostro,
qꝛ attento cōmuni vsu loquendi dos data dr̄ statim ꝙ est
ꝓmissa, nam dicimus, Titius dedit filie sue mille pro dote,
14 cum primuꝫ ita ꝓmiserit. † ⁊ alias dicimus, ꝙ in statutis,
⁊ in qualibet stricta materia potius attenditur cōis vsus
loquendi, q̄ꝫ verborū ꝓprietas, vt voluit Bart.in.l.nō du
bium.C.de legi.iiij.col. Ant.de but.⁊ Abb.in ꝓhe.decre
ta.argu.l.librorū.§.qđ tamen cassius de legat.iij. Facit.c.
quamq̄ꝫ.ij.q.vij.ibi, ſm vocabula, que vsus obtinuit ⁊c.
¶ Et ex predictis omnibus concludit̄ statutum illud ha-
bere locum etiam in dote promissa, ⁊ per cōsequens, ꝙ in
eo non dꝫ sumi argumentum a ꝯrio sensu, vt sic dicatur di
15 sposuisse aliud in dotibus actualiter nō datis. † Qđ ex alio
suadetur, qꝛ esset per q̄ꝫ iniquum, ꝙ si nihil pro dote esset
solutuꝫ, filij mortue matris dote priuentur ex eo, ꝙ nō erat
soluta, ⁊ sic melioris cōditionis sit pater, qui ꝓmissam do
tem non soluit, q̄ꝫ qui soluit, vnde ꝓpter istam absurdita-
tem illud argumentuꝫ sumi non dꝫ, iuxta.l.ij.⁊ que ibi not.
C.de conditio.institu.⁊ hoc maxime in ꝓposito dōm est,

cum tale

cum tale argu. prohibeatur ex forma alterius statuti. Concludatur ergo, q vel procedūt predicta, ⁊ sic habemus intentum. ¶ Uel saltem dicitur casus promisse, ⁊ non solute dotis, tanq̄ obmissus a statuto remanere sub dispositione iuris cōmunis, ⁊ sic consuetudinis cōiter obseruate, iuxta. l. cōmodissime. ff. de liber. ⁊ posthu. ⁊ l. si cum dotem. vbi summat Alex. ff. solu. mat. ⁊ l. si extraneus. vbi Barto. ff. de condi. ob cau. in qua quidem consuetudine non fit
16 talis distinctio, vt modo dicam, ergo ⁊c. ¶ † Circa cōsuetudinem ergo cōmuniter obseruantem opi. Marti. vtrum procedat simpliciter in dote, an vero tantū in ea dote, que data actualiter fuerit, ⁊ non in promissa tantum, mihi videtur parum insistendum, q2 cum opin. Marti. simpliciter dicat mortua muliere dotem transire ad filios, ⁊ non reuerti ad patrem, ⁊ sic non loquatur Marti. de dote data, si simpliciter de dote, res satis clara videtur, q procedat etiam in dote promissa, ⁊ non soluta, cum etiam illa dos sit, vt patet ex rubri. C. de dote cau. non num. ⁊ per to. tit. ⁊ in rub. ⁊ per totum. C. de dot. p̄mis. ⁊ hoc probat egregie Ange. in dicto consil. clxxx. ¶ Quod ratione suadetur, q2 ratio, qua Mart. motus fuit est, equitas, que dictat filios succedere matri in dote, que eius proprium patrimonium dicit, ⁊ etiam dotem apud maritum esse, apud quem adhuc sunt ea onera matrimonij, que ex eo supersunt, vz liberoꝝ educatio, sed equitas ista respicit ita dotē non solutā, sicut solutā ergo ⁊c. ¶ Preterea cum in casu nr̄o sit soluta pars dotis, in qua certum est opin. Marti. habere locum, sine dubio debet idem dici in parte non soluta, ne alias dicamus dotem (que est quid vniuersale omnia comprehendens, vt per Bar. in rub. ff. solu. mat.) ⁊ sic vnam, ⁊ eadem rem diuerso iure censeri contra. l. eum qui edes. ff. de vsuca. ¶ Et pro ista opinione quam putamus verissimam, faciunt omnia. s. dicta circa statutum, nam si dos promissa comprehenditur in dispositione, que loquitur de data, fortius comprehendetur in hac consuetudine, que simpliciter de dote loquitur, attenta maxime identitate rationis, ⁊ q opi. Marti. procedat etiam in parte dotis non soluta, vt. s. ea per superuiuentem maritum peti possit pro filijs, videtur clare voluisse Alex. in consi. lxvij. in causa ⁊ lite. vij. volumi. ⁊ licet ibi determinet male fuisse iudicatum in casu illo in fauorem superuiuentis mariti, qui illud reliquum petebat, in eo tantum se fundat, quia ista consuetudo q opin. Marti. seruetur, non fuerat saltem allegata, ⁊ producta, item quia non fuerat deductum, ⁊ probatum filios esse heredes matris, sed quando hoc fuisset probatum, ⁊ fuisset illa consuetudo saltem allegata, ipse omnino concludere intendit, q illa sententia in casu suo fuisset bene lata, in qua pater mortue mulieris ad partem dotis prius non solutā fuerat condemnatus. ¶ Nec dicatur, q opi. Marti. loquatur per verbum remaneat, vel quid simile, q2 hoc esset somnium, non enim vno magis, q̄ alio verbo vsus est Marti. in sua opini. sed simpliciter voluit mortua muliere cum liberis, dotem ad eos, velut heredes, ⁊ non ad patrem mulieris spectare.

¶ Et si dicatur q eius opi. venit ad interpretationē. d. l. dos a patre. in qua est verbum profecta, ⁊ verbum redire, ex quibus videtur argui, q ille tex. loquatur tantum de dote soluta. In primis respondetur negando, q veniat ad dictam interpretationē, sed Mart. opi. simpliciter posita est, vt. s. ¶ Uel secūdo (eo concesso) negatur, q. d. l. dos a patre. non procedat etiam in dote promissa, quod sic deducitur, si de ea non loqueretur, sequeretur, q in ea non procederet eius dispositio, ⁊ per consequēs cum maritus habeat actionem ex promissione dotis, posset illā petere a socero, ⁊ si de. l. dos a patre. opponatur, dicet maritus, q non loquitur isto casu, hoc autem quam sit absurdum, nemo erit, qui non videat, vt ergo absurditas euitetur dicendum est, q. d. l. procedit simpliciter in dote, siue fuerit tradita, siue non, ⁊ istud arbitror indubitatum. ¶ Nec quicq̄ facit verbum profecta, q2 illud non significat traditionē, sed demōstrat dotis qualitatē, vt. s. loquatur de dote profectitia, que non ex traditione illud nomen assumit, sed ex persona patris promittentis, ⁊ constituentis eam, vel ad eam se obligantis, ⁊ sic dicitur dos profectitia etiam ad quam pater obligatus est, ⁊ sic ēt, que non est soluta, vt est casus in. l. profectitia. §. si pater. ff. de iu. dot. ¶ Nec ēt ob. ver. redire, q2 respondetur, q satis dicetur redire ad patrem mediante exceptione, que marito petenti poterit opponi, vz dolo facis ⁊c. iuxta. l. dolo facit. ff. de excepti. do. pro quo facit. l. si socer. §. lucius. iuncta glo. in versi. sed alij ⁊c. ff. solu. matri. dum dicitur, q ista exceptio non oponitur, quādo maritus petens alij, erat restituturus, ⁊ in simili declarat Paul. de cast. in consi. x. viso. d. libello. i. col. in nouis. i. volu. Tenendo igitur, q opi. Marti. veniat ad interpretationem. d. l. dos a patre. argu. retorquetur, q2 sicut. d. l. dos a patre. procedit etiam in dote non soluta, ⁊ de hoc nō est iudicio meo dubitandum, similiter ⁊. d. opi. Marti. debet intelligi etiā in dote non soluta, vel parte eius, ⁊ gn̄r ex predictis cōcluditur, siue statutum siue consuetudinem respiciamus, semp dicendum esse, q Augustinus predictus potest nomine filiorū illud plus nomine dotis petere, q ser Petrus. s. floren. cccc. dōne Marie reliquit fm q ipse ser Petrus per
17 stipulationem se obligauerat. ¶ † Confirmantur predicta omnia ratione equalitatis seruande inter filias, ⁊ inuicem sorores, quam iura prout possunt, attendunt argu. l. illud. in fi. C. de collat. ⁊ tradit patruus meus Soci. in consi. clx. in presenti consultatione. iij. colum. vnde cū. d. ser Petrus pater predictarum Lucretie, ⁊ Marie vltra floren. cccc. cōstituerit pro dote ipsius Marie, debet dici, q tantūdem debeat dari do. Lucretie attento, q ita. d. pater promiserat, ⁊ in promissione erant talia verba, ita ⁊ taliter, q ex suis filiabus habeat vna tantum, quantum altera. Nec dicatur, q cum iam. d. Lucretia decesserit, nō potest amplius inter sorores considerari equalitas vel inequalitas, qm̄ respondetur, q mortua do. Lucretia representatur per filias eius, que in eius locum succedunt, ⁊ inter eas, nomine eaꝝ matris, ⁊ do. Mariam debet ista equalitas conseruari, vt probatur in. §. cum filius. insti. de her. que ab intest. defer. ⁊ (ni fallimur) hanc equalitatē omnino voluit earum pater obseruari, qd (vltra q ad eam naturaliter tenebatur, ⁊ eā expresse promiserat) suaderi potest, quia cum sciret se ita promisisse faciendo, ⁊ relinquendo maiorem dotem do. Marie, creditur omnino voluisse, q tantūdem habeat do. Lucretia, vel eius liberi, cum sit, q si secus voluisset, non erat ei opus nomine dotis tot ei relinquere, cum illam heredem institueret. Habuisset enim illa hereditatem, ⁊ non diceretur plus nomine dotis habere, q̄ Lucretia habuerit, ⁊ sic do. Lucretie nullum ius ad aliquid petendum competeret. Cum ergo relinquerit nomine dotis vltra hereditatē, creditur solum ea mente fecisse, vt per eam viā filie domi. Lucretie possent petere, vt dotes equentur, ⁊ hanc presumptionem quasi necessario inducit, ⁊ naturale votum parentum, ⁊ equalis pietas in liberos, ⁊ precedens obligatio simul, ⁊ modus facte dispositionis, vt dixi, quibus bene attētis amplecti debemus hanc interpretationem velut iuridicam, cū ex ea equalitas inter sorores resultet a legibus tantopere desiderata. ¶ Et si dicatur, q cum sit solutum matrimonium, sicut non posset dos ab initio constitui, ita non debet posse ita augeri, eo q non videātur extrema habilia, nec reperiatur mulier, cuius dos augeatur. Respondetur, ⁊ aduertendum est (q2 aliqui arbitrantur in hoc stare difficultatem) qm̄ dico, q attenta prima promissione non dicitur augumentum dotis, sed potius verificatur cōditio, sub qua plus ab initio fuerat promissum, sicut si promisissem tibi p dote centū simpliciter, ⁊ centū vltra, si Romā veneris, nā impleta conditione nihil noui dicitur tibi promitti, nec aliquid nouiter disponitur, sed retrotracta conditione dicitur purificata obligatio, ac si ab initio. cc. simpliciter promisissem. ¶ Nec quenq̄ moueat, q ser Petrus illud plus nō promisit certum, sed incertum, ⁊ dependens ex futura declaratione, quasi q illa fieri non possit soluto matrimonio. Qm̄ dico, q imo cum ex ipso implemento conditionis fiat declaratio illius pluris omnia retrotrahuntur ad diem prime promissionis per dictā. l. filiusfam. ⁊ dixi in principio.
18 † sicut si pro dote centum, ⁊ illud plus, q Titius arbitrabitur promisero, que promissio habet conditionem, si Titius fuerit arbitratus iuxta. l. si quis arbitratu. ff. de verbo. oblig. que conditio, ⁊ sic Titij arbitramentum, ⁊ illius pluris declaratio etiam soluto matrimonio fieri potest, fm q

recte intuenti, voluit Paul. de cast. in dicto consi. xj. ij. col. dum ipse ibi in casu suo vult ideo soluto matrimonio declarationem illam fieri non posse, non qr solutum sit matrimonium, sed solum qr in casu suo non recedebatur a persona, volens omnino, q si persona illa arbitraretur, ⁊ declararet ei standum esset nulla habita consideratione de matrimonio soluto, prout statim ipse firmat, si in casu suo incertitudo talis cõmissa fuisset ita, q a persona liceret recedere, vt
19 per eum, † hoc clarius voluit Bal. in l. iij. C. de do. pmiss. dum vult, q maritus etiam mortua vxore posset arbitrari, ⁊ refert Jas. in l. si donaturus. §. fi. ff. de conditio. ob caus. Laus Christo Redemptori. Maria. Soci. junior. J. V. D. Pisis legens, suo ⁊ Decij nomine.

SUMMARIUM.

An in successione quis admittatur p representationez.

Et statutum admittens matrem ad certaz partez preter domum defuncti, quomodo intelligatur.

1 Nepos de iure ciuili est in tertio gradu, de iure canonico in secundo.
Pronepos vero de iure ciuili est in quarto, de iure canonico in tertio gradu.
2 Quoto gradu quis distat a stipite de iure canonico, eodem distat a suo transuersali.
3 Fratres nec filij fratruz si non supersunt, coniuncti vocãtur secundum gradus prerogatiuam ad hereditatem decedentis intestati.
4 Remotior in gradu admittitur cum pximiori per representationem, qñ agitur de hereditate transuersalis vcz patrui, amite, auunculi, vel matertere.
5 Representatio, vt quis in locum patris succedat, non admittitur, quando agitur de hereditate patrui magni, sed solũ patrui, ⁊ similiũ, ⁊ similiter in hẽditate ascẽdentiuz.
6 Mater de iure cõmuni succedit filio decedenti sine liberis, ⁊ sine fratribus vtrinqz coniunctis.
7 Statuta dicuntur iura ciuilia in loco in quo fiunt.
8 Patrueles de iure canonico sunt in secundo gradu.
9 Statutum admittens matrem ad certam partez, preter domum defuncti, quomodo intelligatur.
10 Argumentum de toto ad partem valet.
11 Statutum de quo agitur dicitur factuz fauore agnationis conseruande, ⁊ honoris familie defuncti.
12 Dictio preter an stet inclusiue, vel exclusiue.

CONSILIUM XXXVI

Irrigat Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie. Presens ɔsultatio ita clara videtur, vt discussione non egeat, ⁊ vltra etiam diligenter, ⁊ abunde omnia per clarissimum Consultorem, ⁊ mihi patrem honorandum dominuz Paulum Saluucciũ de Perusio dilucidata fuerũt, igitur de subscriptione requisitus paucis vtar in re tam clara, veritas enim ipsa per se splendet, ⁊ verborum non indiget adminiculo, vt. l. i. C. si minor ab her. abst. De duobus itaqz dubitatur. Primo vtrum Joãni, qui intestatus decessit sine liberis successerit solus, ⁊ in totum Mattheus filius Petri fratris carnalis. d. Joãnis defuncti, an vero cum eo concurrerit ad dimidiã Antonius menici nepos predicti Petri, subintrando in locum Menici patris eius predefuncti, qui erat frater carnalis. d. Matthei. Secundo dubitatur, quis succedat. d. Antonio ab intestato sine liberis decedenti superstite do. Benedicta eius matre, ⁊ Constantino vterino, ⁊ Petro, ⁊ Clemente ipsius Antonij patruelibus. Circa primam. q. concludendum est, q ad hereditatem, ⁊ bona illius Joannis solus, ⁊ insolidum successerit Mattheus filius fratris, velut proximior, ⁊ in proximiori gradu ɔstitutus excluso Antonio, vt distantiore, prout etiã per predictum Consulentem conclusum fuit, ⁊ apertissime demonstratum, siue enim attendamus computationẽ graduum de iure ciuili, siue de iure canonico, vtroqz mõ Mattheus dicitur fuisse Joanni defuncto in gradu proximiori,
1 q̃z fuerit Antonius, † nam de iure ciuili computãdo Mattheus erat Joanni in tertio gradu, vt in. §. tertio gradu. insti. de gradi. Antonius vero erat in quarto cuz esset nepos fratris ipsius Joannis defuncti, vt in. §. quarto gradu. eo. titu. de iure vero canonico computando Mattheus dicitur fuisse Joãni in secundo gradu, Antonius vero in tertio cum tali gradu a cõmuni stipite distarent, vcz ab Antonio patre. d. Joãnis defuncti, cui Mattheus erat nepos, An
2 tonius vero pronepos, † ⁊ alias iure canonico fit regula, q quoto gradu quis distat a stipite, eodem distat a suo transuersali, vt in. c. quod dilectio. ⁊ in. c. fin. de consangui. ⁊ affinita. Cum igitur quocunqz iure inspecto Mattheus esset proximior coniunctus predicto Joãni defuncto, q̃z esset. d. Antonius, sequitur manifesta ɔclusio, q ipse Mattheus debuit ad successionem, ⁊ hereditatem Joãnis solus admitti, vt est tex. in. §. si vero neqz. in aucten. de hered. ab in-
3 test. colum. viij. † vbi dicitur, q ad hereditatem decedentis intestati, si non supersunt fratres nec filij fratrum, coniũcti vocantur ſm vniuscuiusqz gradus prerogatiuam, vt viciniores in gradu reliquis preponantur, ⁊ idem dicitur, ⁊ pbatur in aucten. post fratres. la secunda C. de legitti. hered.
4 † Et licet quandoqz per representationem patris remotior in gradu admittatur cum proximiori, vt in aucten. cessante, ⁊ in aucten. post fratres, la prima, ⁊ la secunda. C. de legit. hered. ⁊ in corpore, vnde ille aucten. sumuntur, ⁊ dixit glo. in verſiculo proximo in. l. cum ita legatur. §. fina. de leg. secundo. tamen illud quo ad lineam transuersalez limitate procedit, prout etiam dixit primus consulens, vcz tantum, quando agitur de hereditate patrui, amite, auunculi, vel matertere, nam tunc verum est, q eis quis succedit cuz fratre, vel sorore defuncte persone, lz sit in gradu remotiori, qr representat personam patris, vel matris eius, ⁊ per hanc representationem dicitur iuris interpretatione esse in pari gradu cum fratre, vel sorore defuncte persone, ⁊ ita pcedunt iura predicta, sed vltra casum istum in linea transuersali non dicitur permissa talis representatio, sed remanemus sub regula iuris antiqui, vcz vt proximior in gradu succedat, vt in. §. si plures. instit. de legit. agna. successi. ⁊ ita expresse tradit Justinianus legislator, in aucten. de hered. ab intest. colum. viij. in. §. reliquum. in ver. huiusmodi vero ⁊c. ibi nulli alij omnino persone ⁊c. iunctis his, que ibi sequun
5 tur, ⁊ ita in terminis declarat ibi Ange. in tertio not. † concludens per illum tex. q quando agitur de hereditate patrui magni non admittitur representatio, vt quis in locum patris succedat, prout proprie est casus noster, nam Joannes predefunctus erat ipsi Antonio patruus magnus, cuz esset simplex patruus Menici patris. d. Antonij, ⁊ q in casibus istis non admittatur talis representatio, sed solum in hereditate ascendentium, ⁊ inter transuersales solum in hereditate patrui, ⁊ similium declarat expresse Bar. in. d. aucten. post fratres, ⁊ voluit Alexan. in ɔsil. cxxix. perspectis his. ij. col. v. volu. ⁊ refert, ⁊ sequitur clarissimus, ⁊ etate nostra primarius iurisconsultus, ⁊ compater honorãdus do. Philip. deci. in consi. ccvij. in casu proposito circa mediũ, ⁊ hec quo ad primam dubitationem. Circa scdam dubitationem (vt per Consulentem dictum fuit) attento iure
6 cõi, res caret omni difficultate, † qñ do. Benedicta mater diceretur in totum successisse ipsi Antonio ab intestato decedenti sine liberis, ⁊ sine fratribus vtrinqz coniunctis, vt est tex. apertus, in. §. consequens. cum. §. seq. in auctẽ. de hered. ab intest. col. viij. ⁊ in aucten. defuncto. C. ad tertul. senatusconsul. Sed qr in loco, vbi res agitur extant statuta in materia successionis iuri cõmuni derogantia in pluribus, ideo posthabita iuris cõmunis cẽsura de intellectu sta
7 tutorum predictorum agendum est, † cuz illa in loco, in quo fiunt, debeãt seruari, ⁊ dicantur iura ciuilia illius loci, vt. l. omnes populi. vbi p Bar. ⁊ omnes. ff. de iusti. ⁊ iu. Videndum igitur est, vtrum vigore statuti abbatie. s. Saluatoris (vbi. q. agitur) Petrus, ⁊ Clemens filij. d. Matthei aliquo modo succedere possint predicto Antonio, ⁊ pro qua parte. Et breuiter concludendo, dicendum est (prout etiaz per primum Consultorem dictum fuit) q Petrus, ⁊ Clemens, velut pximiores attinentes ex latere patris dicuntur successisse

tur successisse.d. Antonio in sex vncijs, seu in dimidia parte hereditatis, ꝛ bonorum eius, ꝛ in alia dimidia dicitur
8 successisse do. Benedicta mater.d. Antonij, †sunt etenim Petrus, ꝛClemens ipsi Antonio defuncto patrueles, ꝛ per consequens in secundo gradu, de iure canonico, vt in.d.c.ꝙ dilecto.ꝛ.c.fi.de consangui.ꝛ affi. iuncto.§.secūdo gradu.insti.de gradi.ꝛ de hac conclusione est apertus casus in statuto.d.terre, sub rub.de successio.ab intesta.§.si vero
9 decesserint. ¶ †Et si contingat dubitari, que sint ista bona, quorū dimidia dicitur pertinere ad.d.do. Benedictā. Respondetur, ꝙ omnia ea, que per eam, vel eius heredes probātur pertinuisse ad.d. Antonium, dum viuebat. Eis enim incumbit talis probatio, cum in eo fundetur eorū intentio, vt.l.verius.ff.de probation.cum vulgarib. Hoc tamen declarato, ꝙ si quam domum in totum, vel in partem habuisset.d. Antonius in.d.castro de ea nullam partē habitura erat do. Benedicta, nec hodie eius heredes, sed illam in solidum, ꝛ pleno iure sunt habituri Petrus, ꝛ Clemens predicti, vt clare constat in predicto statuto in.d.§.si vero.prope fin.in versic.preter domum ꝛc. ¶ Nec quēꝙ moueat, ꝙ cum statutum loquatur simpliciter de domo videatur intelligendum, quando quis vere habeat domū.s.integram, quod forte non contingit in casu nostro, q2(vt audio) predictus Antonius non integram domum, sed aliꝙ partem habebat. Quā ad hoc respondetur, ꝙ immo statutū debet intelligi in quocunꝙ casu, siue defunctus habeat
10 partem alicuius domus, †quoniam valet argu.de toto ad partem, vt.l.que de tota.ff.de rei vendi.l.si seruus eius qui.
11 in fi.ff.de acquir.her.ꝛ.l.iij.ff.de pro derelicto. †Et aduertendum est, ꝙ statutum predictum dicitur factum fauore cōseruande agnationis ꝛ honoris familie defuncti, vt est notissimum, ꝛ tradit Pet.ꝛ Cy.in.l.i.C.ad.l.iul.de adulte. Bal.in consi.ccxviij.statuto ciuitatis Florentie.ij.volumi. Fulgo.in consi.lxxxv.quidam. A.condidit, in fi. Paul.de cast.cccxxxvj.casus presens, Corne.in consi.lxxxij.lʒ in hac consultatione, colum.iij.iiij.volu.ꝛ auus meus do. Mari.soci.in consi.xxxj.prosequendo ordinem.iij.colum.cum infinitis concordan.vt tradit Curt.in consi.lxxx.recte prefatus, in prin.ꝛ.ij.colum.tradunt Bald.ꝛ alij in.l.maximum vitium.C.de liber.preter. ¶ Et ex hoc infero tolli omnem dubitationem, super intellectu predicti statuti, in versic. preter domum ꝛc.si aliquis vellet dicere, ꝙ immo domus solū pertineat ad matrem, vel coniunctos per eam, accipiendo verbum illud preter inclusiue, quasi dicat, ꝙ mater habeat dimidiam hereditatis vltra domum, quā precipuam habere
12 debet, †prout alias in simili istud verbum preter, capit̄ inclusiue in.l.i.in fi.ff.de pignor.acti.ꝛ in.§.sed ꝛ si decedēs.insti.de adoptio.in.c.cōmissa.in fi.de electi.lib.vj.ꝛ in.l.seio.§.vxoris.vbi tradit Bar.ff.de annu.leg.nam dico, ꝙ si ita statutum intelligeretur disponeret contra mentem suā, q2 cum domus soleat pro honore familie, ꝛ agnationis cōseruari, si domus diceretur concessa matri, ꝛ cōiunctis per eam, honor familie diceretur per tale statutum denigrari, igitur dicendum est, ꝙ verbum illud, preter, ponatur in statuto exceptiue, vt sic dicamus matrē, ꝛ coniunctos per eā succedere in dimidia excepta tamen domo defuncti, que in totum debet conseruari coniunctis ex latere patris, vt sic per eam honor familie conseruetur. ¶ Preterea ista difficultas ex alio, ꝛ apertissime tollitur, nam tunc demum dictio preter, capitur inclusiue, quando ponitur inter ea, quorum vnum sub alio non comprehenditur, vt in iuribus predictis contingit, ꝛ declarat Bart.in.d.§.vxori.ꝛ Bart.ꝛ alij in.l.actione.C.de trans.sed in casu nostro non ita est, immo ponitur inter ea, quorum vnum sub alio comprehenditur, nam dicit statutum, ꝙ mater, ꝛ coniuncti per eam habeant dimidiam hereditatis, preter domum ꝛc.in hereditate enim nemini dubium est etiam domum, sicut ꝛ alia bona comprehendi, vnde sequitur ꝙ in.d.statuto debet illud verbum preter omnino capi exceptiue, prout capitur in.l.nam ꝙ liquide.§.fina.ff.de penu.lega.cum simi.ꝛ ex his videtur satisfactum scēe dubitationi. ¶ Et ex omnibus predictis concludo in primis vna cum primo Consultore, ꝙ ad hereditatem Joannis solum Mattheus, vti proximior admissus fuit excluso Antonio, vt in primo dubio dictum fuit. Et deinde, ꝙ de bonis, ꝛ hereditate.d. Antonij, Petrus, ꝛ Clemens debent in primis habere precipuam domum, vel partem domus, quā habebat defunctus, ꝛ deinde cetera bona, que probabunt̄ fuisse.d. Antonij, ꝛ omne ius hereditarium diuidi debet in duas partes, vt dimidiā habeant Petrus, ꝛ Clemens, aliam dimidiam habeat Constātinus frater vterinus ipsius defuncti ex persona do. Benedicte mrīs eius, que.d. Antonio supuixit. Laus Deo.

Soci. nepos Senis legens.

PVNCTVS

¶ Extat capitulum vnum inter Florentinos, ꝛ Pisanos nu.xix.ꝗ.scripti tenoris. Item che la cōmunita di Pisa, ne Pisani possino esser conuenuti, ne distretti in Pisa, ne in luogo alcuno del dominio Florētino per causa di cōmune, ꝛ qualunche altra, che excogitare si potesse da di.ix.di Nouembre. M.cccc.xciiij.in qua, occorsa da forestieri ꝛ giudei, ne da chi per priuilegio fusse stato fatto cittadino Pisano, ciuilmente, ne criminalmente ꝛc.

¶ Quo stante queritur vtrum tale capitulum obstet Joāni baptiste del tignoso, q Panormi. natus est, ꝛ ibi bona sua omnia, ꝛ continuum domicilium habet, cuʒ ex paterna, auita, ꝛ superiorum origine sit Pisanus, ꝛ an possit opponi per Lucam dellante ciuem Pisanū, qui ab illa die.ix. Nouembris citra, Marianuʒ patrem.d. Joānis baptiste promisit seruare indēnem a quadaʒ fideiussione pro se facta cū renunciatione omnium exceptionum ꝛ beneficiorum, ꝛ speciali beneficij dilationis quinquēnalis, ꝛ cum iuramēto.

SVMMARIVM

¶ De quodam capitulo, ꝙ forenses non possint ciuē Pisanum conuenire, vtrum.s.comprehendat eum, qui sola paterna origine sit ciuis Pisanus, ꝛ sic vtrum iste talis debeat in proposito dici forensis.

1 Statutum disponens ꝙ forenses non possint conuenire ciuem Pisanum, vtruʒ comprehendat illum, qui sola paterna origine est ciuis Pisanus, ꝛ sic an iste debeat dici forensis, ꝛ.ꝗ.nume.6.ꝛ in discursu.
2 Origo paterna facit aliquem esse ciueʒ illius ciuitatis, nec tali ciuilitati renunciari potest.
3 In statutis dicitur comprehendi ille, qui in loco statutoruʒ sortitur forum.
Et a pari procedunt, quem sortiri forum, ꝛ in statutis comprehendi.
4 Forum quis sortitur propter originem paternam.
5 Capitulum continens priuilegium ad damnnm tertij strictissime est interpretandum, vide.ꝗ.nu.16.
7 Rationes plures in re dubia sunt fortiores vna.
8 Forensis proprie dicitur ille, qui in loco natus non est.
9 Forus domicilij, ꝛ forus originis, vel alius, vbi inuicē sunt diuersi, semper est potentior forus domicilij.
10 Prouintialis dicitur ille, qui in prouincia domicilium hꝫ.
Sic etiam Pisanus dicitur ille, qui Pisis domiciliuʒ hꝫ.
Ideo si conceduntur represalie contra Pisanos non dn̄r concesse contra eos, qui alibi domicilium habent.
11 Publica vtilitas priuato cōmodo preponi debet.
12 Qualitas que prodest, ꝛ nō que nocet, attendi debet, quando sunt pares, si impares, que est potentior attenditur.
13 Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit.
14 Ciuis ratione paterne originis nō potest in.d.ciuitate conueniri, nec ibi sortiri forum, nisi ibi reperiatur.
15 Magnates, licet aliqui possint dici aliquo respectu, tamen q2 vt plurimum versantur in actibus popularium, dicuntur populares.
17 Mens omnino attendi debet in interpretatione priuilegij.
18 Priuilegium concessum ob merita transit in beneficium, ꝛ nomen priuilegij perdit.
19 Forensis in iure vario modo sumitur.
20 Statuto non condito, nec verisimiliter condendo renunciari non potest.
Nec iuri quod dubitatur, an competat, renunciari potest.

21 Iuramentum semper debet intelligi rebus sic stantibus.
22 Renunciatio expressa plus valet q̃ tacita.
23 Renunciatio facta per quendam de castro Bolognesio non tollit quoddam statutum, ex quo ei oriebatur beneficium.

CONSILIVM XXXVII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie.
Ita subtiliter, ⁊ copiose absoluta est presens
consultatio per excellentissimum Consulto-
rem compatrem meum, ⁊ vti patrē boñ. do
mi. Philip. deci. vt mihi de subscriptione requisito, locus
addendi minime appareat, sed ne impremeditatus ad sub-
scribendum conscendisse videar aliqua breuiter attingam,
1 paucula quedam addendo. ¶ † Conclusionem igitur ab
excellentissimo consultore firmatam, (vz ꝙ Lucas predi-
ctus poterit se tueri, qꝛ ille Io. baptista dicitur comprehen
2 di sub illo versicu. forestieri,) difficultare videtur. ¶ † Pri
mo. quoniam negari non potest. d. Ioānem baptistam at-
tenta paterna origine esse ciuez Pisanum, vt. l. assumptio.
§. i. ff. ad munici. ⁊ ibi dicit glo. ꝙ huic ciuilitati renunciari
non potest, lz ergo ipse alibi habitet, non tamen tollitur ista
ciuilitas etiaz si expresse ipse dixerit, minus ergo in casu no
stro debet dici sublata, cum ipse illam alleget, ⁊ ꝯtr videtur,
ꝙ non veniat appellatione forensium a ciuitate Pisa-
8 nem cum vigeat adhuc ratio eadem incapacitatis,† alio quin diceremus ista via indirecta concedi illud, quod directa via prohibetur, quod non est dicendum presertim vbi est ea dem ratio prohibendi, prout in casu nostro est.l.scire opor tet.§.i.ff.de tut.& cura.da.ab.facit.l.sed & si lege.§.item si res.ff.de peti.here.& .l.fi.C.de vsu.rei iudic. & ita in specie in statutis, in simili casu determinat, & declarat patruus, & dns meus do. Barth.soci.in consil.cclij. Circa primum. in.iiij.col.versi.aliquando ex duobus. ¶ Quarto confirma tur per nota.decisionem do. Corne.in consil.ccxc.Qd fuerit
9 iuste.in.i.volu.per totum.† vbi vult, quod si statuto caueatur, quod instrumenta publica testamenta, & similia habeant exe cutionem omnimodam, & per consequens in eis prohibeatur fieri compromissum, (quia si secus diceres non mandaretur executioni) (vt de se patet) si postea alio statuto caueat, quod cause inter certas psonas debeant compromitti, puta inter coniunctos, vel cause pupillorum, (prout est Senis, & super sta tuto Senensi loquitur ipse) istud scdm statutuz volens cau sas pupillorum generaliter expediri per compromissum intel ligitur, & limitatur per aliud statutum specialiter prohibens compromissum (saltem tacite) in causis instrumentarijs, cum velit instrumenta mādari executioni, licet ergo causa sit pu pillorum, si tn est in causa instrumentaria non fiet in ea com promissum, & sic non habebit locum scdm statutum propter prohibitionem factaz a primo statuto. Ita ergo dicamus in casu nostro, quod lz precesserit ternum compromissum, non ta men in hac causa tutelle poterit se intromittere curie mer cantie propter prohibitionem expresse factam per aliud sta tutum precedens, a quo, velut a specialius loquente in ea prohibitione limitatur & declaratur hoc scdm statutum ge neralius loquens in causis, de quibus sit factum ternum cō promissum, & hoc, (ni fallor) ponit gladium ad radicem in hoc puncto. Concluditur ergo ex predictis exceptionem in competentie iuridice opponi posse. ¶ Item quatenus con cluditur per consultorem, quod reuerendissimus Cardinalis de rodulphis propter eius interesse comparendo potest de clinare forum, ex eo quod est clericus, & sic ex propria persona opponere iudicum incompetentiam, ad eius corroboratio nem addo notabilem decis. Spec. qui dicitur pater practi ce in titu.de primo & scdo decreto.§.restat.versi.quid si cle ricus est dns, quem sequitur Ang.in.l.venditor.ff.de iudi
10 ci.† vbi vult, quod si clericus de euictione obligatus pro suo in teresse compareat, poterit declinare forum ex propria perso na. Et ita etiam tenet Imo.in.l.non solum.§.qd vulgo.ff. de vsuca. & refert, & sequitur Areti. in.§.actionum est.xij. col.insti.de acti. Sic ergo dicemus in casu nostro, vt.s.pro suo interesse comparens Reuerēdus vti clericus ex propria psona possit declinare forum, & de iudicū mercantie incom petentia opponere. Soli Deo gloria.

Socinus nepos Pisis legens.

CASUS

¶ Ostenditur quodam assertum testm dne Julie de ciuitate Burgensi, cuius copia transmittitur eo ordine, & forma ad vnguem prout reperitur in originali, in quo scriptum est, quod interuenit presentia Braccij filij sororis dicte dne Julie. bis tamen litteris, & eo modo, & forma, vt in eo legitur.
¶ Et presupponitur in loco extare statutuz sub rub.quali ter femina possit condere testamentum &c. Item aliud sub rubrica, quod masculinum concipiat femininum, & etiaz que dam alia statuta quorum copia transmittitur.
¶ Presupponitur etiam, quod dicta domina Julia habebat in dicta ciuitate Burgi filiam nomine Cassandram, que erat maior, sagax, & prudens femina.
¶ Queritur modo, vtrum tale testm de iure subsistat.

SUMMARIUM

¶ Statutum, quod mulier non testetur sine presentia certarum personarum an valeat?
¶ Et de clausula in testō alia lra, & alio attramēto, an sit falsa?
¶ Et an filius fratris veniat appellatione nepotis in sta tuto de quo in principio consilij?

1 Statutum auferens liberam testamenti factionez non vz.
2 Statutū quod mulier non testet sine pñtia certarum psonarum vz.
3 Testandi forma est inducta de iure ciuili, quod potest alte rari per aliud ius ciuile, vt est statutum.
4 Statutum quod mulier non possit testari sine consensu duo rum consanguineorum valet.
5 Verba addita testamento ex post, & alio tempore, quam fue rit factum testamentum, non probant.
6 Falsitatis imaginem hz, quod est remotum a verosimili.
7 Cōiecture ex quibus arguitur falsitas, seu saltem suspitio.
8 Falsitatis suspitio in iure pro falsitate habetur.
9 Nepos proprie dicitur natus ex filio nostro.
10 Statutuz quod quis teneatur pro nepote, non intelligitur de filio fratris, quia dicitur nepos abusiue, & improprie.
11 Dispositio testatoris faciens mentionez de nepote non ve nit filius fratris.
12 Statutum excludens sororem propter nepotem non pro cedit in filio fratris.
13 Statutum vnum per aliud declaratur.
14 Masculinum an concipiat femininum.

CONSILIUM XLI

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. Circa propositam consultationem succincte, & conclusiue loquar (vti consulentem decet, quia bre uiter veritatem declarare dz, qm verborum prolixitas dz esse inimica bene de iure rndenti, vt hec oia so lebat dicere subtilis Are.i suis cons.vt pz in cons.xvij.& .lxxvj. in pn.cum si.) ¶ Oibus igit diligenter, & mature considera tis concludendum est testm predictuz de iure non subsistere. Nā ex forma statutorum in.d.ciuitate Burgēsi cauet testm mulieris non valere, & ipso iure esse nullū, in quo nō inter uenit pñtia viri, aut filij, aut pris, aut fratris, aut nepotis, vel saltem alicuius ipsorum certo ordine seruato in reqrenda predictorum presentia, & vbi predictorum, vel alicuius eorum pre sentia hri nō possit, dz interuenire pñtia duorum vicinorum bo ne conditionis, & fame, vt late pz in statuto sub rub.qualr fe mina possit condere testm, qd statutum in loco seruanduz est, & hz vim iuris cōis, vt.l.oēs populi.ff.de iust.& iur.& in.c.i.
1 de consti. ¶ † Nec dicat, quod per tale statutū auferat libera te stamenti factio, & ppea non valeat iuxta.l.stiplo hoc mo do concepta.cum ibi traditis per doc.ff.de ver.ob.put in si mili dicit Pau.de ca.de statuto quod mulier sine consensu viri testari nō possit, vt ipse ponit in.l.ex facto.in pn.ff.de vul. & pup.& ibi eum sequit Alex.& refert, & sequit Jaso.in.d.l. stiplo hoc modo concepta.in.i.not. Qm qcqd circa statutuz Pau.de ca.dōm sit, cuius opi.alias legendo in.d.l.stiplo
2 hoc modo concepta.bonis rōnibus reprobaui,† dico in casu nostro oino statutum valere, nec liberā testamenti factionē auferre.non.n.reqrit statutum, quod in testō mulierum reqratur alicuius consensus, vt sic videat collata facultas testandi in alienum arbitriū, & non in liberaz voluntatē mulieris, put vr in casu Pau.de ca.sed tm per statutū nostrum reqritur pñtia alicuius ex noiatis in statuto. Facultas aūt testandi est in libera voluntate mulieris, que pōt quēcunqz voluerit hrdē facere, & alias pticulares dispōnes ex mero eius arbi trio nullius consensu reqsito. Et lz sine pñtia reqsitorum a statu to testari non possit, non tn in aliquo ei auferr libera testi fa ctio, sz solū p statutū iducit qdaz noua forma, seu solēnitas
3 testādi, qd absqz dubio fieri pōt† quia cū testamētorum forma, & facultas

facultas sit iure ciuili inducta, vt per Dy. ⁊ alios in.c.in⸗
dultum.de reg.iur.lib.vj.⁊ tradit Ang.in.l.i.in auc. vt fa
cte noue çstit.col.v.cum simi.vnum ius ciuile pôt alterum
alterare, ⁊ tollere.§.sed naturalia.institu.ð iure natu.vnde
cum statutuz in sua ciuitate sit ius ciuile,vt.d.l.omnes po
puli,sequitur ꝙ statutum nostrum debeat valere,⁊ seruari.
¶ Et ꝑpter hanc rationem Ang.in.d.§.i.in fortioribus
4 terminis† concludit valere statutum, ꝙ mulier non possit
testari sine çsensu duorum çsanguineorum,prout etiaz pre
supponunt Bar.⁊ alij eum sequentes in.l.si cum dotez.§.
eo autez tpe.ff.sol.matr. Si igitur valet statutum, ꝙ requi
ratur çsensus,quo casu potest dici aliqualiter libera testa⸗
menti factio auferri,fortius valere debet,ꝙ sola presentia
requiratur,cum tunc testatricis voluntas non dependeat
a voluntate,⁊ consensu alterius,sed libera remaneat in di⸗
sponendo auc.multo magis.C.de epis.⁊ cle.cum simi. ne⸗
gari enim non potest,quin minus arctetur mulier in requi
rendo presentiam solam,q̃ in requirendo çsensum.Et qc
quid sit circa statutum,qđ requirit çsensuz, quando sola re
quiritur presentia çcludendum omnino est statutum vale⸗
re,⁊ hoc est de intentione Jas.in.d.l.stipulatio hoc modo
concepta.dum refert Ang.in.d.§.i.loqui de statuto requi
rente presentiam,⁊ postea(quicquid sit circa opin.Angel.
quasi illam comprobando)sequitur opi.Paul. de cast. in
proprijs terminis,in quibus loquitur in.d.l.ex facto. Cuz
igitur eiusmodi statutum valeat,⁊ in casu nostro nõ sit ser
uata forma dicti statuti sequitur assertum testamentuz do.
Julie ipso iure fuisse nullum,vt in fi.eiusdem statuti caue⸗
tur.Dico enim ꝙ in tali testamento non apparet,ꝙ inter⸗
uenerit presentia alicuius ex nominatis in statuto,ergo ⁊c.
¶ Nec ob.ꝙ in fi.testamenti reperiatur scriptũ,ꝙ omnia
predicta fuerũt gesta in presentia Braccij nepotis.d. testa
5 tricis.†Quoniam respõdetur primo ꝙ illa verba fuerunt
addita ex post,⁊ alio tpe, q̃ fuerit factum assertum testa⸗
mentum,⁊ çsequenter non ꝑbant,cum testamentum dẽat
scribi vno çtextu, vt.l.hac consultissima.C.de testa. Jstud
autem ꝑbatur ex pluribus.¶ Primo,qꝛ si in ipsa confe⸗
ctione testamenti presentia Braccij interuenisset pro obser
uantia statuti predicti vtiq3 in principio testamenti fuisset
scripta ꝑut est de more,⁊ çsuetudine aliorũ notariorum, vt
mihi presupponit,⁊ ita etiam de iure fit verosimile, vt sic
illud,qđ principaliter requiritur ad validandum dictuz te
6 stamentum,in principio positum reperiatur† ⁊ alias dicit,
ꝙ imaginem falsitatis hꝫ,qđ est remotuz a verosi.,vt inqt
bal.in.l.i.in fi.ff.de ser.fug.refert,⁊ seq̃ Alex.in çsi.xxvij.
7 Jn cã,⁊ lite.in fin.ij. vol. ¶ Scđo hoc ꝑbat,†qꝛ illa clã
in fi.posita,vz ⁊ predicta oia ⁊c.reperit scripta cũ alio ca⸗
lamo,⁊ alio attramento,vt diuersitas coloris ostẽdit, ⁊ in
litteris breuioribus, q̃ sint scripta precedentia, ⁊ sequẽtia,
⁊ ita,vt videatur quodãmodo alia manu scripta, ex qbus
arguitur,ꝙ non eodem tpe fuit scripta, sed addita postea
post finitum testm̃.¶ Tertio suadetur,qꝛ est scripta in bre
uissimo spacio folij,qđ tali clausule regulariter nõ potuisset
seruire,sed tam breue erat,vt nihil in eo esset scribendum,
sed fuerit relictum,vt de more solet çtingere in fi.cuz deue
nimus ad clausulas generales,ꝑut ibi imediate seq̃ clau⸗
sula,⁊ hoc,⁊ hanc ⁊c.¶ Et maxime qꝛ finis dicte clausule
transgredit lineam illius sequentis clausule,⁊ hoc, ⁊ hãc,
vt ex inspectione eius apparet,que oia non essent, si dicta
clausula,⁊ predicta oia ⁊c.fuissent posita tpe çditi testamẽ
ti,habuisset.n.suas lineas,⁊ spacium çuenientia.Ex qbus
oibus facile potest argui falsitas dicti testamenti,saltem in
dicta clausula. Et lꝫ fortasse nõ ꝑbatur çcludenter ista fal
sitas,qꝛ in ea re est quodãmodo diuina reuelatio , vt dicit
Bal.in.l.si ex falsis.C.de trans.negari tñ non pôt, quin ex
predictis oriantur maxime suspitiones , ⁊ presumptiones
çtra dictam clausulam,⁊ totuz testm̃,vnde lꝫ de directo fal
sitas ista non ꝑbetur tñ vt ei fides non prestetur,⁊ legitime
non ꝑbet çtenta in ea,sufficit,ꝙ adsint predicte ꝑsumptio
nes ⁊ suspitiones çtra eam,vt est tex. ⁊ ibi not.in.c. inter
dilectos.de fide instru.tradit in simili patruus,⁊ do.meus
8 Soci.in çsi.xcviij.Alias çsului.ij.col.iij.volu. †Soler.n.
dici ꝙ suspitio falsitatis in iure pro falsitate habetur.l.iu⸗
bemus.C.de proba.ꝑut illum tex.ad hoc alle.Arch.in.c.
in memoriam.xix.distin.et refert ⁊ sequitur Joan.de ana.
in rub.de crimi.fal.prope finez.in versi.vltimo sciendũ est.
¶ Scđo ꝑncipaliter rñdetur.ꝙ ille Braccius,cuius pre
sentia asseritur interuenisse,non est de ꝑsonis a statuto re⸗
quisitis, ⁊ lꝫ statutum inter ceteros çtenetur presentia ne⸗
potis,⁊ iste Braccius in predicta clausula appelletur ne⸗
pos,tñ non est ille nepos de quo statutum loquit. Nã cuz
statuta sint stricte, ⁊ ꝑprie intelligenda,vt.l.qcquid astrin
gende,⁊ibi per doc.ff.de ver.obli. ⁊ in.l.iij.§.hec verba.ff.
9 de neg.gest.cum infinitis simi. † Nepos ꝑprie loquendo
dicit natus ex filijs nostris,vt.l.iurisconsultos.§.scđo gra⸗
du.ff.de grad.cogn.Qui autem nascitur ex fratre,vel soro
re,iuridice, ⁊ proprie non dicit nepos,sed filius fratris,vt
in.§.tertio gradu. insti.de gradi. ⁊ dixit Bal.in.l.vxor.C.
qui accusa.non pos.⁊ ꝑpterea eleganter concludit Dy.in
10 consil.xvj.Diligenter ⁊c.ij.col.† ꝙ statutum,ꝙ quis tenea
tur pro nepote non intelligitur de filio fratris , qꝛ ille dicit
nepos abusiue,⁊ improprie, ⁊ idem etiam voluit Corne.in
11 consil.xlvij.Jn presenti çsultatione.iij.col.iiij. volu.† Con
cludens,ꝙ dispositio testatoris faciens mentionem de ne
pote non verificatur in filio fratris,⁊ postea subdit,ꝙ om⸗
nes doct.tenent,ꝙ in materia stricte interpretanda nepo⸗
tis appellatione nõ venit filius fratris,vel sororis . ¶ Fa
cit elegans decisio Fede.de sen.in consil.xxxix. Viso pun⸗
12 cto.†vbi concludit statutum,quod ꝑpter nepotem exclu⸗
dit sororem,non ꝑcedere ꝑpter filium fratris . Et maxi⸗
me hoc est dicendum in casu nostro, qꝛ ex consuetudine sta
tuentium filius fratris,vel sororis non appellatur nepos,
sed ab eo nomine distinguitur, ⁊ suo nomine appellatur fi⸗
lius fratris,vel sororis,vt patet in statuto sub rubr.de suc
cessionibus ab intestato, ⁊ alibi,vt diligens inquisitor in⸗
ueniet,vnde in statuto,de quo agimus,verbuz nepotis(po
sito ꝙ esset dubium,quomodo sit accipiendum`debet ac⸗
13 cipi,prout alias per statuentes accipi solet † vt sic vnuz sta
tutum per aliud declaretur iuxta tradita per Barto. in.l.
omnes populi.in.ij.q.vj.q.principa.de iusti. ⁊ iure. tradit
Pet.de ancha.in çsil.ccccxxiij.Viso puncto. col.fin. An
dre.sicu.in consil.xxvij.Omnipotentem Deum. post prin.
iiij.volu. ⁊ excellentissimus etate nostra iurisconsultus do.
Phil.deci.in consil.xj.Om̃ iudicantium.iij.col.cuz simi.
vnde cum.d.Braccius in dicta clausula nominatus fuis⸗
set filius sororis dñe Julie testatricis, ⁊ nõ nepos ꝑprie lo
quẽdo,sequit,ꝙ non est seruata forma.d.statuti.Et çnter
testm̃ dꝫ ipso iure nullum, vt iam dictum est. Et si dicat,ꝙ
tpe testamenti dña Julia non habebat virũ,nec filios, nec
patrez,nec fratrez,nec nepotem.Rñdet, ꝙ in statuto ꝑui
suz est isto casu,vel qñ essent,⁊ nõ possent,vel nollet inter⸗
esse,ꝙ tunc adhibeatur presentia duorũ vicinorũ iuxta for⸗
mam statuti, qđ cum non fuerit factum, merito testm̃ non
debet valere. ¶ Tertio rñderi potest(posito , non tamen
çcesso,ꝙ statutum intelligat de nepote ex fratre,cuz de fra
tre faciat mentionez,ꝙ tñ non debet intelligi de nepote ex
sorore , cum nec de sorore loquatur iuxta sonum verborũ,
nam si de sorore non meminit,que est magis coniuncta,mi
nus debet intelligi,ꝙ loquatur de filio sororis, tanq̃ ma⸗
gis remoto, ⁊ coniuncto per radicem non consideratam,ar
gu.l.si viua matre.C.de bonis maternis. ¶ Quarto re⸗
sponderi potest(posito, ꝙ predicta non procedant (absq3
tamen preiudcio veritatis)ꝙ ante dictum Braccium erat
dña Cassandra filia testatricis femina prudens, ⁊ sagax,vt
in puncto narrat, cuius ꝑñtia ante alios erat requirenda,
vt ex ordine statuti nr̃i apparet vbi post virũ requirit pre⸗
sentiam filij. ¶ Et si dicatur, ꝙ statutum loquitur de filio
14 in genere masculino, ⁊ sic nõ de filia femina. Rñdetur,†ꝙ
masculinum çcipit femininum,vt per Bar.in.l.i.ff.de pe⸗
cu.⁊ in.l.i.ff.de ver.signi.tradit Are.in çsi.xxxix.Jn facto
dr.ij.col.voluit Ant.de but.in çsil.ix. Viso puncto.ij.col.
⁊ Curt.in çsi.ix.Ticinensi statuto.iiij.col.cum simi.Et ma
xime hoc est dđm in casu nostro, qꝛ sumus in materia indi
fereti. Jta.n.prestare presentiaz pôt filia,sicut filius.Et de
hoc videtur casus in alio statuto sub rubrica ꝙ masculinuz
genus concipiat femininum , Jn qua expresse cauetur , ꝙ
in omnibus casibus, ⁊ statutis sub masculino genere conci
piatur femininum,vnde cum statutum de quo disputamus

faciat mentionem de filio, debet intelligi etiam de filia, cuz prestare presentiam etiam filie conueniat, et cum simus in claris verbis statuti, vt scilicet masculinum concipiat feminium frustra est vlterius laborare, vt. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de legatis tertio, cum similibus. Cum igitur dicta Cassandra filia non fuerit secundum tenorem statuti requisita, sequitur testamentum non valere per predicta. Laus Deo. Mar. soci. iunior. J. U. D. Senis legens.

CASUS

Titius testamentum condidit, et post nonnulla legata in eo ab ipso facta, instituit, et substituit materno sermone, vt infra, videlicet. Item lasso in tutti li altri miei beni, che sono comuni con Scipione mio fratello mobili, et immobili, miei heredi vniuersali Cesare, et Gaio miei figliuoli per equal portione con questo, che heredino luno a laltro morendo senza legitimi figliuoli, et naturali, et morendo tutti senza legitimi figliuoli, et naturali, lasso a Scipione mio fratello in caso che nó si facci religioso, et che pigli moglie. Et morendo senza legitimi figliuoli, et naturali, allhora lasso del mio, che restera, vn terzo a Cornelia mia figliuola, et in caso, che non ci fusse lei, ne figliuoli suoi, vada detto terzo a Julia mia sorella, et Sépronio mio fratello, o loro figliuoli, et vn terzo alle monache di. s. Piero, et laltro terzo si dispensi amore Dei, prout videbitur meis fideicómissarijs.

Añ omnes decessit Scipio cum filijs viuo adhuc testatore, et Cesare, et Gaio filijs testatoris, et heredibus institutis. Deinde decesserunt filij dicti Scipionis viuentibus predictis, vel saltem Gaio, et Cesare heredibus predictis. Et successiue iam mortuo Titio testatore decessit Gaius, et deinde Cesar sine filijs, qui Cesar vltimo moriens heredez instituit Corneliam sororem suaz, et filiam primi testatoris.

His sic stantibus dubitatur, vtrum monasterium sancti Petri pro sua tertia parte possit petere fideicommissuz sibi, vt supra dicitur relictum, ab herede dicti Cesaris, idest a Cornelia eius sorore in testamento instituta, non obstante, quod Scipio decesserit cum filijs, viuentibus adhuc testatore, et heredibus institutis, ex quo postea filij dicti Scipionis decesserunt, vt supra. Et nullus superest, nec ex heredibus, vel eorum descendentibus, nec Scipio, nec aliquis ex eius descendentibus.

SUMMARIUM

1 Fideicómissum relictū, si quis decesserit sine liberis, vtrum extinguatur, si ille viuo adhuc testatore, et heredibus institutis, quibus sine filijs descendentibus fuerat substitutus, cum liberis decesserit, qui tamen decesserūt viuentibus heredibus, qui postea sine liberis decesserunt.

2 Ferro viam aperit, qui per contraria transit.

3 Fideicómissum an sit nullius valoris, cuz grauato realiter nil sit quesitum, et J. nu. 24.

4 Fideicómissum relictum sub conditione, si sine liberis decesserit, si decessit cum liberis, an sit nullius valoris, quia defecit conditio. et J. nu. 25.

5 Fideicómissum factum sub conditione, si decesserit sine liberis, si hec conditio defecit, quia cum liberis decessit, licet postea ipsi liberi decedant sine prole, conditio iam defecta non potest dici impleta.

6 In conditionis implemento, vel defectu an inspiciatur merum factum, et J. nu. 28.

7 Conditiones, prout ruditer ɔcipiuntur semp dént impleri.

8 Substitutio facta de aliquo, si moriatur ante testatorez efficitur caduca, et remanet heredibus onus restituendi cum eadez qualitate, prout erat grauatus substitutus, et J. nu. 17. 30. et. 32.

9 Legatum factum sub aliqua conditione, si venit prestandum per alium, quam per grauatum, sub eadem conditione est prestandum.

10 Substitutio secunda de maritandis puellis, si Berta primo loco substituta sine liberis decedat, an habeat locum si cū filijs decedat, licet viuo pmo instituto, et J. nu. 33.

11 Si quis instituat filios masculos nascituros, et si decesserint, substituat vxorem, si contingat masculos non nasci, vxor vti substituta non admittetur, sed excludetur a venientibus ab intestato.

12 Uxor instituta heres vniuersalis, si soluz femina nascatur, cui certum quid relinquitur, an possit admitti, si nec masculus, nec femina nascatur. et J. nu. 34.

13 Dignitas familiarum sine diuitijs sordescit.

14 Substitutio compendiosa facta filijs testatoris, cum filij se immiscuerint, et facti maiores fuerint, si substitutus viuat, resoluitur in fideicómissariam.

15 Substitutio compendiosa facta alicui, si sine filijs decesserit, licet filij isti positi in ɔditione non sint vocati secundum magis cómunem opinionem, tamen interpretatur, vt per eam dicatur testator conseruasse illis bona sua ab intestato eorum patri succedentibus.

16 Substitutio cópendiosa aliquando resoluitur in fideicómissariaz. Et in vulgarem aliquando.

18 Substitutio facta filio de fratre testatoris, et si frater decesserit sine filijs, voluit quod fiat vnum altare, si frater decesserit, viuo adhuc filio, apud euz remanet, quod per mortem fratris erat effectum caducum, cum onere cóstruendi altare post mortem suam, si postea filius moritur, altare est construendum.

19 Uerba, que non respiciunt personam certam, cui onus iniungatur, dicuntur impersonaliter prolata.

20 Substitutus si ɔcedet viuo instituto, apitur via scdo substituto.

21 Substitutio licet in vno casu sit tm̄ expressa, tm̄ ex verosimili mente testantis trahitur ad alium, si in eo idez responsum a testatore expectaretur.

22 Substitutio facta filijs, si infra. xx. ann. decesserint, procedit, licet vltimo moriés sine filijs decesserit post. xx. ann. nullo tamen facto testamento.

Immo si omnes decesserint, non facto testamento, hospitale vltimo loco vocatum admitteretur, licet vnus eorum decesserit supra illam etatem.

23 Testator si instituit suū filiuz, et si sine liberis decesserit, substituit quendā eius fratrem, et filiū alterius fratris premortui, quibus sine liberis decedentibus substituit quendā, defuncto testatore pmo, decessit frater sine filijs, deinde filius fratris, viuente adhuc herede, postea heres decessit sine filijs, licet substitutio videatur extincta, quia filius fratris decessit cū filijs, tm̄ quia decessit ante heredem, et per ɔñs substitutio fuerit effecta caduca, tm̄ substitutus admittitur, cū vigeat eadem ratio, ex interpretata mente testatoris.

26 Testatorem aliquid velle an sufficiat, nisi et illud disponat.

27 Fideicómissa inducuntur ex coniectura voluntatis testatoris, et si verba ea non importent.

29 Filij deportati, vel qui sunt fratres minores non faciūt deficere conditionem, ex quo impediuntur succedere aliunde, quam ex propria vel testatoris voluntate.

31 Reg. §. p scdo. l. vnice. C. de cad. tol. pcedit et i substi. vulg.

35 Substitutio facta posthumo si moriatur, trahitur ad casum, si non nascatur.

Ideo paria sūt nó nasci, et natū in pupillari etate ɔcedere.

CONSILIUM XLII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, et iustitie. Uiso testamento Titij nobis oblato, factiqz contingentia mature perspecta, et insuper vberrimo, ac eleganti consilio prestantissimorum primo loco consulentium, et subtili, doctissimaqz subscriptione Excellentissimi viri, ac iurisconsultorum consultissimi domini Philippi decij mihi vti patris obseruandi, accuratissime lectis, et perlectis, et diligenter

1 consideratis. † Audacter, et omni iustitia (ni fallor) et equitate dictantibus in eorundem sniam cócurro, vt scilz predictum monasterium sancti Petri debeat admitti ad petitionem fideicómissi pro sua tertia parte. Ita tm̄ luculenter, et copiose omnia per predictos patres sunt tacta, et discussa, vt nullus additioni locus subscribentibus sit relictus.

Ne tm̄ inconsiderate firmatam ɔclusionem approbasse videatur, repetédo potius, quam addendo, et si quas post terga optimorum

optimorum messorum inuenero, recolligendo pleraq₃ sub⸗ dam circa presentem difficultatem.

¶ Et quia ferro viam aperit, qui per contraria transit, vt inquit Baldus in.l.precibus. octaua columna, versicu⸗ lo modo quero per ordinē ⁊c.C.de impub. ⁊ alijs. vt con clusionis supra firmate iustitia, ⁊ equitas magis appareat contra eam vltra supra considerata per alios.

¶ Primo facit difficultatem, qr fideicōmissum, de quo agitur, monasterio relictum, videtur nullius roboris, ⁊ ꝙ
3 nō possit sortiri quo quo mō effectum, † cum sit, ꝙ illud di citur fuisse onus Scipioni iniunctū iuxta doctrinā Pau. de cast. in consil. cccl. Presens dubium ⁊c.ij.colum.⁊ Cu ma.consil.ij.in princ.iij.colum.⁊ Franc.cur.consil.xlij.co⸗ lum.xj.⁊ consil.xliij.colum.ix.⁊ consil.lxiij.colum.x.in fin. Hoc autem onus non videtur, ꝙ sortiri possit effectum, qr realiter predicto Scipioni nil fuit ex testamento quesitum ergo ⁊c.l.ab eo.C.de fideicōmis.⁊ ponunt docto. in.l.cum filio. in princi.ff.de legatis primo. ¶ Et quamuis ipsum Scipionem vocauerit testator in secundo gradu substitu⸗ tionis, ⁊ ꝑpterea eo casu eueniente potuerit eum grauare, prout factum fuit in testamento, attamen ex quo dicti Sci pioni realiter nil fuit quesitum, videt̄ ꝙ onus ei iniunctum non valeat, quasi ꝙ venerit ad eum casum, a quo incipere non potuit, iuxta.l.iij.ff.de his que pro nō scrip.⁊.l.si a me. ff.de iudi. ⁊.l.debitor.in princ.de leg.⁊.§.si seruus.institu. de noxal.act.cum simili. ¶ Secundo maximam difficulta tem facit, ⁊ in hoc stat pondus presentis ↄsultationis (put
4 etiam per consulentes asseritur,) † quoniam monasterium vocatur sub illa conditione voluntaria, si Scipio sine libe ris decesserit, que cōditio omnino dicitur defecisse, ex quo decessit cum liberis, ⁊ ideo dici debet, ⁊ ipsum fideicōmis⸗ sum conditionale nullius fore roboris conditione deficien te.l.meuius.cum vulga.de conditio.⁊ demonstratio. ⁊ vi⸗ detur casus in.l.ex facto.§.si quis autē susceperit.ff.ad tre bellia.facit.l.cum auus.de conditio. ⁊ demonstratio. ibi, fi deicōmis.conditionem defecisse. ⁊.l.generaliter.§.cum au tem.C.de institu.ibi, euanescere substitutionem, ponit Jo.
5 de ana.consil.lxviij.Uiso statuto sub rubrica ⁊c. ¶ † Nec est curandum iam defecta conditione quid de liberis dicti Scipionis contigerit, ⁊ ideo licet ipsi liberi postea decesse rint, ⁊ sine prole, non ꝑpterea iam defecta conditio potest dici impleta.l.cum vxori.C.quan.dies lega.ced.facit opti me.l.si quis heredem.C.de institu. ⁊c. ⁊ qđ ibi ponit Cy. Bald.Alex. ⁊ alij. ⁊ clare ponit Oldrad.consi.xxj.The⸗ ma tale est.ij.colum.⁊ Pau.de cast.consil.clxxij. Ne im⸗ proprijs vtamur vocabulis.ij.colum. ⁊ Corne.consi.lxxij. Uisis scripturis.in littera.E. ⁊ per totum.i.volu, ⁊ eodē volu.consil.cccxv.Consuluit do.Bald.ser cole.per totū. Et idē nouissime ↄsuluit primus subscribens etate nostra primarius iurisconsultus domi.Philip.deci.in cōsil.lxiij. Et pro tenui facultate.in primo dubio, vbi dicit idem fuis se consultum per Abba. consil. xl.i.volu. ⁊ per Alexan. consil.xxxj.iij.volu. ¶ Nec predictis videtur obstare si di catur, ꝙ licet Scipio decesserit cum filijs, tamen ipsi eius filij nunꝙ fuerint heredes testatoris, ⁊ sic non videtur, ꝙ predicta filiorum existentia sortiatur effectum a testatore consideratum, adeo, vt videatur perinde esse, ac si non exti tissent. Quoniam videtur de plano respōderi posse, ꝙ hoc
6 in proposito nostro non debet attendi, † qr in ↄditionis im plemento, vel defectu inspicitur merum factum, licet iuris non sortiatur effectum.l.filiusfamil.§.cum quis. de lega.i. qui tex.videtur loqui in feminis nostris, ⁊ ita per illū text. declarat Cuma.consil.cxxj. Gerardus quondam ⁊c.i.co lum. Et ideo eleganter dixit insignis doc.Fran.trigr.in.l.
7 ex facto.§.fina.ff.ad trebel. † ꝙ semper conditiones prout ruditer concipiuntur, debent impleri, prout eum refert, ⁊ sequitur Joan.de ana.consil.xxij.Ad approbandam ⁊c. vbi proprie in terminis nostris dicit satis esse conditionē defecisse per liberorum existentiam, licet heredes non fiāt.
8 ¶ Nec etiam predictis obstare videtur, si dica tur (pro⸗ ut supra per predictos patres dicit̄) † ꝙ ex quo in casu no⸗ stro substitutio de Scipione facta fuit caduca, dicuntur he redes retinere hereditatem cum onere restituendi iuxta.l. vnicam.§.pro secundo.C.de cadu.tol. Quoniam videtur

posse dici, ꝙ illud sit verum, attamen intelligi debeat, ꝙ onus predictum debeat apud heredes remanere cum ea⸗ dem qualitate prout grauatus erat Scipio, scilicet si deces serit sine liberis, adeo ꝙ sub eadem conditione videatur heredes obligati, cum in hoc dicantur in locum Scipio⸗ nis intrasse argumento.l.si eum.§.qui iniuriarū.ff.si quis
9 cautio. ¶ Pro quo bene facit, † ꝙ vbi sit legatū sub con ditione aliqua, si legatum illud venit prestandum per aliū, ꝙ̄ per grauatum (puta per venientes ab intestato) est pre⸗ standum sub eadem conditione. Jta videtur probare.l.fi⸗ na.C.de codicil.ponderando ibi versicu. transducere ⁊c. prout in indiuiduo ad hoc ponderat Bald.in consil.clxx. Quidam Nicolaus.in fine, quinto volu. quod in eodem volumine reiteratur numero.cccxix. ¶ Tertio, opin.con⸗ tra monasterium videtur firmari ex his, que dixit Bald. in suo eleganti consilio.ccliiij. Titius instituit sororem. pri
10 mo volu. † vbi cōcludit, ꝙ substitutio secunda de maritan⸗ dis puellis in casu suo facta, si Berta primo loco substitu ta sine liberis decedat, non habet locum, si cum filijs dece⸗ dat, licet viuo primo instituto, ⁊ sic concludit, ꝙ licet cir⸗ cunducatur gradus substitutionis non tamen circunduci⸗ tur conditio liberorum. Jta ergo in casu nostro, licet Sci⸗ pio decesserit, viuo testatore, ex quo tñ cū filijs decessit, nō dicatur factus locus substitutioni de monasterio facte, cū eius substitutionis conditio defecerit. ¶ Rursus ⁊ quar to contra firmatam conclusionem augetur difficultas per ea, que subtiliter, ⁊ multum singulariter determinauit Ful⸗
11 go.in consilio.xlix.Ex facto proponitur, † vbi concludit, ꝙ si quis instituat filios masculos nasciturος, ⁊ si decesse⸗ rint, substituat vxorem, si contingat masculos non nasci, vxor vti substituta non admittetur, sed excludetur a venie⸗ tibus ab intestato, ⁊ cum eo videtur concordare Corne. consilio.cxlix. Licet in hac consultatione. in littera. D.iij. volu.dicens dispositionem si posthumus decedat, ordina tam, non habere locum, vbi nō nascatur. Concludūt ergo predicti ꝙ substitutio facta vno casu, ⁊ sub vna conditione non verificatur in casu simili, ⁊ vbi illa conditio in specie non fuerit impleta. Jta ergo in casu nostro videtur dicen⸗ dum, ex quo non fuit impleta conditio nec venit casus, sub quibus fuit monasterium vocatum, ergo ⁊c. ¶ Prete⸗ rea ⁊ in alio vrget decisio Fulgosij in dicto consilio. xlix.
12 † Nam vult ibi, ꝙ vxor instituta heres vniuersalis, si solū femina nascatur, (cum illi femine nasciture certum quid re linqueretur) non possit admitti, vbi nec masculus, nec femi na nascatur, licet tunc fortiori ratione videatur admittēda; nam si vocatur vxor, vbi nascitur femina, in quam vigere potest filialis affectio testatoris, ⁊ sic dicitur testator illam vxorem proprie filie pretulisse, fortius videtur, ꝙ voluerit eam preferre alijs extraneis, in quos cessat filialis affectio. Et per consequens, ꝙ debeat admitti etiam nullis natis filijs, ⁊ tamen contrarium determinat ex eo tantum, quia verba testamenti sonant, vt videatur instituta solum in ca⸗ su, quo femina nascatur. Sic igitur videtur dicendum in casu nostro, vt licet fortasse videatur eadē ratio admitten di monasteriū Scipione cum liberis decedente, qui post⸗ ea viuis adhuc heredibus decesserunt, si sine liberis deces sisset, tamen, quia verbis testamenti tunc non deseruimus. videtur ꝙ monasterium debeat excludi. Et ista sunt, que prima facie cuilibet supra firmatam conclusionem dubiam reddere possent. ¶ Uerum predictis non obstantibus, que recte consideranti nullo modo obstant, omni iuris ra tioni ⁊ equitati consonam arbitror conclusionem iam su⸗ pra firmatam, ad cuius rei demonstrationē presuppono, prout etiam consulentes precedentes dicunt, ꝙ Titius in suo testamento post heredum institutionem de filijs ma⸗ sculis factam, ⁊ eorundem reciprocam substitutionem fe⸗ cit secundum gradum substitutionis per compendiosam substitutionē vocando fratrem eius Scipionem sub cer⸗ tis conditionibus. Ex quibus manifeste intelligi potest te statorem agnationem propriamq₃ familiam considerasse, voluisseq₃, vt per fratrem, ⁊ eius filios, eius bonis median tibus, honor familie (extincta propria sobole masculina)
13 ↄseruetur. † sordescit.n. familiaris dignitas absq₃ diuitijs. vt.l.q̄sq̄s.C.ad.l.iul.maie.facit.§.hoc quoq₃.insti.p quas

personas nobis acquiri. Ponit auus meus, cuius nudu3 nomen ego represento in consilio. xxx. iij. colum. Quam
14 uis ex his, que &c. † & ista secunda substitutio cum filij, & heredes testatoris se immiscuerint & fuerint facti maiores, (vbi Scipio vixisset) erat resoluenda in fideicómissariam, iuxta plene tradita in.l.pcibus.C.de impub.&c. & in.l.centurio.de vulg. & pup. Et per cano.in.c.raynutius.de testa.
15 & in.c.si pater.eo.ti.lib.vj. † Fecit deinde tertium gradum substónis de dicto monasterio, & socijs sitr per compendiosam, si Scipio decesserit sine filijs, per quam cõditionem dr voluisse puidere filijs.d.Scipionis, vt declarat Frã.curt. cõsi.xlij.in.i.col.Christi, & gloriosissime matris &c. que puisio lz posset fortasse interpretari, vt ex eo filij Scipionis videant vocati, put multi tenent, tñ qz magis cóis opi.est in cõtrium, vt hr in.l.lucius.ff.de here. instit. & in varijs locis, que recensere non expedit, dicer interpretanda, vt per eam dicat testator cõseruasse illis bona sua ab intestato eoꝝ patri succedentibus, vt p doc.in.d.l.lucius.& in terminis declarat Cuma.in cõsi.cxxj.in fi.i.col.qd tñ, & bene, intelligit, qñ pater supuixisset, & sic bona fuissent sibi quesita, alias secus, cum fideicómissum cõditionale non transmittat, vide
16 per eum. † Et hec tertia substitutio sitr dz resolui in fideicómissariam, cuz Scipio fuerit maior, & extraneus, vt in sua subscriptione declarauit Deci. Uel etiam pót dici, q & in vulgarem potuit resolui, cum & in fideicómissis fieri possit.l.vt hédibus.de leg.ij. & alias compendiosa ét vulgarez cõtineat, qua3 vno respectu dicimus expressam, vt declarát doc.in.d.l.precibus.& in.l.centurio.& sic.d.tertia substitutio sonaret, q monasteriú, & socij pro ratis suis dicant Scipioni substituti, si sine liberis decesserit, & vulgariter hoc est, si id cõtingat ante acqsitionez fideicómissi, & per fideicómissum, vbi post acqsitionem id euenerit, & (ni fallor) ista est vera declaratio predicte substónis. Supponendum ét est
17 † q cuz Scipio predictus decesserit viuo testatore, q substitutio de eo facta, & sibi relictú fideicómissum fuit in cám caduci effectum, vt est text.in.§.& cum triplici.C.de caducis tol. Et ex hoc successiue sequir, primo, q remásit apud heredé cum onere.d.Scipioni iniuncto.s.de restituendo monasterio, & socijs, vt vr casus in.§.pro scdo.eo.tit.& ita declarat Bar.in.l.quandiu.in fi.la.iij.ff.de acquir.here. & ibi eum in hoc sequunt cóiter docto. Et vt.s.dixit primus excellentissimus subscribens. ista est cóis opi. qcqd dixerit in cõtrium Corne.cõsi.xxxv.in.iij.cõclu.ij.volu. In casu isto pulchre disceptatio &c. & vltra adducta.s.per eum, & alios allego idez tenuisse in terminis nostris Bal.in cõsi. cclxxix.i.
18 vol. Factum tale pponitur. † vbi vult, q si filio fuerit qda3 Masius frater testatoris substitutus, & si Masius decesserit sine filijs, iusserit testator fieri vnu3 altare &c. si Masius decessit viuo adhuc filio, apud eum remanet, qd per morté Masij fuit effectum caducum cum onere cõstruendi altare post mortez suam, & ideo si postea filius morir, altare oino est cõstituendum, & alle.d.§.pro scdo, ac ét in argu.deducit. l.publius.§.i.de cõdi.& demon.vide per eum. Nec vr habere ibi Bald.in cõsideratione, vtrum Masius decesserit cum filijs, vel ne, cum semp vigeat eadem ratio caducitatis, non.n.fieret minus caducum fideicómissum si cuz filijs decesserit, ex quo non sunt vocati iuxta cóiter dicta in.d.l. lucius, q3 si sine. Et hinc est, q Bart. in.d.l.quandiu. non distinguit, an primus substitutus decesserit cum filijs, vel ne, qz per predicta, intendit nullam fore drìam, & ita eú indistincte loquentem ponderat Pau.de cast. in cõsi.ccclj. Presens dubium.in.i.col.versi.aduertendum &c. & maxime hoc pcedet, qñ si cuz filijs decessisset ét ipsi filij ante institutum decesserint, put est casus noster, & ita vider velle Bal.in dicto cõsi.dum dicit, q ex quo oés decesserunt, qui precedebant altaris cõstructionem, non attento ordine moriendi dz.d.altare cõstrui. Ita ergo in casu nostro, cum oés decesserint, non est cõsiderandum, an filij Scipionis decesserint ante eum, quo casu res esset clara vel post. Et ista oia maxime pcedunt fm Bal.ibi, qñ grauamen cõstituendi altaris fuit impersonalr iniunctum. Hoc autem cõsidero & in themate nostro, impersonalr eteni3 loquutus fuit testator, dicens, Albora lasso del mio, che restera vn terzo alle mo
19 nache di.s. Pietro &c. † Ista.n.verba cum psonam certaz non respiciant cui onus iniungar, dicuntur impersonaliter plata, vt in auc.si qñ.C.de cõstitu.pecu. & per hoc pater fm Bal.ibi non obstare.l.celsus.§.qd alicuius.de lega.ij. vbi onus fuerat noiatim iniunctum. Preterea & scdo allego eundem Bal.cõsi.lxxxj. Quamuis primus substitutus.
20 in.iiij.lib. † vbi breuiter cõcludit, q si primus substitutus viuo instituto decedit, non precluditur via, imo aperir scdo substituto, & allegat eadem iura, que alle.in alio cõsil.s.alle. Item ex his, que.s.premissa sunt, sequir scdo q dictu3 monasterium pro sua rata vigore vulgaris substónis in cópendiosa comprehense dr instare in locum Scipionis, ex quo ipse decessit ante heredes, non tñ dico, q succedat simpliciter testatori per vulgarem, qm tantum per fideicómissum, sed dico, q ad illud fideicómissum admittitur subintrans in locum Scipionis mediante.d.vulgari substóne, nam lz vulgaris fieri possit in fideicómisso, tñ semp remanet fideicómissu3. Et ex ista cõsideratione vltra superius adducta vr casus noster de plano determinari, vt.s. monasterium scdo loco vocatum admittar, ex quo Scipio primus substitutus decessit anteq3 fieret locus prime substitutioni. & ita in simili determinat Bal.in cõsil.clxij. Quidam fuit substitutus &c.i.volu.& Corne.cõsil.xxxv.in.iij.cõclusione.ij.volu. Et ex predictis satis clare cõstat, & fm regulas iuris monasterium esse admittendum, & fm omnimodam testatoris voluntatem. Tam & si ppria verba testamenti in casu, qui non cõtingit, non videantur verificari, voluit enim testator, vbi filij sui masculi, eorúq3 filij, & frater, & eius filij defuerint, monasterium pro sua rata vocari, vt ex serie testamenti manifestissime cõstat. Cum ergo talis casus euenerit, seruanda oino est testatoris voluntas, qd fieri humano generi, publiceq3 expedit fm insignem doc. Tancre.de cornet.in sua compendiosa in.x.rubri.put eum refert, & sequir Ioan.de ana.in cõsil.lxvj. Uisis his, que in facto &c.in vlti.col. Et maxime hoc dicendum est in casu nostro, vbi de fideicommissis agimus, in quibus omnino mens predominatur, & ex cõiecturata méte testatoris inducuntur, etiam vbi verba nó videant pati, vt supra per Consulentes dictum fuit, & vltra adducta per eos hoc voluit in terminis Fulgo.in cõsilio.xv. Proponitur, q montes &c. scda colum. & Cuma.in cõsil.xiij. Titius instituit seium &c. ppe finem.& elegans doct. Franc.cur. in cõsil.xlij.s.allegato in prín.& in cõsi.lj. Super testamentis Alberti.in prin. Preterea ex alio (voluntate testatoris inspecta) videtur verissima predicta cõclusio.nam testator dictum monasterium equauit filie sue Cornelie cuilibet tertiam ptem relinquendo, & eis tantum preposuit filios masculos, & eorum filios, & fratrem & eius filios, & sic istis non extantibus voluit Corneliam filiam suá, & monasterium pari passu ambulare, vt igitur testatoris voluntatem, vti venator leporem, vt iura pcipiunt, sectemur, illo casu eueniente non debemus quoquo modo pati plus iuris habere filiam, q3 monasterium, & propterea dicendum est monasterium ad suam tertiam partem admitti debere, alioquin disparitas esset, cum filia totum haberet monasterio excluso. Et ista consideratione in multum similibus terminis vtitur Bal. in cõsil.clxvij. Thema pponitur &c. ppe finem.ij.volu. vbi
21 est videndum. Insuper cõfirmantur predicta † quoniam licet substitutio vno casu tantu3 reperiatur expressa, tamen ex verisimili mente testantis trahitur ad alium, si in eo idez responsum a testatore expectaretur per iura vulgaria, & supra per Cósulentes dictum est, & vltra per eos adducta ita dixit egregie Franc. curt.in cõsilio. lxxv. Dominus Ludouicus lotharius &c.iiij.colum.versicu. Et istud comprobo &c.vbi allegat tex. aureum in.l.lucius.§.titius.ff.de liberis & posthumis. vbi hoc ponir Barto. Paul. de cast. & alij. Et idem dixit in dicto cõsilio.lj. colum. xij. versicu. sed hoc non obstat &c. Exploratissimum autem arbitror nostrum testatorem (si de casu qui contingit, fuisset interrogatus, & eum euentutum cogitasset) respondisse omnino se velle monasterium cum socijs pro suis ratis admitti, & ita fieri debere ordinasset, cum ea ratio, qua motus fuit ad substituendum monasterium cum socijs, videl3 defectus heredum institutoꝝ, & eoꝝ descendentium, item fratris Scipionis, & filioꝝ eius, ita nunc vigeat, sicut si Scipio sine liberis

beris

beris decessisset, cum ipsi eius filij postea ante mortem heredum decesserint. ¶ Rursus clarior redditur conclusio predicta ex his, que signanter, & multum ad propositum nostrum
22 consuluit Fulgo. consil. xv. supra allegato. † vbi vult, quod substitutio facta filijs, si sine liberis infra. xx. annum decesserint, procedit, licet vltimo moriens sine filijs decesserit post. xx. annum, nullo tamen facto testamento, & mouetur, quia ideo prudens testator etatem eo modo taxauit, quoniam ratus filios eius integri tunc esse iudicij, eosque tunc superstites rerum, & temporum, ac personarum conditionum non ignaros perfectius dispósituros existimauit, quam ipse pater futurorum contingentium ignarus disponere, seu precogitare potuisset, & sic videtur id fecisse, vt ab illa etate liceret eis filijs a patris dispositione discedere, si voluerint, & quomodolibet aliter de bonis testari, quasi sentiens vbi per eos supra dictam etatem decedentes nihil fuerit contra patris testamentum ordinatum, procedere omnino debere ipsius testatoris ordinationem, quasi a filijs nil in contrarium disponentibus approbatam, que ratio (cum vigeat in casu illo, etiam si supra. xx. annum decedant) operatur vt illa substitutio ita precise in eo casu facta, si infra. xx. annum decesserint, trahatur etiam si postea decedant nulla tamen facta dispositione bonorum, vide ibi per eum, sic ergo dicemus in casu nostro, vt. s. substitutio expresse facta, si Scipio decesserit sine liberis, propter identitatem rationis, & ex omnimoda mente testatoris trahatur etiam ad casum, quando decessit cum liberis, postquam etiam illi ante heredes institutos decesserant. ¶ Preterea in alio vrget consilium predictum, dum in. ij. col. versi. quid etenim diceretur, vult, quod si in casu illo omnes decesserint, & nulla fuerit per eos facta bonorum dispositio, hospitale vltimo loco vocatum admitteretur, licet vnus illorum decesserit supra illam etatem, alioquin inquit ibi Fulgo. impie, & contra testatoris mentem (que in fideicommissis magis, quam verba inspici debet) iudicaremus, quia tunc nullus superesset, qui fuerit per testatorem hospitali constituendo prepositus, ita ergo dici debet in casu nostro, cum nullus supersit, qui per testatorem monasterio predicto in tertia parte fuerit prepositus. ¶ Nouissime roborantur predicta per ea, que proprie in terminis nostris, imo in fortioribus determinat Cuma. in consilio. cxxj. Gerardus
23 quondam &c. † vbi testator heredi suo filio, si sine liberis masculis decesserit, substituit quendam dominum Mascarellum eius fratrem, & Bartholomeum alterius premortui fratris filium, & eis, si sine liberis decesserint, substituit quendam Marcum &c. decessit primo (defuncto tamen testatore) dominus Mascarellus sine filijs, deinde Bartholomeus cum filijs viuente adhuc herede, postea decessit filius, & heres testatoris sine filijs masculis, licet igitur eo casu substitutio de Marco videatur extincta, quia Bartholomeus decessit cum filijs, tamen quia decessit ante heredem, & per consequens substitutio de eo facta fuit effecta caduca, nec ad eius filios potest dici translata, consuluit Raph. cu. Marcum predictum omnino esse admittendum, cum vigeat eadem ratio ex interpretata mente testatoris, qui bona sua voluit ad Marcum peruenire, vbi nec ad filium suum, vel eius filios, nec ad fratrem, vel fratris filium, & eorum filios potuerunt peruenire, & postquam venerint permanere, qui casus contingit, licet Bartholomeus cum filijs decesserit, fit itaque ibi clara conclusio, quod ex verosimili mente testatoris substitutio facta, si sine liberis decesserit, ex identitate rationis trahitur etiam ad casum, vbi cum liberis decesserit. Ita ergo erit in casu nostro, & fortius quidem, cum in casu illo filij illius Bartholomei adhuc viuerent, in themate autem nostro presupponuntur mortui ante mortem heredis instituti, & ista (ni fallor) ponunt gladium ad radicem, & eis acquiescere inuitis dentibus cogimur. ¶ Superest modo ad
24 allegata in contrarium respondere † ad que omnia, si quis superiora recte intueatur, ex eis optimum colliget responsum. Verum ad clariorem doctri. singulis respondetur, & de facili. Et ad primum respondetur, quod illud arg. procedet, si vellemus ex. d. fideicommisso Scipionem vel eius heredes realiter grauari, vt. s. ipsi tenerentur, quod non dicitur, sed dicimus, quod illud onus, quod per testatorem Scipioni fuerat iniunctum respectu eius, quod eidem relinquebatur, cum (Scipione ante testatorem decedente) substitutio de eo facta euanuerit, & in causam caduci deuenerit dicitur remanere apud heredem. vt in. d. §. pro secundo. Et sat est Scipionem velut bonoratum ab initio potuisse grauari, non autem requiritur ad fideicommissi conseruationem quod Scipio succedat, cum etiam ipso non succedente fideicommissum ad onus heredis recidens conseruetur, vt. s. diximus, pro quo facit. l. cohredi. in prin. ff. de vul. & pupil. & dominus Bar. & alij in. d. l. quamdiu. in fi. nec dicitur deuenisse ad casum, a quo incipe non potuit, cum non queramus, nec velimus Scipionem, vel eius heredes teneri. ¶ Ad secundum vero (in
25 quo videtur iacere lepus) respondetur, † quod licet quantum ad verba testamenti videatur defecisse conditio, ex quo Scipio cum liberis decessit, tamen quantum ad verosimilem, & omnimodam mentem testatoris non defecit, cum testator tunc voluerit monasterium cum socijs admitti, cum cessauerint, vel defuerint filij eius masculi, & eorum liberi, item frater, & eius filij, qui casus euenit, vt. s. fuit dictum. Et licet illa conditio tanquam voluntaria non videatur posse impleri per equipollens iuxta dicta per Bar. & alios in. d. l. gallus. §. & quid si tamen. de lib. & post. tamen illud non procedit, quando in conditione voluntaria fuit consideratus effectus prout in casu nostro, secundum quod declarat egregie patruus, & dominus meus Soci. in. d. §. & quid si tamen. in vlti. not. & satis. s. per alios dictum fuit. Vel etiam vltra eos potest dici, quod non sumus in conditione voluntaria, sed in necessaria, & propterea secundum doc. bar. in. d. §. & quid si tamen. potuit adimpleri per equipollens. Quotiens. n. principaliter consideratur effectus, prout in casu nostro fuit, si ad eum effecctum ponitur vna conditio, licet alias per se illa conditio sit voluntaria, tamen quantum ad propositum nostrum debet dici necessaria, in qua non consideratur omnimoda necessitas, sed vtrum sit vnum de necessarijs, intelligas alternatiue, ad effectum per testatorem consideratum, ita in similibus terminis declarat Corn. in consi. cclxxvj. Viso suprascripto themate. iij. vol. in litera. V. Et ad hoc subtiliter, & concludenter inducit. d. §. & quid si tamen. ad dicta per eum me remitto. ¶ Et ex his patet non obstare. l. cum vxori. C. quando di le. ce. & l. si quis heredem. C. de instit. cum al. is. s. alle. quoniam illa procedunt, vbi penitus dicitur conditio defecisse, nos autem loquimur vbi non omnino defecit, imo ex post per equipollens fuit impleta. ¶ Et ad consilium Decij. lxiij. & ad alia ibi allegata (magis in specie declarando,) respondetur, quod ibi omnino defecit conditio cum ille cum liberis decesserit, & voluntati testatoris in defectum conditionis considerate dicitur satisfactum, cum bona iam ad illos filios peruenerint, vnde vltra non est querendum, sed in casu nostro voluntati Titij testatoris in defectum conditionis non potest dici quoquo modo satisfactum cum ad filios. d. Scipionis de bonis testatoris nihil peruenerit, imo quod est fortius, nec ad ipsum Scipionem, satisfiet ergo voluntati testatoris in conditionis euentum considerate, vt. s. omnibus, de quibus. s. deficientibus, mo
26 nasterium cum socijs admittatur. ¶ Et licet alias soleat dici, † quod non sufficit testatorem quid velle, nisi & illud disponat, vt inquit Bal. & Imo. per illum tex. in. l. quidam cum filium. ff. de here. insti. & s. allegabatur. Hoc tamen nil predictis obstat, quoniam id procedit in voluntate, de qua iuridice non constat: quando. n. constat etiam per coniecturas dicitur testator satis disposuisse, cum semper in fideicommissis, vt sciamus, quid disposuerit testator, mentem eius, etiam per coniecturas, & inditia perquiramus. l. in conditionibus. & ibi per doc. de condi. & demon. & ponunt doc. in. l. iij. C. de lib. prete. & satis. s. dictum est. Pro quibus est elegans tex. in. l. vnum ex
27 familia. §. fi. de le. ij. † vbi probatur expresse, quod ex coniectura voluntatis testatoris fideicommissa inducuntur, tam & si verba ea non importent, & ita vir ille prudentissimus & religiosissimus princeps diuus Marcus statuit. ¶ † Similiter non ob. quod dicebatur
48 to, & retento, ne ad eos se conferret. ¶ † Et quamquam ex ordine Magnificorum dominorum Florentinorum in quibusdam literis illud permitteretur, cum tamen esset expresse contra dispositionem iuris, que iure ciuili inspecto requirit omnium arbitrorum presentiaz vt. l. si in tres. ff. de arbitris. iure vero Canonico saltem absentis citationem, vt in. c. fi. de arbit. lib. vj. honestissimuz fuisset vt dictus tertius requireretur argu. l. iij. cum ibi not. C. de pigno. a qua honestate discedentes duo illi arbitri (coniuncto eo, ꝙ in eorum laudo enormissima lesio continetur) dolositatis notam euitare non possunt. ¶ His sic positis pono conclusionem, ꝙ laudum predictum potest peti reduci ad arbitrium boni viri, & hoc (circunscripta dispositione statuti) iure communi inspecto clarum est, & procederet ex sola voluntate petentis, vt per Bar. & alios in. d. §. arbitrorum, tota ergo difficultas in presenti casu consistit in eo, ꝙ per statutum predictuz talis reductio prohibetur simul, & omnis exceptio contra sententiam arbitri tollitur, vt in eo apparet. ¶ Sed tamen conclusionem istam in casu nostro defendendo ad predictũ
49 statutum respondetur. ¶ Et primo ꝙ debet intelligi, nisi ex laudo, vel sententia arbitri alicui inducatur enormis lesio, tunc enim propter enormem lesionem non obstante prohibitione statuti poterit peti reductio ad arbitrium boni viri, sicut etiam diceremus, quando pacto tali reductioni eẽt renuntiatum etiam cum iuramento, nam eo non obstãte data enormi lesione talis reductio peteretur secundum Bar. in. d. §. arbitrorum, & in. l. quidam cum filium. ff. de ver. obl. quem vtrobiq; sequuntur doct. & ita arguẽdo de pacto ad statutum in istis terminis cõcludit Rapha. fulgo. in consil. cxx. super eo, quod primo loco in vltima colu. per not. in. l. non est impossibile in fi. glo. mag. ff. de pact. facit. l. fi. C. de fideius. & Pet. de anca. in consil. cclxx. in. q. v. dicta. iij. col.
50 versi. similiter, ac multo magis &c. † dicens esse regulam vt quod non potest per pactum, non possit etiam per statutum per not. in rub. C. de decu. lib. x. ¶ Quod argumentũ maxime procedit presupponendo, ꝙ pacto esset adiectum iuramentum prout. s. dixi. nam tunc a pari potentia procedit cum statuto secundum Bar. in. l. fi. iij. col. C. de pact. & ita in proposito nostro declarat Ias. in. d. l. quidam cum filiũ. viij. & ix. ¶ Eodem argumẽto in terminis nostris, vt. s. cõcludendo vtitur Rom. in consi. ix. viso themate. ij. col. nam (prout ipse dicit) enormis lesio ab omni verborum generalitate dicitur excepta per. l. si libertus ita. ff. de operi libert.
51 ¶ † Et hanc opinionem ꝙ statutum prohibens reductionem laudi ad arbitrium boni viri non procedat data enormi lesione (vltra predictos) expresse firmauit Pet. de anca. in consi. ccvij. in. q. v. dicta. iij. col. & illud consilium comprobauit per viam sententie collegium Paduanum, vt patet ibi in consilio sequenti. idẽ dixit fulgo. in consi. ccxxxiiij. quoniam in singulis, & Ab. in consi. xxxj. in cã, & q. in fin. versicu. ij. principaliter &c. ij. vol. vbi dicit, ꝙ non est verosimile statutum voluisse fouere euidentem iniquitatem, quia lex iusta, & rationabilis presumi, & esse debet, vt in. c. erit autem lex quarta distinct. idem etiam voluit Pau. de cast. in. d. consi. cccclxiiij. in. vlti. col. & sentit Alex. in consi. cvij. viso themate. iiij. col. iij. vol. & expresse concludit patruus, & d. meus Soci. in. d. consi. cxxvj. col. versi. non obmitto cum concordantibus per eum allegatis, & per Ias. in. d. l. quidam cum filium. ix. colu. cum igitur in casu nostro p. d. laudum predicti Philip. & Michelang. enormiter & enormissime dicanẽ lesi seqẽ, ꝙ pñt petere illud reduci ad arbitriũ boni viri, nõ obstante statuto. ¶ Item etiam non obst. si ipsi met in compromisso tali renuntiationi renũtiauerint etiam cum iuramento, vt ex predictis constat. quod an interuenerit, mihi non constat, cum non viderim compromissum. ¶ Secundo respõderi potest ad istud statutum vt procedat, nisi dolus arbitratoris delegaẽ, quia nec pacto, nec etiam statuto dicitur data potestas, vt arbitror dolose pcedat, cum de dolo futuro agatur arg. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. & l. i. §. illud. ff. deposit. ita in terminis nostris declarat Bal. in. l. cum antea. C. de arbit. & rom. in. d. consil. xx.
52 ppe fi. ¶ † Et quamquam statuto prohibeatur dici de iniquitate laudi, tamen non intelligitur de ea, que dolosa est, ne alias ab ipso statuto delinquendi occasio prebeatur contra iura preallegata, & l. conuenire. ff. de pact. dot. & l. meminerint. C. vnde vi cum similibus, & ita dicit ibi rom. & ita est de intentione omnium doctorum in locis preallegatis, si quis recte animaduertat, & exprimit Ias. in. d. l. quidam cũ filium. ix. col. ¶ Dolũ aũt arbitrorũ in casu nostro interuenisse. s. probatũ ẽ ergo &c. ¶ Tertio etiam responderi po
53 test † ꝙ cum istud statutum sit contra ius commune, dz strictissime interpretari, presertim ne quis ex eo dãnũ indebite patiatur iuxta. l. secundam cum ibi not. C. de noxa. & c. cuz dilectus de cõsuetud. & tradit Bar. in. l. omnes populi. de iusti. & iur. in materia interpretationis restrictiue cum similibus, sed in casu nr̃o si reductio ista peti non posset, nimis grauiter, & indebite lesi predicti Phylip. & Michelang. damnum paterent ergo &c. & ita in terminis nostris dixit Pet. de anca. in. d. consi. ccvij. ij. col. & collegium Paduanum in cons. ibi sequenti. v. col. Fulgo. in. d. consi. cxx. in fi. & Alex. in. d. consil. cvij. col. pen. concludentes, ꝙ ad hunc

finem verba statuti possent impropriari, vt ibi per eos.
54 ¶ †Facit quia alias statutum prohibens exceptionem op poni, non procedit, si ea non opposita quis lucraretur cum iactura alterius, quia tunc saltem officium iudicis potest implorari secundum Bar. in. l. plane in fi. ff. de pet. hered. & Abb. & alios in. c. ex parte il secũdo de offi. deleg. & ponit dominus meus Deci. in. l. iure nature. ff. de reg. iur. sed in ca su nostro illi aduersarij cum iactura horum minorum fratrũ lucrarentur, ergo conuenit, vt iudicis officio talis reductio
55 concedatur. ¶ Demum & quarto responderi potest†, q͂ isti minores speciali eorum priuilegio restitutionis in inte grum possint petere laudi rescissionem eo q͂ per illud lesi re periuntur iuxta. l. j. & per totum. C. si aduer. rem iudi. vel p̄ titulum. C. si aduers. transact. nam ex compromisso secuto postea laudo oritur quedam transactio iuxta ea, que haben tur in auct, si vero contigerit, & in corpore, vnde sumi tur. C. de iudic. ¶ Nec per statutum de quo agimus, vel aliud, simile dicitur hoc remedium sublatum secũdum Bal. in. l. si minor. §. minores. ff. de minoribus, & in consi. ccviij. premissis tribus. j. vol. & in consi. clxxxvij. in causa presenti. ij. vol. & licet Bal. met aliquando in quodam consilio con trarium dixerit, firmius tamen in hac opinione permansit, & legendo, & consulendo, vt in locis predictis, cum qua vide tur communis opinio, nam hoc idẽ expresse firmauit Ro. in. d. consi. xc. & Fulgo. in. d. consi. ccxxxiiij. & Abb. in. d. cõ si. xxxj. ij. col. nam secundum eos per tale statutum dicitur sublatum remedium, quod iure cõmuni cuilibet maiori cõ peteret, non autem speciale beneficium restitutionis in inte grum minoribus competens, vt per eos. ¶ Et ex his om nibus in presenti consultatione concluditur diuisionem pre dictam fuisse nullius momenti. ¶ Et posito, q͂ valeret, cã rescindi posse. ¶ Item partes predictas (vbi velimus diui sionem conseruare) in illo errore cultrarum reducendas ẽẽ ad equalitatem. ¶ Et demum laudum contrarium dictãs velut iniquum, & dolosum ad arbitrium boni viri reducen dum esse, non obstantibus statutis, & renuntiationibus, si que sunt. Laus Deo.

Maria. Soci. iunior iurisconsultus Pisis legens.

SVMMARIVM.

¶ De quadam taxa solita exigi a certorum locorum habi tatoribus, tanq͂ a forensibus, an scilicet exigi possit ab his, qui nati sunt, vel diu habitauerunt.

1 Jus ex facto oritur.
2 Taxa solita solui, & exigi ab habitatoribus certorum loco rum tanq͂ a forensibus, an exigi possit ab hijs qui ibi na ti sunt, vel diu habitauerunt, & j. nu. 10.
3 Nati in aliquo loco non dicunt̃ forenses, sed ciues, vel mu nicipes illius loci.
4 Nati in libera ciuitate, vel loco ei subdito vocantur ciues. Nati vero in castro libero municipes dicuntur. Et huic iuri renuntiari non potest.
5 Forenses dicuntur quasi foris venientes.
6 Habitatores alicuius loci per decẽnium dicuntur illius lo ci municipes.
7 Maior pena si venit ipõnenda forensi ex forma statuti non est imponẽda ei, qui per. x. an. in dicto loco habitauerit.
8 Contrahere domicilium ab animo pendet, modo ex facto declaretur.
9 Forus domicilij dicitur alijs potentior.
11 Origo, & principium oneris subeundi attendi debet.
12 Quicquid est in termino relato dicitur repetitum in termi no referente.
13 Taxa dicitur munus patrimoniale impositum p̄sonis nul la contemplatione rerum, sed tantum p̄ capita p̄sonar̃. Et dicitur capitatio.
14 Collecta imponitur ɔtemplatiõe rei, q̃ est in loco subdito.
15 Capitatio licet de iure tm̃ rusticis imponat̃, tamen ex con suetudine potest induci, vt aliqui rustici non teneantur. Item econtra vt non solum rustici, sed alij teneantur.
16 Jn oneribus imponendis semper consuetudo plurimũ ope ratur, & j. nu. 25.
17 Jndeffinica equipollet vniuersali, quando in omnibus par ticularibus est eadem ratio.
18 Omne qui dicit, nil excludit.
19 Argumentum de maiori ad maius procedit.
20 Collecta que imponitur predijs tributarijs effectis, omni bus imponi potest inspectis ipsis predijs solum, non au tem qualitate possidentis.
21 Rustici quibus regulariter imponitur capitatio ad nullum aliud onus tenentur.
22 Argumentum ab absurdo remouendo valet. Similiter a verosimili mente disponentis.
23 Consuetudo longeua, & cuius initij nõ extat hoĩum memo ria i ɔtrariũ, vt in imponendis oneribus, & gabellis, & simili bus habet vim priuilegij, & specialis concessionis.
24 Exigens annuatĩ taxas & similia sufficit allegare titulũ seũ probare per vsum & consuetudinem tanti temporis cu ius initij & c. absq͂ alia probatione.
25 Ab antiqua interpretatione, & diutina pratica disceden dum non est.
26 Consuetudo potest inducere, vt forensis teneatur ad colle ctas, licet de iure non teneatur.
27 Forensis vario modo accipitur, & secundum comu. vsum loquendi, & j. nu. 30.
28 Collecta, & capitatio forensibus imponi non potest.
29 Verba impropriantur, ne a iure communi discrepent.
31 L. qui ex vico. ff. ad municip. in quo casu procedat.
32 Taxa si debet solui annuatĩ per rusticos ob custodiam ali cuius castri, licet non continue fiat custodia, non tamen cessat causa, cum homines dicti castri sunt parati custo dire, quando opus est, ideo taxa debet solui.
33 Experientia dicitur rerum magistra.
34 Custodiam habens alicuius castri fm̃ q͂ viderit expediẽs dẽ se gerere, vt cũ sit opus, id custodiat, & si sequat̃ effe ctus custodie, aut p̄ vnã viã, aut p̄ aliã, semp̄ dicet̃ castrũ custodiri, nõ secundum volũtatẽ dñi illesum conseruet̃.
35 Causa iusta semper presumitur in voluntate superioris, li cet non exprimatur. Et saltem de facto principis voluntas est seruanda.

CONSILIVM XLIX

Jrigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.
1 †Qm̃ ex facto ius orit̃, vt. l. si ex plagijs. §. in cliuo capitolino. ff. ad. l. aql. & dixit Bar. in. l. j. in. ij. col. C. de lit. ɔtest. vt clarior red dat̃ p̄ns ɔsultatio fcm̃ ipsum p̄ponam, quod tale ẽ. ¶ Cõi tas Petre sancte a tãto tp̄e citra cuius initij memoria non existit vsq͂ ad hec tp̄a ɔsueuit exigere, & semper exegit ta xã quãdã p̄ capita ab omnibus, & q̄buscũq͂ habitãtibus in certis villis existẽtibus sub comitatu, vel capitaneatu Pe tre sancte, tanq͂ a forẽsibus, seu quo ad illud semp̄ p̄ forẽsi bus habitis. ¶ Et vltra ɔsuetudinẽ de hoc extãt q̄dã s̄nie, & declarationes facte p̄ dños p̄tectores sancti Georgij tp̄e quo Januẽses dñabant̃ dicte cõitati Petre sancte. ¶ Et ẽt q̄dã capitula seu priuilegia. d. cõitati ɔcessa p̄ excelsã rẽ publicã Florẽtinã, sub cuius dñio olim fuit, & in p̄nti repit̃. ¶ Nup habitatores. d. villar̃, q in eis nati sunt vel qui p̄ decẽniũ, & vltra in eis habitauerũt, nolũt de cetero taxã p̄ dictã soluere, asserẽtes illã tm̃ ipõni posse forensibus, inter quos dñt se nõ ẽẽ ɔnumerãdos, qa nõ forenses, sed incole, vel terrigene debẽt appellari. ¶ Quibus sic stãtibus q̄rit̃. Utrũ habitatores predicti p̄ eor̃ capita ad taxã ɔsuetã te neant̃, nõ obstãte, q͂ in. d. villis nati fuerint, vel lõgo tp̄e ha bitauerint. ¶ Circa cuius q̄õnis resolutionẽ qa (vt inquit Bal. in. l. precibus col. viij. C. de impub. & ali. substi.) ferro viam aperit, q per contraria transit, arguemus ad partes.
2 ¶ Omnibus ergo aiaduersis vr̃ prima ɔsideratiõe dicẽdũ habitatores p̄dictos ad illã taxã cõpelli nõ posse, nã prout ipsi dñt, vr̃ q͂ eiusmodi taxa solũ, & dũtaxat forẽsibus ipo ni possit, vt vr̃ apertissime p̄bari ex verbis capitulor̃ que sunt inter excelsam rẽpublicã Florẽtinã dñantẽ, & predictã cõitatẽ Petre sancte in q̄bus capitulis cõitati p̄missũ est, q͂ possit taxã p̄dictã ipõnere. Nã i primis i capitulo. xxix. edito

edito anno.M.cccclxxxiiij.dicitur,item q forenses &c.sol
uant communi Petre sancte taxam consuetam,& in capi-
tulo ex post condito,quando castrum Petre sancte noui-
ter ad dominium Florentinorum fuit reuersum,anno scili-
cet.M.D.xiij.quod est additio ad precedens,dicitur,itez
declarauerunt,q taxa forensiū &c.cum ergo in.j.cap. dica
tur,q forenses soluant taxam,& in secundo illa taxa ap-
pelletur taxa forensium,aperte constare vr predictā taxam
soluz forensibus esse imponendam,& cum verba capitulo
predictorum sint clara,vlterius sup hoc non est instandū.l.
ille,aut ille.§.cum in verbis de leg.iij. ¶ Sed sic est,q qui
in loco aliquo nascuntur,vel longo tempore habitauerunt
non possunt dici in eo loco forenses,ergo non debent, ve-
lut forenses tractari,& sic in proposito nostro ad predictaz
3 taxam non debent posse compelli. ¶ †De his,qui in loco
nascuntur,vt.s.non forenses,sed illius loci ciues, vel alias
municipes dicantur,probatur in.l.j.in prin.ff.ad municip.
& ibi per scribētes,& in.l.municipes,vbi glo.not.ff.de ver.
sig.& in.l.i.&.ij.C.de municip.& origin.lib.x.& vtrobiqz p
Bar.presuponendo tamen,q non fortuito in aliquo loco
4 nascantur,vt declarat Bar.in.d.l.ij.†q ergo in ciuitate li
bera nascunt vel in vico ciuitati substituto ab illa ciuitate
municipes,& ciues dici pūt,vt.l.q ex vico.ff.ad municip.
iūctis.ll.s.allegatis. ¶ Qui vero nascunt in castro libero
solum illius municipes vocantur,vt declarat Bar.& An-
ge.in.l.ciues.C.de incolis,& vbi quis domicilium habere
videatur lib.x.& hoc ius quesitum p originem est nobis ita
insitum,& tante firmitatis,vt repudiari non possit,vt.l.ori-
gine.C.de municip.& origi.lib.x.& ibi per scribentes,&.l.
assumptio in princ.iuncta gloss.§.i.illius.l.ff.ad municip.
¶ Si igitur ex eo loco dicuntur,vbi nati sunt,sequitur, q
5 ibi non possunt dici forenses†cum forenses dicantur,qua-
si de foris venientes,vt in.§.si vero aliq aut in hac.in auct.
de.q.col.v. ¶ Nec enim conueniunt,q aliquis hic sit na-
tus,& ita municeps huius loci dicatur,& q de foris veniat
& sic dicatur forēsis. ¶ De his autem,q in loco.i.in istis
villis,de quibus agimus,diu habitauerant,q sint facti ci-
ues seu municipes,& sic non dicantur amplius forēses,sed
dicantur in eis habere domicilium & effecti incole proba-
6 tur†quoniā qui in loco aliquo longo tpe habitauerit,saltē
p decēnium dr ɔtxisse in eo loco domiciliū,& ita rōne domi
cilij dr illius loci effectus municeps,vt.l.ij.vbi gl.not.C.de
incolis lib.x.ponit Ab.in.c.quod clericis in vlti.not.vbi p
alios canonistas de foro compet.& tradit Ang.Areti.in
7 tract.malefi.in versi.de Bononia in fi.†vbi concludit,q
maior pena imponenda forensi ex forma statuti nō ē impo
nēda ei,q p decēniū in loco habitauerit,cum ex eo fiat in-
cola & desinat eē forēsis,facit q not.gl.in versi.vnā dietā,
& ibi doct.in.c.statutum.§.cum vero de rescrip.li.vj.cum
similibus. ¶ Immo etiam fortius vr.vt.s.ēt,q nō p decē-
nium habitauerunt in.d.villis sint effecti illarum incole,&
municipes,modo constituerint ibi larem, maioremqz par
tem fortunarum suarum, ex quo animus contrahendi do
micilium percipitur,vt.l.ciues,& ibi per doct.post glo.C.
8 de incolis lib.x.†contrahere enim domicilium ab ipso aio
pendet,modo ex facto declaretur,vt.l.domicilium,&.l.ni
hil,&.l.non vtiqz.ff.ad municip.cum similibus. ¶ Si igi-
tur predicti habitatores ratione natiuitatis,vel ratione ad
epti domicilij dicuntur predictarum villarum incole, & mu
nicipes,sequitur q non debent dici forenses, & per conse-
quens videtur,q non possint compelli tanqz forenses ad
soluendam taxam,de qua in predictis capitulis. ¶ Que
opinio videtur posse comprobari,quia esto,q predicti ha-
bitatores aliquo respectu possint dici forenses,cum scilicet
ipsi,vel eorum parentes de foris venerint,negari tñ nō pōt
qn ēt dicant nō forēses rōne domicilij,sed incole,vel terri-
9 gene,& hoc solet magis predominari†dicimus enim q fo
rus domicilij dr alijs potentior,vt voluit gl.in.d.§.cum ve
ro,& dixit Bal.in.l.fi.xij.colum.in.vj.q.C.de edicto diui
adri.tol.vnde cum in.d.capitulis contineatur priuilegium
communitati Petre sancte concessum per excelsam Rem
publicam Florentinam de imponenda.d.taxa forensibus,
debet tale priuilegium quo ad damnum tertij stricte inter-
pretari.l.ij.§.merito,&.§.si quis a principe.ff.ne quid in lo-
co publico,& dixit Bar.in.l.fi.ff.de constit.princip.& sic vi
detur,q tantum debeat intelligi de his, qui sunt omni re-
spectu forenses. ¶ Demum ista opinio videtur confirma-
ri,quia predicta taxa originaliter fuit imposita propter cu-
stodiam.d.castri Petre sancte vnde cum ad presens non
custodiatur amplius,videtur cessare ratio impositionis ta
xe,igitur debet cessare ipsa dispositio,sumpto argumento a
cessante ratione,iuxta.c.cum cessante de appel.&.l.adige-
re.§.quamuis.ff.de iure patro.cum similibus. Hec sunt, q
presentem consultationem dubiam primo aspectu reddere
10 videbantur. ¶ †Uerumtamen eis non obstantibus con-
trariam opinionem de iure veriorem arbitror, vt scilicet
predicti habitores quicunqz fuerint ad taxam predictam
soluendam compelli possint. ¶ Et pro huius conclusionis
clariori demonstratione presupono primo q sub capitanea
tu predicte communitatis Petre sancte reperiuntur que-
dam ville,quarum habitatores habent,& olim habuerunt
conuentionem cum hominibus de Petra sancta sup his,
que inter eos contingere possunt,presertim circa onera sub
eunda,& iste ville,appellantur conuentionate. ¶ Quedaz
vero sunt ville,in quibus habitantes nullam conuentionē
habēt cum.d.communitate Petre sancte,& ppterea sunt
vocate ville non cōuentionate. ¶ Hec distinctio(vltra rei
euidentiam,& q ita communiter dicitur)probatur per sen
tentiam iam lataz per protectores sancti Georgij tempore
quo.d.communitas Petre sancte erat sub dominio Ia-
nuensiuz anno domini. M.cccclxxxj.in qua pluries de pre
dictis villis conuentionatis,& non conuentionatis fit men
tio,& vbi hodie talis distincta vocatio non esset in vsu,ta-
men in proposito.q.nostre omnino attendenda est,cū sem-
per taxa,de qua agimus cum consideratione predicte disti
ctionis fuerit imposita,& declarata,vt in.d.sententia con-
11 stare potest†,& alias origo,& principium oneris subeundi
debet attendi,vt in simili dixit Bal.in.l.etiam in fin.C.de
execu.rei iudi.&.d.Bar.Soci.patruus,&.d.meus in con
si.cxxix.prestantissimi iuriscon.col.pen.versi.tertio princi-
paliter. ¶ Secundo presupono, q quamuis in capitulis
ab excelsa Republica Florentina factis concedat exactio
predicte taxe,tamen non originaliter inducitur,sed iam in
ducta,& consueta exactio confirmatur vt patet in fi.primi
capituli ibi taxam hactenus in similibus consuetaz.& in se
cundo ibi qui secundum eorum vsum,& consuetudinē hu-
iusmodi taxam soluere deberet,& licet in hoc cap.ij.dimi-
nuatur predicta taxa,& vbi erat prius in bononenos.xlv.
reducatur ad.xxx.tamen quo ad personas,que soluere de-
berent,nihil innouatur,sed fit relatio ad consuetudinem,&
consequenter ad predictam sententiam dominorum prote-
ctorum sancti Georgij,& etiā ad aliam per prius per eosdē
prectores latam de anno.M.cccclvj.per quas talis con-
suetudo declaratur,& quasi ad ius scriptum reducitur,& se
cundum quas sententias ex post consuetudo,sicut prius,ē
obseruata. ¶ Et ex hoc infertur,q cum in istis capitulis
dominorum Florentinorum ad predictam consuetudinem
& sententias predictas fiat relatio.quicquid reperitur i.d.
sententijs,& consuetudine dicitur repetitum in predictis
12 capitulis†nam qcquid est in termino relato dicitur repeti-
tum in termino referente,vt.l.in summa in princ.ff.de re iu
di.& dixit Bal.in.l.si defensor.§.i.in fi.ff.de inter.act. fa-
cit,qđ dixit Bar.in.l.pretor ait.§.eritqz differentia in fi.ff.
13 vi.bon.rapt. ¶ †Tertio premitto,q taxa,de qua agimus,
dr munus primoniale,impositum tamen personis nulla cō
templatione rerum,sed tantum per capita personarum, vt
dixit Bar.in.l.vnica.C.de muler.& in quo lo.ij.col.versi.
venio ad secundum principale.libr.x.& declarat Insignis
doctor dominus Thomas parpalia in repetit.l.placet.C.
de sacrosan.eccle.in.viij.col.versi.est ergo vt dixi &c. & ali-
quid de eo habetur in.l.cuz antea.C.de agricol.& cēsi.lib.
xi.& quia ita per capita imponitur,dicitur in iure capitatio
prout appellatur in.d.l.cum antea,& probatur in.l.j.C.ne
rustica.ad vllum obsequi.deuo.lib.xj.& in.l.fin.C.de anno
& tribu.lib.x.& est etiam tex.in rub.& nigro in.l.vnica.C.de
capita.ciui.censib.exim.lib.xi.vbi etiam Barto.ita appel
lat,& tradit Thomas parpal.in loco pallegato. ¶ Et ista
capitatio cum imponatur persone requirit, q persona sit

aliquo modo subdita imponenti, ⁊ ideo potest dici, ꝙ forē
sibus imponi non possit, ita sentit Bar. in. d. l. vnica de mu
li. ⁊ in quo lo. in loco preallegato, ⁊ etiam in. iij. col. versic.
14 sed quero, cui possint imponi† si enim collecta forensi non
potest imponi ratione rei, quam in loco possidet, quia per-
sona non est subdita, ⁊ tamen onus illud imponitur contē
platione rei, que ē in loco subdito. vt ibi dicit Bar. minus
poterit forensi imponi ista capitatio, in qua nullus habetur
respectus ad res, ⁊ ita etiam voluit Thom. parpa. in. d. l.
15 placet. x. col. in prin. ¶ † Et licet ista capitatio de iure tan-
tum rusticis imponatur vt. d. l. vnica, ⁊ ibi Bar. ⁊ alij. C.
de capit. ciui. censi. exim. ⁊ declarant doct. in locis prealle-
gatis, ⁊. d. Corn. in cons. xxiiij. obmissio primo dubio. v. col.
¶ Tamen ex consuetudine totum hoc est diuidicandum,
que posset inducere, ⁊ quod rustici, vel ex his aliqui ad ca-
pitationem non teneantur, item econtra ꝙ nedum rustici,
sed ⁊ alij, vt artifices, ⁊ in burgis habitantes teneantur, vt
eleganter, ⁊ copiose declarat post alios ab eo relatos Tho
mas parpa. in. d. l. placet. ix. col. in versi. fallit secundo, ⁊ in
16 versi. ex hac secunda ponatis tertiam fallentiam. ¶ † In
imponendis enim oneribus plurimum, ⁊ semper consue-
tudo operatur etiam contra regulas iuris, vt. l. vnica, ⁊ ibi
not. Bar. C. de auro coron. lib. x. ⁊ tradit Alex. in consil.
lij. Uisis his, que in themate. ij. col. v. vol. ¶ Istis sic pre-
missis (ex quibus consultatio nostra plurimum declaratur)
ꝙ habitatores predictarum villarum etiam ibi nati, vel q
diu habitauerunt ad taxam predictam teneantur, ex. ĩ. dicē
dis apertissime demonstratur. ¶ Primo hoc euidēter ꝓ-
batur per sententiam, ⁊ declarationem latam olim per pro
tectores sancti Georgij anno domini. M. cccclvj. quando
communitas Petre sancte sub dominio ianuensium viue-
bat, presertim in illa clausula que incipit, item si intenda in
ciascuna parte ⁊c. que tota reperitur, ⁊ ad verbum relata
in alia quadam sententia, seu declaratione similiter p prote
ctores sancti Georgij lata anno domini. M. cccclxxxj. di-
co enim ꝙ per illam clausulaȝ apparet omnes habitatores
indistincte teneri. ¶ Quod primo ostēditur in illis verbis,
non constringesse al ditto pagamento li altri habitanti ⁊c.
17 † nam ista oratio cum sit indefinita eqpollet vniuersali iux-
ta. l. qui pluribus. ff. de lega. ij. ⁊. l. si plures de leg. iij. ⁊. l. si
seruitus, vbi not. Bal. ff. de seruit. vrba. predi. sequitur er-
go ꝙ vniuersaliter omnes habitantes debeant ad solutio-
nem predictam condemnari, cum (vt. ĩ. dicam) in omnibus
particularibus sit eadem ratio, prout requiritur, vt indefi-
nita equipolleat vniuersali secundum Dy. in rubrica de re-
gu. iur. lib. vj. ⁊ declarat Bal. in. d. l. si seruitus. Secundo
⁊ clarius apparet in fi. d. clausule in versi. ita quidem, che
tutti li habitanti in vna medesima villa sieno equalmente
tractati, nam loquitur illa clausula de solutione predicte ta
xe, volens ad eam non solum districtuales Ianuenses, sed
omnes alios habitatores teneri, in qua vniuersali oratio-
ne absqȝ dubio omnes dicuntur inclusi, siue ibi nati fuerint,
18 vel diu habitauerint, siue parum ibi fuerint † iuxta illud q
omne dicit, nihil excludit, vt. l. iulianus in prin. ff. de leg. iij.
⁊ not. glo. in. l. a procuratore. C. manda. Tertio hoc euidē
tissime constat ex illis verbis, siue nasciuti in lo paese, siue
forestieri ⁊c. Ex quibus verbis determinatur questio no-
stra, nam inter natos in. d. villis, ⁊ forenses aliunde venien
tes nulla differentia esse debet, sed idem ius, vt scilicet om
nes, vel nulli ad predictam solutionem teneantur, ⁊ com-
pellantur, modo tamē in. d. villis habitauerint, cum igitur
verba expresse includantur habitatores, etiam qui ibi nati
fuerint, ⁊ verba ipsa sint clara, vlterius instandum non est,
vt. l. ille aut ille. §. cum in verbis de leg. iij. cum similibus, ⁊
si de ibi natis verba expresse loquūtur, qui propria origine
ex loco dici debent, fortius idem dicendum est de his, q diu
habitauerunt, qui solum eo respectu dicuntur incole auctē.
multo magis. C. de episco. ⁊ cler. cum similibus. Secundo
principaliter predicta conclusio probatur per aliam senten
tiam, seu declarationem latam anno. M. cccclxxxj. multi-
pliciter eam considerando, ⁊ primo, quia in. d. sententia cō-
sideratur distinctio villarum positarum in vicariatu seu ca-
pitaneatu Petre sancte vt scilicet quedam sint conuentio-
nate cum communitate Petre sancte, quedam non ꝯuen-
tionate, ille enim ville, que sunt conuentionate, seu earuȝ ha
bitatores, ad taxam predictam non tenentur, quasi ꝙ ex il
la conuentione dicantur facti de corpore cōmunitatis Pe
tre sancte vt scilicet ad onera teneantur secundum formam
conuentionis, ⁊ hoc a contrario sensu probatur in. d. sentē
tia, ⁊ etiam per regulam. l. cum pretor in prin. ff. de iudica.
ille vero ville, que non sunt conuentionate, seu earum habi
tatores, de quibus tantum agimus, ad taxam, ⁊ solutionē
predictam tenentur, quasi remanserint forenses ratione lo
ci, cum loca illa nullam habeant conuentionem cum. d. cō-
munitate Petre sancte habitatores ergo villarum non cō
uentiouatarum non habita distinctione, an ibi nati fuerint,
aut diu habitauerint, vel ne teneri debent, vt. s. hoc solum
attento, ꝙ in villis non conuentionatis habitent. Secun-
do probatur ex eo, ꝙ in. d. sententia declaratur, ꝙ homines
habitatores dictarum villarum indefinite teneri, immo ēt
vniuersaliter, vt patet ibi, reliquos omnes qcunqȝ sint ha-
bitantes in. d. villis non conuentionatis, ⁊ etiam in fi. ibi,
ab omnibus his, qui de cetero habitabūt in ipsis villis nō
conuentionatis ⁊c. inspecta ergo importantia vniuersalis
orationis, vt scilicet ab ea nullus excludatur, vt. s. dixi, se-
quitur, ꝙ habitatores oēs indistincte teneri debent, vt. s.
etiam ꝙ ratione proprie originis, vel domicilij de loco illo
seu de villis dici possint. Tertio hoc ostenditur considerā-
do, ꝙ in ista sententia ad hoc, vt habitantes ad taxam pre
dictam teneantur, requirit, ꝙ in ipsis villis habuerint do-
micilium saltem per quatuor menses anni continuos, q au
tem non per illud tempus habitauerint, non tenentur, ex
quo sequitur (si recte mens sententie consideretur) ꝙ for-
tius voluit teneri eos, qui diutius habitassent, nam si ĩ gra
uandis habitantibus consideratur aliquo modo domici-
lium, vbi maius sit domicilium, ⁊ lungius, magis teneri de
19 bent † arguendo de minori ad maius iuxta. l. nec volēs. C.
de liber. ⁊. l. si ita quis. ff. de euict. c. si in laycis. xxxviij. di-
stinct. ⁊. c. ex parte el tertio de decim. cum vulgaribus. Ter
tio principaliter, ꝙ nullus propter acquisitum domiciliuȝ
excusetur, probatur, quia cum in predictis sententijs, seu de
clarationibus considerentur simpliciter habitatores villa-
rum non conuentionatarum, aperte demonstratur, ꝙ inten
dunt includere, (⁊ fortiori ratione) habentes domicilium,
cum illud per habitationem habeamus, vt. l. ij. ⁊ ibi no. C.
de incol. lib. x. cum similibus. Confirmatur, quia licet taxa
predicta capitibus imponatur, ⁊ propterea capitatio ap-
pelletur (vt iam dixi) imponitur tamen tantum ratione lo-
ci, videlicet ratione illarum villarum non conuentionata-
rum, vt clare patet in. d. sententia secundo loco allegata vñ
siue quis in loco natus sit, siue etiam longum ibi habuerit
domicilium, siue breue satis est, ꝙ in illis villis non conuē-
tionatis habitet, vt ad taxam illam teneatur inspecto po-
tius loco, in quo quis habitet, quam qualitate habitatoris
20 † sicut in simili, quando ꝑdicta sunt effecta tributaria, col-
lecta, que propter ea, ⁊ eorum ratione imponitur, omnibus
imponi potest solum ipsis predijs inspectis, non autē qua-
litate possidentis, iuxta doctrinam Bart. in. l. rescripto. §.
fi. ⁊ in. l. libertus. §. sola, vbi Alex. in apostil. ff. de muner. ⁊
honor. ⁊ in. d. l. placet. C. de sacrosan. eccle. ⁊ Bal. in con-
si. xxvij. si querat, in quo loco. iij. vol. cum similibus. Quar
to firmatur conclusio predicta optima ratione, quoniam si
recte ꝯsideremus, onus, ⁊ taxa predicta, seu capitatio fuit
iniuncta habitantibus in predictis villis non conuentiona
tis eo quia tales ad aliud onus nullo modo tenebant, nec
vnꝗ obligati fuerunt, ⁊ etiam vt de cetero ad aliud non te
nerentur, quod probatur, quia in fi. d. sententie, dum decla
ratur, ꝙ ad taxam predictam teneri debēt habitātes in. d.
villis non conuentionatis, etiam ꝙ in eas venerint ⁊ descē
derint ab alijs villis conuentionatis cum. d. communitate
Petre sancte expresse declaratur, illud ita esse intelligen-
dum, vt ipsi in. d. villis conuentionatis, ex quibus descen-
derunt, nullum aliud onus substineant, ne scilicet duplici
onere grauentur, ⁊ hoc etiam dispositioni iuris communis
21 consonat, † nam rustici, quibus regulariter capitatio impo
nitur (vt. l. vnica. C. de capit. ciui. censi. exim. lib. xj. ⁊. s. di-
xi) ad nullum aliud onus tenentur, vt. l. j. C. ne rusti. ad vl.
obsequi. euic. libro. xj. quo sic posito dico, ꝙ cum predicti
habitatores

habitatores villarum non conuentionatarum, licet in eis
nati fuerint, vel diu habitauerint non teneantur ad aliquid
aliud predicte communitati Petre sancte nec in aliquo ali
quod eius onus subeant (vt mihi asseritur) non debent esse
immunes a predicta taxa, immo eam soluere compelli de-
bent, sumpto argumento ab existentia rationis, propter q̄
ista capitatio fuit imposita, cum enim, τ in eis reperiatur,
debet omnino operari effectum suum, vt scilicet ipsi tenean
tur, vt. s̄. vt. l. stichus seruus meus. ff. de manumis. testa. l. a
titio. ff. de ver. obl. l. fi. C. de consti. pecu. l. fi. C. ad. l. falci. τ.
c. constitutionē de reg. iur. lib. vj. τ. c. cum dilecta post me-
dium de confirma. vti. vel inuti. cum vulgaribus alioquin
sequeretur eos in. d. villis habere domicilium, τ non tene-
ri ad aliquod onus predicte communitati, quod absurdis-
simum esset τ contra mentem omnium superiorum, ꝙ per
tempore fuerunt, τ predictam taxam concesserunt, igitur
22 illud dicendum non est† cum τ ab absurdo remouendo va
leat argumentum. l. sed si vnus. §. fi. ff. de iniurijs, τ. l. diuor
tio in prin. vbi Jas. in quinto nota. ff. solu. matr. cum vulga-
ribus similiter etiam τ a verosimili mente concedentium ta
xam, τ capitationem predictam, vt. l. tale pactum. §. fin. τ
ibi not. ff. de pact. cum similibus. Nouissime ex alio princi-
paliter, τ vbi predicta nihil facerent (que tamen necessario
concludunt) conclusio predicta comprobatur, quoniam qc
quid de iure sit dicendum, cum habitatores predicti om-
nes, τ indistincte quamuis in. d. villis nati fuerint, vel diu
habitauerint a longissimo tempore citra semper vsqꝫ hodie
taxam predictam soluerint ex consuetudine, τ longo vsu
dicitur predicte communitati quesitum ius imponendi, τ
exigendi taxam predictam ab omnibus habitatoribus p̄di
23 ctis indistincte† consuetudo enim lōgeua, τ cuius initij me
moria non existit (qualis in casu nostro presuponitur) dici-
tur habere vim priuilegij, τ specialis concessionis, vt in. c.
super quibusdam. §. preterea de ver. signi. vbi per Inno. τ
alios, τ. l. hoc iure. §. ductus aq. ff. de aqua. quotid. τ esti.
Cuma. in consi. lxxxiij. quia causa decimalis. prope fi. tra-
dit Alex. in consi. v. si vera sunt ea. ij. colu. τ in consi. cxxij.
circa primum dubium. ij. col. in. v. vol. τ in consi. lij. s̄. allega
to. ij. col. vbi loquitur de consuetudine imponendi oneris,
prout est consuetudo nostra, hoc etiam dixit patruus meus
in consi. vij. sup. q. j. col. iij. vol. loquens de consuetudine exi
gendi gabellas. Corn. in consi. xxij. videtur in hac consulta
tione in prin. j. vol. τ in cons. cclxxxiij. dominus Joachinus.
col. pen. iij. vol. τ in consi. cclxvij. in hac consultatione. col.
pen. τ fi. iiij. vol. τ dominus Philip. deci. etate nostra iu-
risconsultorum princeps, τ dominus meus obseruandissi-
mus in consi. xi. quoniam iudicantium responsa. col. vij. τ
in consi. lxxxv. τ diligenter. ij. col. cum infinitis concordan-
tibus, vt tradit Andr. Barba. in consi. xxxv. sapienter scri
bitur. iiij. col. versi. iij. ego premitto. ij. vol. Et vberrimus do
ctor Fely. sandeus in. c. cum nobis. j. col. in fi. τ in. c. acce-
dentes quinta colum. de prescript. ¶ Et aduertendum est
24 †ꝙ in eiusmodi casibus sufficit allegare aliquem titulum, τ
eum probare per vsum, τ consuetudinem tanti temporis,
cuius initij memoria non existit, τ hoc solum sufficit absqꝫ
aliqua probatione vel allegatione argumento eorum, que
habentur in. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. τ declarat
Saly. in. l. ij. C. vectigal. noua. insti. non pos. τ tradūt doc.
in locis preallegatis, maxime. Fely. in. d. c. cum nobis secū
da columna. ¶ Unde cum communitas Petre sancte in
proposito alleget se posse. d. taxam ab omnibus habitato-
ribus villarum non conuentionatarum indistincte exigere
vigore concessionis, τ confirmationis eidem facte per su-
periores, qui pro tempore fuerunt, ad quod probandum al
legat ita semper fuisse obseruatum a tanto tempore citra,
cuius initij memoria non existit, debet omnino audiri, τ esse
in portu victorie, etiam, ꝙ de tali concessione, τ confirma-
tione nihil ostenderet per predicta, tam, τ si per sententias
predictas, τ capitula eidem concessa per excelsam rēpub.
Florentinam conuenienter de iure suo docere possit.
¶ Facit elegans dictum Abb. in consi. septimo tria circa
primum sexta columna secundo volumine versiculo item
premitto. Quod est, ꝙ quando quid fuit annuatim presti-
tum per tantum tempus, de cuius initio memoria non exi-
stit, in futurum etiam peti potest causa nulla expressa, sed sa
tis est dicere, ꝙ talis annua prestatio fuit ab initio ex iusta
causa imposita. ¶ Comprobantur predicta, quia cum pre
dicte sententie, τ capitula in hanc vsqꝫ diem fuerint inter-
pretata, τ practicata, vt predicti habitatores etiam, ꝙ ibi
nati essent, vel diu habitauerint predictam taxam, τ capita
25 tionem soluant† a tali interpretatione, τ antiqua, τ diutina
practica discedendum non est. l. minime. ff. de [illegible]. τ in simi
li tradit dominus Philip. deci. in consil. cxxxj. reuocatur
in dubium. colum. fin. τ in preallegatis consil. xi. col. viij. τ
lxxxv. columna secunda cum concordantibus per eum tra
ditis. ¶ Accedat predictis quoniam licet ī omnibus plu
rimum operetur consuetudo, τ pro lege sit seruanda. l. de
quibus. ff. de legi. vbi per doct. τ in. l. j. C. que sit longa con
suetu. in materia tamen nostra, videlicet circa imponendā,
τ exigendam capitationem ipsa cōsuetudo est, que sola at-
tenditur, τ predominatur, vt declarat Tho. parpal. in. d. l.
placet. ix. col. τ. s̄. dixi in tertio premisso.
26 ¶ †Facit quod dixit Ang. in. l. cum neqꝫ. C. d̄ incol. lib. x.
vbi voluit, ꝙ quamuis forensis de iure ad collectas non te
neatur, ex consuetudine tamen induci potest, vt teneatur.
¶ Ex his omnibus iuridica omnino, τ vera apparet con-
clusio. s̄. firmata ī fauorem. d. communitatis Petre sancte.
¶ Nunc superest, vt ad allegata in contrarium respondea
deatur, τ quamuis ex predictis recte considerāti ad omnia
colligatur responsio, tamen vt veritas clarius demonstre-
tur, singulis ordinate respondetur.
¶ Et pro responsione primi argumenti in quo videtur sta
27 re tota difficultas† presuppono, ꝙ verbuꝫ forensis, vario
modo accipitur, vt declarat eleganter dominus Corn. in
consi. cxciij. licet videatur. ij. col. iiij. vol. τ inter cetera ca-
pitur pro eo, qui licet in loco habeat domicilium, ipsum ta-
men, vel sui antecessores aliunde venerunt, isti. n. tales, q̄-
uis secundum regulas iuris incole sint effecti, vel ratione
originis proprie, vel paterne dicantur de loco, vel etiam ra
tione domicilij, tamen, vt experientia docet, semper re-
tinent nomen forensium, τ non ex loco, vbi sunt, appellant̄
sed ex loco, vnde antiquitus sunt oriundi, prout ꝯtingit hic
Pisis, vbi sunt quamplurimi Florentini, qui licet Pisis
diu habitauerint, vel ipsi, τ etiam eorum parentes Pisis
nati fuerint, tamen adhuc retinent nomen Florentinorum
inspecta antiqua origine, τ ita respectu Pisanorum, dicun
tur forenses, sic etiam refert Corn. de pluribus albanensi-
bus perusie commorantibus in. d. consi. cxciij. τ idem sen
tit idem Corn. in consi. xxij. videtur hac consultatione ter-
tia colum. j. vol. in versiculo maxime quia sepe occurrit.
¶ Hoc ita posito ad primum fundamentum respondetur
ꝙ licet capitula dominorum Florentinorum loquantur de
forensibus, tamen debent intelligi secundum vulgarē mo-
dum loquendi, de his, qui forenses sunt respectu antique
originis, non autem de his, qui stricto iure forenses appel-
lantur. Quod probatur concludentissime. ¶ Primo inspe
cto communi, τ vulgari vsu loquendi, a quo talia capitula
debent recipere interpretationem iuxta. l. librorum. §. quod
tamen cassius de leg. iij. cum ibi traditis per doc. ¶ Secū
do, τ fortius, quia alias capitula predicta essent contraria
iuri communi, nam si de simplici, τ proprio forensi loquerē
tur, inducerent forenses posse compelli ad onera ratione p
28 sone imposita, quod iure non toleratur† vulgo. n. fertur fo-
renses collectari, τ grauari non posse, vt declarat Bart. in
. l. rescripto. ff. fi. ff. de muner. τ honor. τ in. l. j. C. de mulier.
τ in quo lo. lib. x. versiculo iteꝫ quero aliquis est τc. τ in ter
minis nostris, ꝙ ista capitatio forensibus imponi nō possit
declarat Thom. parpal. in. d. l. placet. x. col. in prin. τ. s̄. di
xi in tertio premisso, vnde ne capitula predicta ita sint iuri
contraria, debent intelligi, vt. s̄. τ sic de his, qui iure com-
muni grauari possunt, τ ꝙ paterentur aliquam propriatio
29 nem, †licet enim verba impropriare, ne discrepent a iure cō
muni, vt in cap. cum dilectus. secundum ꝙ ibi notant do-
ctores de consuetud. τ ita per hanc rationem Corne. in di
cto consilio. cxciij. interpretatur quoddam statutum in casu
suo loquens de forensibus, τ per hanc rationem videtur
sublata omnis difficultas. ¶ Uel secundo responderi po-
test, ꝙ dicta in argumento procederent, quando per dicta

capitula dominorum Florentinorum capitatio & taxa predicta nouiter concederetur, tunc enim caderet interpretatio verbi forensis simpliciter considerati, sed in casu nostro non concedatur ista capitatio de nouo, sed iam concessa cõfirmetur, vt dixi.s. in secundo premisso, & habeatur respectus ad illud, quod erat prius in vsu, necesse est, vt verbum forensis, ita interpretetur, vt antiquę consuetudini correspõdeat per ea, que dixi in dicto secundo premisso, sed capiendo forensem pro eo, qui nec domicilium, nec originem in loco habet, non consonaret consuetudini, ad quam se referunt dicta capitula, vt ex predictis constat, ergo &c.

¶ Vel, & tertio responderi potest (& ista est clarissima responsio) quod in dictis capitulis isti homines, qui ad taxam, & capitationem predictam veniunt compellẽdi, quamuis originem, vel domicilium habeant in.d. villis, appellantur forenses respectu ipsius terre Petre sancte simul, & respectu loci, in quo habitant, nam licet in.d. villis dicantur habere domicilium, vel originem, non tamen talia dicuntur habere in castro Petre sancte, & licet.d. ville sint sub capitaneatu Petre sancte, tamẽ ex quo cum dicta communitate nullam habent conuentionem, & ideo dicuntur non conuentionate, optime conueuit, vt quo ad communitatem Petre sancte forenses appellentur, saltem inspecto communi, & vulgari modo loquendi.

¶ Hoc addito, quod quemadmodum ex eo, quod in villis non conuentionatis habitant, dicuntur forẽses quo ad alia onera subeunda (ad nullum enim aliud onus tenẽtur, vt dixi in quarto argumento) ita etiam debent dici forenses, quo ad istud vnicum onus capitationis iuxta regulam.l. secundũ naturam de reg. iur. cum similibus.

¶ Et ex predictis omnibus colligitur responsio ad secundum fundamentum dum dicebatur priuilegium debere stricte interpretari contra tertium, & per consequens de eo, qui omni respectu potest dici forensis.

¶ Nam illud procederet in primis, quando per ista capitula istud priuilegium nouiter contra forenses concederetur, quod non est hic, quoniam iam concessum erat p prius & non contra forenses, sed contra habitatores villarũ non conuentionatarum, & per.d. capitula confirmatur, in qbus predicti habitatores forenses appellantur, illi ergo forensiũ appellatione venient, de quibus capitula predicta loqui intelligunt, & per consequens habitatores omnes villarum non conuentionatarum cum in predicta confirmatione habeatur relatio ad antiquam consuetudinem, vt.s. dixi.

30 ¶ †Secundo etiam responderi potest, quod omnibus consideratis ex tenore.d. capitulorum facta relatione ad antiquã cõsuetudinem, prout est de intentione ipsorum, forenses in eis dicuntur appellati habitatores predictarum villarum solum respectu communitatis, & terre Petre sancte in qua proprie nec originem, nec domicilium dicuntur habere, & sic videntur dici omni respectu forenses, & posito quod aliquo respectu non sint scilicet iuxta.l. qui ex vico.ff. ad municip. tamen liceat ita late interpretari, cum tenor, & intentio predictorum capitulorum omnino importet argumẽto.c. porro &.c. recepimus de priui. & declarat egregie dominus Deci. in consi. cxciij. viso tenore, tertia columna.

31 ¶ †Quamquam etiam forte dici posset, quod.d.l. qui ex vico non procedit in casu nostro, nam illa lex requirit, quod vicus reipublice respondeat, vt in tex. dicitur, quod videtur intelligendeudum quo ad onere ipsius reipublice hoc autem in casu nostro non contingit, quia sublata ista taxa, seu capitatione predicti habitatores villarum non conuentionatarum ipsi communitati Petre sancte in aliquo onere non respondent, vt.s. dixi in quarto argumento.

¶ Demum non ob. quod tertio loco dicebatur per argumentum a cessante ratione, quia multipliciter rñdetur. & primo negari potest, quod custodia pdicte terre Petre sancte fuerit causa predicte capitatiõis nullibi enim nec in sententijs predictis, nec in capitulis allegatur talis causa, & licet in illa sententia lata anno. M. cccclxxxj. bis de custodia predicta fiat mentio, illud fit referendo que per partes dicebantur, quorum non erat disponere, & si dicat, quod partes narrabant causam in sententia antiqua contentam, & cũ ab vtraq; parte de ea fiat mentio, videtur quod debeat credi. dici potest, quod immo aliud esse videtur, argumento auct. si quis in aliquo cum materia. C. de eden. & maxime, quia cũ de tali custodia fit mentio, subicitur statim sub modis, formis, & conditionibus contentis in.d. sententia, & facile est, & credibile, quod inter cetera diceretur ex causa custodie scilicet prestande, cum fuerit opus, ad hanc ergo cognitionem necesse esset videre.d. antiquam sententiam quare cum non appareat, & dubium sit, quomodo sit intelligẽdum hoc, quod de custodia dr, super eo non videtur, quod possit fieri fundamẽtum. ¶ Secundo posito (absq; tamen veri preiudicio) quod verba sententie. M. cccclxxxj. quatenus de custodia loquũ

32 tur, fidem faciant† respondetur, quod licet ad presens terra Petre sancte continue non custodiatur non tamen cessat causa, cum semper homines Petre sancte parati sint, vbi sit opus custodire, & sic videtur intelligendum hoc, quod propter custodiam.d. terre, que (vbi sit opus) ad homines in ea habitantes spectat, illi qui in ea non habitant, nec in aliquo ei respondent, quia habitant in villis non cõuentionatis teneantur ad capitationem predictam, & nunquam in alio grauari possint, licet superueniat causa faciende custodie, & cũ dicta capitatio sit soluenda communitati Petre sancte eo quia tenetur custodire terram ipsam, & sit ipsa communitas parata vbicunq; sit opus, custodire, nec per eam stet, quo minus custodiatur, dicendum omnino est capitationem pdictam posse omnino exigi, argumento.l. qui operas.ff. locati cum concordantibus ibi allegatis, & iuncta doctrina Pau. de cast. ibi, & argumento etiam eorum, que tradunt per doct. in.l.j. C. de instit. & subst. sub condit. fact. & p Bar. & alios in.l. item si vno.§. item cum quidam.ff. loca.

¶ Vel etiam & tertio responderi potest, quod illa verba habent alium sensum, videlicet quod cum alias custodia castrorum,

33 soleat imponi istis rusticis† vt experientia docet, que dicitur rerum magistra, vt.c. quam sit de elect. lib. vj. isti tales rustici habitatores villarum non conuentionatarum soluentes taxam, & capitationem predictam dicuntur effecti immunes in omnem euentũ a predicta custodia, vt sic solutio predicte taxe succedat in locum.d. custodie, & sic dicatur fieri p custodijs, & loco custodiarum, & pro causa dictarum custodiarum, prout proprie loquuntur verba, que in.d. sententia reperiuntur, vnde sequitur quod nec hodie cessat causa capitationis predic. quia (sequatur quicquid velit) ipsi semp erũt immunes a predictis custodijs.

¶ Preterea & quarto responderi potest negando, quod hodie non fiant.d. custodie, nam cum custodia non fiat, nisi ad tuendum castrum a volentibus offendere, & ad ipsum conseruandum domino suo on potest dici, quod vno magis, quam alio modo custodia ipsa prestari debeat, sed secundũ occurrentiam tempor, & casuum custodia fieri debet, modo sequatur, quod castrum tutum, & integrum remaneat, & aliquando parum, aut nihil cure adhiberi debet, cum omnis cessat

34 suspitio, aliquando plurimũ, vbi sit opus, † hinc dixit Ange. in consi. xxxv. quidam nobilis quod habens custodiam castri secundum quod viderit expediens se gerere debet, & cum viderit esse opus, poterit stipendiarios milites conducere, si autem vna, siue alia via sequatur effectus custodie, semper dicetur castrum custodiri, modo secundum voluntatem superioris illesum conseruetur. ¶ Sed sic est in pposito nostro, quod castrnm Petre sancte conseruatur illesum, & secundum voluntatem dominorum Florentinorum, ergo satis dici potest, quod custodiatur, adhibetur enim ea cura, & diligentia, que secundum casuum, & temporum contingentiam videtur necessaria, & satis dicitur fieri si iuxta superiorũ volũtatem effectus custodie sequatur, esto igitur millies, quod custodia castri fuerit causa predicte capitationis dico, quod adhuc causa durat, & ita tollitur argumentum a cessante rõne,

¶ Vel quinto & vltimo responderi potest (posito etiam, quod hodie custodie non dicantur fieri (sine tamen preiudicio veritatis, & predictorum) quod quamuis hodie cesset causa originalis, remanet tamen voluntas superioris, etiam sine aliqua consideratione custodie, ita vt dici possit capitationem predictam non imponi amplius pretextu alicuius cũstodie

35 † sed alias ex voluntate superioris, in qua semper aliqua iusta causa presumitur, licet non exprimat iuxta tradita per Inno. & alios in.c. que in ecclesiarum de constitutionibus,

& ex. in. l. rescripta in. iij. & iiij. q. C. de preci. impera. offe. vbi dicit de facto saltem omnem principis voluntatem seruandam esse tradit Barba. in consi. xxxiiij. Preclare optimus dixit psalmista col. fi. ij. vol, cũ cõcordantibus, vt per Corne. in. d. consi. ccxij. Alias per me. ij. col. iiij. vol. & patruum meum Soci. in cõsi. cxx. Memini me alias iiij. col. iij. vol. hoc autez probatur, quia cũ iaz per multa tẽpora desierit fieri diligens illa custodia, ita vt tẽpore, quo emanarunt illa capitula ab excelsa republica Florentina iam non fieret, ipsis dominis Florentinis scientibus, dici concludenter potest ꝙ in concessione. d. capitulorum nulla fuerit habita consideratio custodie predicte, & consequenter quicquid olim esset, hodie capitatio predicta nõ dicitur imponi pro. d. custodijs, igit̃ licet custodie cessent, non tamen cessat voluntas superioris, que alijs rationibus conuenienter potest moueri tamen ob publicam vtilitatem ipsius cõmunitatis Petre sancte cum etiam propter multa cõmoda, que. d. habitatores villarum non cõuentionatarum percipiunt a communitate predicta, ac ẽt q2 ad nullum aliud onus tenentur, & ex alijs causis, quas prescrutari nunc nostrum non est. ¶ Nouissime aduertẽdum est, q2 si defectus custodiarum liberaret istos habitãtes in villis non conuentionatis a predicta capitatione ꝑfecto liberaret omnes etiam, qui ibi nec nati sunt, nec diu habitauerunt, de quo tamen nulla est dubitatio, ꝙ nõ sunt liberati. Cum ergo solum sit questio de his qui domiciliũ longum habuerunt, vel nati fuerunt in. d. villis, vt apparet ex libello per. d. habitatores porrecto aperte demonstrat̃ ꝙ ista cõsideratio deficientis custodie nihil facit ad ꝓpositum. ¶ Ex quibus omnibus remanet firma conclusio. s. posita, videlicet ꝙ omnes habitatores predicti indistincte tenentur ad solutionẽ taxe predicte. Laus Deo.

Maria. Soci. iunior. J. V. D. Pisis legens.

SVMMARIVM.

¶ De pacto de reuendendo cuz paucitate precij, an scilicet arguat contractum simulatum, & ꝙ iuramentum, ꝙ omnia vera sunt tollit exceptionem simulationis, & iuramentum tollit remedium. l. ij. C. de rescin. vendi. & exceptionẽ non numerate pecunie.

1 Consilium doc. si sit cause decisiuum, non tenetur consultor allegare causas, & iura quibus mouetur.
2 Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij, secundum magis communez opinio. non arguit contractuz simulatum.
3 Simulatio non potest allegari, quando venditor iurauit omnia, & singula in contractu contenta esse vera.
4 Vẽditor nõ põt intẽtare remedium. l. ij. C. de rescin. vendi. nisi quando est deceptus citra dimidiam iusti precij.
5 Testi vnico, & singulari non creditur.
6 Juramentum de non contraueniendo contractui tollit remedium. l. ij. C. de rescin. vendi.
7 Juramentum, ꝙ omnia in contractu contenta sunt vera, tollit exceptionem non nume. pecu.

CONSILIVM L

Dirigat dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. Viso instrumento vẽditionis de stadijs. lx. terre facte ꝑ bar. guidonis bulte de sarteano Baptiste lippi. de. d. loco, visa ꝑmissione eodẽ die facta per dominũ Baptistaz de reuẽdendo infra annum. d. terram pro eodez precio, viso etiam quodã libro rationũ. d. Baptiste maxime in fo. xxix. & in fo. xxx. in quibus reperit̃ descriptus debitor, & creditor. d. Bartholomeus, visis nonnullis depositionibus testium diuerso tamen tempore examinatorũ, & omnibus bene, ac diligenter cõsideratis. Quatenus queritur in presenti consultatione vtruz heredes predicti Baptiste teneantur aliquo iure restituere. d. terrã hr̃dibus. d. Bartholomei, vt sic eis ad. d. terram petendam aliquod ius competat, consultus ab arbitris sup ista questione electis, vt pro iustitia iuxta iuris regulas consulere velim, dico, & consulo iudicandum, & terminandum de iure esse, vt infra (visis tñ prius, & matture intra meipsum discussis, & consideratis allegationibus in iure pro qualibet parte ab egregijs iuriscon sultis factis, & ad me transmissis) videlicet q2 secunduz iuris regulas arbitramur heredibus ꝑdicti Bartholomei ex his, que nobis oblata fuerunt, non competere aliquod
1 ius pro. d. terra recuperanda. ¶ † Et cum hoc meuz consilium sit cause decisiuum, de iure non teneor causas, & iura, quibus moueor allegare, vt inquit Specu. in titu. de requis. consil. §. primo versi. & nota, ꝙ consiliarij, tradũt cõmuniter docto. in capitulo sicut. de senten. & re iudi. & dixit Ange. Areti. in quodam suo consilio decisiuo, quod incipit. ego Ange. & reperitur inter consilia Petri de ancha. numero. ccxij. Sum tamẽ contentus ex pluribus, que ad ita concludendum me mouent, aliqua breuissima allegare pro iustificatione predicte cõclusionis. ¶ Tria igitur sunt remedia, que in fauorem. d. heredum Bartholomei inuenio considerata. Unum est, ꝙ possint dicere contractum simulatum. Secundum, ꝙ possit vti remedio. l. secunde. C. de rescinden. vend. ¶ Aliud, & tertium est, ꝙ ipsi possint petere illaz terrã vigor̃ retrouenditionis eisdẽ faciende per. d. hr̃des Bapti. Sed dico, ꝙ nullum isto-
2 rum remediorum de iure competit. ¶ † Primum enim habere non possunt, quia non probatur illum contractuz fuisse aliquo modo simulatum, & in fraudem vsurarum factum, & licet posset fortasse dici non probari paucitatem precij ad sufficientiam, tamen posito ꝙ sit probata dico, ꝙ non sufficit ad inducendum contractum etiam ꝙ concurrat cũ pacto d̃ reuẽdẽdo ẽm magis cõez opi. & veriorẽ prout dicit Pau. de ca. in consi. cccxxx. i cã mota ꝑ dñas & plene tradit Bartholomeus veronen. alias il Cipolla. in tracta. de simulati. contract. in sexto casu principali in. v. col. vers. ex his itaqꝫ apparet, vbi dicit, ꝙ ista opinio est verissima, & est tenenda in consulendo, & iudicando.

¶ Preterea vbi etiam d̃ simulatione aliquid dici posset
3 hoc remedium in casu isto est sublatum, † quoniam ipse Bartholomeus venditor iurauit omnia, & singula contẽta in contractu esse vera, quo stante dico, ꝙ non potest aliqua simulatio allegari, vt tradunt docto. maxime Jas. in. l. nemo potest in. viij. col. versi. tertio adde principaliter in prima lectu. ff. de lega. j. Bartholomeus veronen. predictus in. d. tractat. in. vij. presump. & patruus, & do. meus Soci. in consi. lxxxij. super questionibus. j. colum. & consi. lxxxij. pro certo tex. ij. colum. in. iij. volu. vbi dicit ita com
4 muniter teneri. ¶ † Secundum remedium similiter non competit, primo quia non legitime videtur probari, ꝙ vẽditio fuerit citra dimidiam iusti pretij, nam testes deponunt, ꝙ valebat. d. terra florenis. xxx. quod non sufficit, cum fuerit empta florenis. xv. & sic non citra dimidium sed dimidio iusti pretij, vt per doct. maxime Saly. in. d. l. ij. Et licet aliqui testes deponant de florenis. xl. tamen ipsi deponunt illud non de communi extimatione, sed de propria proueniente ex affectione ratione vicinitatis, qd̃ non debet attendi, vt per doct. in dicta. l. secunda. ¶ Et lz Dominicus mattei vnus ex testibus deponat de florenis. xxx. & vltra, quod in ꝓposito sufficeret propter illud
5 verbum, & vltra, vt per Saly. in. d. l. ij. † tamẽ ei fides nõ est adhibenda, cum sit vnicus testis, & singularis in dicto suo, vt. l. iurisiurandi cum materia. C. de testi. ¶ Preterea esto, ꝙ illud legitime probaretur, dico ꝙ illud remedium dicitur esse sublatum per iuramentum de obseruantia contractus, & de non contraueniendo prestitum per. d. Bartholomeum, vt tradunt Barto. & Saly. & alij cõmuniter in. d. l. ij. & docto. in. c. pen. de emp. & vendi. & ita concludit Corn. in consi. xvij. circa presentem col. vij. iij. vol. cum similibus. ¶ Similiter nec tertium remedium competit. d. heredibus, quia iam per multa tempora lapsus ẽ annus infra quez Baptista promiserat reuendere. Nec obstat si dicatur, ꝙ Bartholomeus infra annuz petijt sibi reuendi, & precium, quod receperat, restituit, quoniam respondetur non probari, ꝙ petierit vnꝗ̃ reuenditionem sibi fieri. ¶ Et licet magister Joannes ita videa

tur deponere, tamen cum sit vnicus non probat per predicta, nec est verum, ꝙ quo ad hanc petitionem deponat de facto proprio, vt patet ad sensum. ℭ Nec ob. ꝙ magister Ioánes predictus pro. d. Bartholomeo soluerit. d. Baptiste libras. xxviij. quia non constat ex qua causa fuerint solute, ⁊ vbi millies constaret, nō fuit solutum integrum precium, quod. d. Bartholomeus receperat, quia vltra illas libras. xxviij. ab initio recepit florenos sex, vt in instrumento clare constat, nec dico, ꝙ receperit actualiter ei numeratos in ipsa celebratione contractus, sed ꝙ prius receperat, ⁊ ita in contractu confessus fuit, ⁊ recognouit renunciando exceptioni non numerate pecunie, ⁊. d. precij non rece-
7 pti, † ⁊ postea iurauit omnia contenta in contractu esse vera, ⁊ ea attendere, ⁊ obseruare, ⁊ contra ea non facere, propter que omnia dicitur de iure sublatum omne ius, quod excogitari potuisset occasione pecunie non recepte, vt tradunt doct. in. l. fi. C. de non num. pecun. ⁊ refert, ⁊ sequitur elegans doctor dominus Marcus Anto. Bauer. in tractat. de iureiurando versiculo. xxxj. ex his ergo clare cōcluditur de rigore iuris. d. heredibus Bartholomei nullum ius competere pro recuperatione. d. terre. Laus Deo.

Mar. Soci. iunior iurisconſ. Senis legens.

SVMMARIVM.

ℭ De quodam reperto mortuo in puteo, an presumatur se ipsum precipitasse.
ℭ Et quid de bonis eius, an scilicet confiscari possint.
ℭ Et an legitima filij veniat in confiscationem bonorum eius viuo patre factam.

1 Mortuus repertus in puteo an presumatur se ipsum precipitasse.
2 Mortuus repertus in puteo si ecclesiastice traditur sepulture, non presumitur ꝙ se precipitauerit.
3 Bona eius qui sibi mortem consciuit non debēt confiscari.
4 Legitima an debeatur filio in vita patris, ⁊ an viuēte patre possit confiscari, ⁊. ȷ̃. nu. sequenti maxime nu. 6.
5 Pater non tenetur pro filio condemnato etiam quantum ad legitimam.
7 Pater si religiosus fiat, licet vere viuat, tamen filio legitima debetur
8 In confiscatione bonorum non veniunt futura.
9 Fideicommissum conditionale non impleta cōditione euanescit.
10 Conditio que dependet a voluntate principis, an dicatur impossibilis.
Et declaratur. §. fin. in. l. apud iul. ff. de lega. j.

CONSILIVM LI

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie. Eleganter, docte, ⁊ copiose super tribus ꝑpositis dubitationibus consultum est per. ſ. scriptos insignes iurecōsultos, ⁊ patres honorandos, ⁊ maxime per excellentissimum dominum Philip. decium compatrem meum semper obseruādum ita. n. distincte, ⁊ aperte simul, ⁊ iuridice omnia discusserunt, vt mihi de subscriptione requisito locus nosi fuerit relictus aliquid addendi, ne tamen impremeditatus ad conclusionū per predictos patres firmatarum comprobationē videar accessisse, breuia quedam subiciam. ℭ Et quo ad primam conclusionem non arbitror esse aliquam difficultatem, ⁊ sic cum alijs patribus suprascriptis concludo bona Io. Ludouici de vrbino non posse confiscari ex eo, ꝙ ipse fuerit repertus mortuus in puteo per iura, ⁊ rationes per predictos patres allegatas. Et pro hac conclusione optimum ⁊ clarissimum extat fundamentum nam fiscus, q vult bona eius publicare, ⁊ sibi acquirere, eo ꝙ ipse dicatur se ipsum in puteum precipitasse, debet hoc apertissime probare, cum sit fundamentum sue intentionis. l. verius, ⁊. l. ab ea parte cū
1 vulgaribus. ff. de probat. † nec ex eo, ꝙ in puteo fuerit repertus sequitur, ꝙ seipsum precipitauerit, cum ab alio potuerit deici, ⁊ non probat hoc eē ⁊c. l. nō hoc. C. vnde legi. l. neqꝫ natales, ⁊. l. ad probationem. C. de probat. ⁊ tradunt doct. in. c. in presentia, de probat. ℭ Et maxime hoc procedit, quando presumptio in contrarium reperitur iuridice fundata iuxta. l. siue possidetis. C. de probat. quod accidit
2 in casu nostro, † nam cum. d. Io. Ludouicus de puteo extractus fuerit, traditus chrystiane, ⁊ ecclesiastice sepulture, inducitur presumptio ꝙ seipsum non precipitauerit, quoniam si id fecisset, non potuisset in ecclesia humari vt est tex. in. c. placuit. xxiij. q. v. ⁊ tradit gloss. in. c. ex parte extra de sepultur. cum ergo fuerit in ecclesia sepultus, sequitur clarissima presumptio, ꝙ seipsum non interemit, vnde qui illud allegat, debet clare probare, alias succumbet, per predicta, facit. l. qui accusare. C. de eden. cum ergo in casu nostro fiscus illud non probet, debet absqꝫ dubio succumbere.
3 ℭ † Et posito millies, ꝙ illud probaret non tamen sequeretur, ꝙ bona possent publicari iuxta tradita plene ꝑ Corn. in consi. cxcv. pro parte inquirentes. ij. vol. ⁊. ſ. per predictos patres apertissime demonstratum fuit, ad quorum dicta me remitto. ℭ Circa secundam conclusionem, eam videtur reddere dubiam glo. in auct. de here. ⁊ falci. §. siquis
4 autem non implens, col. j. in versicu. auferri ⁊c. † nam dicit ibi glo. ꝙ legitima iure nature debita, dicitur debita filio ēt in vita patris, ⁊ hanc glo. dixit esse vnicam, ⁊ singularem Imo. in. l. cum filius. ff. de ver. obli. ⁊ refert Bar. in. c. Raynutius. col. lvij. de testa. vnde si debita erat filio etiam patre viuente, dicebatur debita etiam tempore confiscationis bonorum predicti Bartholomei, ⁊ per consequens dicebaẗ legitima etiam apud ipsum Bartholomeum, ⁊ in eius bonis. l. id apud se, ⁊. l. bonorum in fi. ff. de ver. signi. Merito ergo videẗ, ꝙ fuerit quesita fisco vna cum ceteris bonis. d. Bartholomei. ℭ Verumtñ hoc non obstante verissimam arbitror conclusionem. ſ. firmatam ꝑ. ſ. scriptos patres, vꝫ ꝙ ꝑꝑ confiscationem bonorum. d. Bartholomei fisco nullum competat ius ad eius legitimam ſup bonis Io. Ludouici patris, ꝙ longe post confiscationem decessit, prout in terminis concludit Bal. in. l. si qua. versi. quero, an filio bānito. ff. de his, qui sunt sui. vel ali. iur. ⁊ Pau. de cast. in cōsi. xxxij. omisso ordine Alex. in consi. xxxvij. visis diligēter col. ante pen. lib. j. ⁊ And. Barb. in. c. Raynutius col. lvij. de testa. cum alijs per suprascriptos consulentes adductis, ⁊ maxime quod de hereditate delata, ⁊ non adita fisco nō querenda, dixit. Nellus in tractat. banit. in prima parte secundi temporis in. xxx. q. ⁊ adde ea, que tradunt commu-
5 niter doct. in. l. in suis. ff. de lib. ⁊ post † dum volunt patrem non teneri pro filio condemnato etiam quantum ad legitimam eo, ꝙ illa non dicitur ipsius filij, donec pater vixerit, vt etiam voluit Bar. in. d. §. siquis aut non implens in aucten. de here. ⁊ falci. ⁊ Barba. in. d. c. Raynutius. col. lviij.
6 ℭ † Nec obst. glo. in. d. §. siquis autem non implens, quoniam glo. illa communiter reprobatur, quia falsum est legitimam deberi filio viuo patre intelligendo quo ad verū debitum, sed veritas est, ꝙ filio viuo patre nullum ius competit ad legitimam, vt traditur in. l. j. §. si impuberi. ff. de col. bon. ⁊ dicunt Bar. ⁊ Ang. in. d. §. siquis autem nō implēs ⁊ tantum dr̃ debita filio ad hunc finem, quia pater moriēs non potest filium ea priuare, sine iusta causa, vt per doct. in locis predictis, ⁊ ꝙ glo. illa si aliter intelligatur, communiter reprobetur, tradit And. Barb. in. d. c. Raynutius col.
7 lvij. ℭ † Et licet ipse vno tantum casu saluet illam glo. videlicet si pater fiat religiosus, nam tunc licet vere viuat pater, tamen filio legitimam debetur, vt per eum, tamen iste non fuit casus noster, quia. d. Io. Ludouicus non erat religiosus, ⁊ extra illum casum etiam Barba. remanet firma conclusio ꝙ filio nullum ius competit ad legitimam viuente patre, sed tantum legitima veniet ex post filio querenda post mortem patris † vnde ad casum nostrum trahendo, sequitur ꝙ non dicitur venisse in confiscationem bonorum, cum in eam futura non venient. l. si tibi. §. is cuius. ff. manda. ⁊ plene per alios consulentes dictum fuit.
ℭ Quo ad tertiam conclusionem arbitror rem clarissimā vt scilicet fiscus nullum ius habeat ad fideicommissum, qᵒ erat. d. Bartholomeo relictum per predictum Io. ludouicum sub illa conditione si redire, ⁊ stare potuerit in statu illustrissimi

9 lustrissimi Ducis cum sua bona gratia ⁊c.†nam cum hu⸗
ius fideicommissi conditio non fuerit vnq̃ impleta,⁊ sic nõ
venerit,nec cesserit dies, vt.l.cedere diem.de ver.sig.tem⸗
pore confiscationis bonorum non dicebatur esse in bonis.
d.Bartholomei,sed de futuro sibi querendum,vnde cum
confiscatio bonorum non trahatur ad futura,vt iam dictũ
est,sequitur ꝙ tale fideicommissuz non dicitur venisse in cõ
fiscationem etiam ꝙ ex post fuisset vere,⁊ cum effectu ac⸗
quisituz.d.Bartholomeo minus igitur in casu nostro hoc
dici potest,cum tale fideicommissum nunq̃.d.Bartholo⸗
meo quesitum fuerit,nec dies eius cesserit propter defectuz
conditionis ,quoniaz ipse,dum vixit nunq̃ potuit redire,⁊
stare in statu illustrissimi Ducis cum eius bona gratia.Cõ⸗
ditione igitur deficiente illud fideicommissum dicitur tota
liter nullum per iura vulgaria.¶ Nec verum est in casu no
stro illam conditionem reici debere,tanq̃ impossibilem eo
ꝙ videatur dependere a principis voluntate,iuxta.l.apud
iulia.§.fina.de lega.j.cum ibi traditis per doct. Quoniam
respondetur,ꝙ illa impossibilitas,que consideratur in.d.§.
finali.non est ex eo solum , ꝙ quid dependeat a principis
voluntate,sed ex eo,ꝙ ea,que fieri debebant , sunt insolita
vt ibi.d.tex.alioquin sequeretur hanc esse impossibilem cõ
ditionem si Imperator dabit.x.titio,vel venerit in Italiaz
cum ab eius voluntate pendeat,quod tamen nemo diceret
cum ergo in casu nostro illud,quod in conditione contine⸗
batur non esset insolitum,vt experientia docet(que dicitur
rerum magistra.c.q̃ sit de elec.lib.vj.)sequitur illam condi
tionem non fuisse impossibilem, ⁊ per consequens non rei⸗
ciendam,ad quod bene facit.l.intercidit dum loquitur de
deportato.ff.de condi. ⁊ demon.cum igitur.d.conditio nõ
fuerit impleta,euanuit fideicommissum,vt.l.vnica.§.j.⁊.§.
sin autẽ sub ꝯditiõe.C.de cad.tol.merito ergo inanis est di⸗
sputatio,an venerit in ꝯfiscationẽ bonoꝝ dicti Bartholo.

Socinus nepos Senis legens.

SVMMARIVM.

¶ Per subsequens matrimonium cum persona totaliter incondecenti non legitimantur liberi.

¶ Et quando per legitimationem filij habeat locum.l.si vnq̃ C.de reuocan.donat.

1 Iacob licet non potuerit honeste matrimonium contrahe re,tamen per sequens matrimonium filij fuere legitima ti ẜm vetus testamentum,⁊.j.nu.3.

2 Lex requirens ꝙ mulier possit matrimonio cõiungi,debet intelligi non solum de iure , sed etiam secundum bonos mores,⁊ honestatem.

3 Argumentum non procedit a veteri testõ ad eius ciuile.

4 Legitimatio per consequens matrimonium si non interue nere instr̃a dotalia,licet legitimatio ꝺ iure cano.ex eo nõ impediatur,tamen non operatur quo ad successionem.

5 L.si vnq̃.C.de reuocan.donat.non procedit quando legi timatio est facta facto hominis, ⁊ non nature.

6 Legitimatio facta per subsequens matrimonium non pre iudicat ẽi,cui erat ius per donationem quesitum , quod non potest tolli sola voluntate patris legitimantis.

7 Legitimat⁹ ꝑ sequẽs matrimoniũ,lꝫ sit maior natu,nõ au ferꝭ ꝑme geniture ius alteri filie legitime nato iã q̃situ̇. Quod ius per patrem tolli non potest.

8 Hereditas adita potest considerari tanq̃ quid separatum a bonis heredibus adeuntis.

CONSILIVM LII

Irigat Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie. Memini me fuisse apud excellentis. Iuris⸗ consul. ⁊ memorie mihi semꝑ recolende.d. Bartho.soci.patruum, ⁊ preceptorez meũ iam annis.xv.vel circa,qñ precedentẽ ꝯsultationem abso⸗ luit,⁊ nomine suo, ⁊ de eius mandato ꝯsilium ꝓpria manu subscripsi,cum ipse esset impeditus.Nunc cum de eius sub scriptione, ⁊ comprobatione sim reqsitus,eo ꝯsilio diligen

ter ꝯsiderato iuridicas oĩno arbitror.s̃.firmatas ꝯclusio⸗
nes.Et lꝫ debuissez esse ꝯtentus simplici subscriptione,tuz
propter reuerentiam ꝯsultoris,cum ẽt, q: ita abunde, ⁊ ad
saturitatem omnia ꝑ eum deducta, ⁊ declarata sunt,vt ad⸗
ditione aliqua non egeant, tñ vt ꝯsultanti morem geram,
⁊ vt rem ipsam degustasse videar,paucula quedã subiciaz.
1 ¶ †In prima ergo conclusione difficultatem facere vide⸗
baꝭ,quod dicit glo.in.c.omnis.xxxij.q.ij.dum dicit, ꝙ filij
nati ex Iacob,⁊ ancilla eius per subsequens matrimonium
fuerunt legitimati,⁊ tñ ancilla non videbatur digna matri
monio eius,cum tantuz inter liberos matrimonia contra⸗
hantur,vt insti.de nup.in prin.⁊.l.cum ancillis.C.de incest.
nup.non poterat ergo Iacob cum ancilla illa honeste ma⸗
trimonium contrahere, ⁊ tñ per sequens matrimonium fi⸗
lij fuerunt legitimati,vt ibi dicitur.¶ Sed tñ hoc non ob⸗
stante tenenda est ꝯclusio.s̃.firmata per allegata.s̃.per ꝯsu
lentem, ⁊ eam firmare vr̃ Bal.in.l.ij.C.quibus res iudi.
2 non no. ⁊ in auc.item si quis la.ij.C.de nat.liber.† dicens,
ꝙ cum lex requirat,ꝙ mulier potuerit viro matrimonio cõ
iungi,debet intelligi nõ solum de iure,sed etiam ẜm bonos
mores, ⁊ ẜm honestatem,quod etiam videꝭ sentire Bart.
in cons.cxx.Necuccius corraduccij.Et hec omnia allegat
Cardi.Alex.in.c.tanta est vis.extra qui filij sint legitimi.
in.xvj.q.ver.aduerte ad hoc,mihi in antepenul.col.allega
tus.s̃.per ꝯsulentem.Et cum ista sit cõis opin.⁊ contradi⸗
ctorem in specie non habeat ab ea nephas esset recedere in
iudicando per iura vulgaria.¶ Et ad glo.in.d.c.non om
nis potest responderi,ꝙ forte illa gl.hodie non procederet
per predicta,⁊ prout vr̃ casus in.§.fi.insti.ꝺ nup.ibi,q: mu
3 liere libera,† ⁊ quod de Iacob dr̃ fuit obseruatum in testõ
veteri,de quo ad iura nostra ciuilia non arguitur , vt patet
ex.c.dixit sarra.xxxij.q.iiij.iuncto toto titulo.ff.⁊.C.ad leg.
iuliam.de adult. ⁊ est claruz.¶ Sed vltra adducta per cõ
sulentem ex alio videꝭ,ꝙ.d.dña Iacob. volens patri suc
4 cedere non possit se fundare in.d.legitimatione,†Nam cũ
in subsequenti matrimonio non probentur interuenisse do⸗
talia instrumenta,prout reqritur,vt.d.§.fi.insti.de nupt. ⁊
ibi per docto. posito ꝙ legitimatio ex eo non impediatur
inspecto iure canonico,tamen talis legitimatio non opera⸗
tur quo ad successionem cum in ea attendatur ius ciuile, ex
quo sumus in terris Imperij.Ita in terminis, ⁊ longe hoc
disputans determinat card.Alex.in.d.c.tãta in.x.q.ver.
descendo ad tertium,⁊ est in.xxvij.col.ad quem breuitatis
causa me remitto.Hec de prima.q.¶ Circa secundaz.q.
non paruam vr̃ facere difficultatem,ꝙ lꝫ pater.d.dñe Ia⸗
comine tempore donationis facte predicto Ludouico.ex
quo illa erat nata, ⁊ de ea in donatione meminerit,dicatur
de ea cogitasse,⁊ propterea videatur cessare dispositio.l.si
vnq̃.C.de reuoc.donat.vt.s̃.per consulentẽ sapientissime
deducitur tñ videbatur,ꝙ rñderi posset, ꝙ non cogitauit
de ea,tanq̃ de legitima,cum tunc solum esset naturalis,vn
de cum legitimatio superueniat tꝑe donationis non cogita
ta,vr̃ ꝙ debeat operari reuocationem.d.donationis per.
d.l.si vnq̃.¶ Verumtñ his non obstantibus placet mihi
ꝯclusio.s̃.firmata,⁊ huic rationi recte considerando appa⸗
ret responsum ꝑ.d.s̃.per ꝯsulentẽ in tertio ⁊ quarto funda
5 mento,que plurimum me induxerunt in hanc sñiam,†nam
cum.d.legitimatio facto hoĩs,⁊ non nature interueniat,nõ
ꝓcedit.d.l.si vnq̃ iuxta tradita ꝑ Bal.⁊ alios in.l.fi.C.si
qd in frau.patro. ⁊ in.l.gallus.§.⁊ qd si tm̃.ff.de lib.⁊ po⸗
sthu. ⁊ ꝑ ꝯsulẽtẽ dcm̃ fuit in quarto fundamẽto.Et sic posi
to,ꝙ dñs Georgius de legitimatione dñe Iacomine nil co
gitauit tꝑe donationis nõ tñ ꝓpea dꝫ talis donatio reuoca
ri.¶ Et esto,ꝙ facta legitimatione potuerit.d.Georgius
donationẽ iã factã reuocare,ex quo tñ lõgo tꝑe ex post vi⸗
uens nũq̃ reuocauerit,crediꝭ eã ꝯfirmasse,cũ ex eius arbi⸗
trio pẽderet reuocatio,vt.d.l.si vnq̃ in v̊.arbitrio.⁊ tradit
Bal.in.l.j.C.ꝺ inof.do.in vlt.col.v̊.vel p̃t dici,ꝙ si pr̃ ⁊c.
6 ⁊ dixit ꝯsulẽs in tertio arg.¶ †Et vltra allꝭata ꝑ ꝯsulẽtẽ ꝓ
ista opi.facit,q: esto,ꝙ talis legitimatio valeat(absq̃ tñ p̃⸗
iudicio v̊itatis)tñ ꝑ eũ nõ p̃iudicaꝭ ei,cui ius erat q̃situm,
nec ex sola volũtate pr̃is ltimãtis poterat auferri,ita i ter⸗
minis sil̃ibus ꝺterminat Io.an.i.c.sine culpa i.viij.col.cũ.
ij.seq.i v̊.ad solonẽ ⁊c.de reg.iur.lib.vj.in mercurialibus,

7 † volēs ꝙ per legitimatum per subsequens matrimonium licet sit maior natu, non auferatur ius succedendi ex prima genitura iam quesitum filio legitime nato post eum, ⁊ inter cetera dicit illud esse, qꝛ pater tale ius ex sola voluntate auferre non poterat, ⁊ idem voluit Alex. referens Jo. an. in. l. gallus. §. ⁊ quid si tantum, de libe. ⁊ posthu. col. xij. ver sicu. ⁊ hoc facit ad. q. quod etiam sequitur dominus Franciscus cur. in consi. lxxxiij. Super memorata, col. xxx. versi. sexto ex capite, cū igitur in casu nostro predicto Lodouico donatario iaꝫ esset ius quesituꝫ in rebus donatis, nec ex sola volūtate dñi Georgij donātis posset auferri iuxta. §. alie insti. de donatio. sequitur ꝙ per legitimationem de. d. domina Jacob. factam etiam per subsequens matrimonium non dicitur ipsi donatario preiudicatū, hec de secunda questione. ❡ Circa tertiaꝫ. q. cum arbitrorum sententiam non viderim, loqui non possum, sed presupositis que per excellentissimum consulentem presupponuntur, eius conclusionem iuridicam arbitror per deducta per euꝫ, † nec est nouū

8 hereditatem iam aditam considerari posse, tanq̄ quid separatum a bonis heredis adeuntis, vt per consulenteꝫ deducitur, vt vltra eum probatur. ff. de separat. per totum, ⁊ in. l. ij. ⁊ in. l. si vxor, cum similibus C. de bonis aucto. iudi. possiden. Laus Deo.

Soci. nepos. J. V. D. Pisis legens.

SVMMARIVM

❡ Juramentum non ligat in effectu, quando minor fuit enormiter lesus.

1 Diuisio facta cum minore licet per se non valeat, an firmetur iuramento, ⁊ concluditur, ꝙ non, quando in eā est enormis lesio.

Nec absolutio a iuramento est necessaria.

2 Dolus dicitur interuenisse, vbi est enormis lesio, ⁊ ex qualitate persone minoris de facili arguitur.

3 Juramentum minoris non ligat, etiam si iurauerit non venire contra ratione minoris etatis, ⁊ renuntiauerit omni. ll. auxilio qꝛ poterit petere rescindi contractum.

CONSILIVM LIII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie. Visis cōsilijs in presenti causa redditis per excellentissimos iurisconsultos, ⁊ mihi patres honorandos dominum Carolum ruynum consulentem, ⁊ dominuꝫ Philip. Deci. cōpatrē meū subscribentem, duo profecto iuris luminaria Mihi visum est, ꝙ ita subtiliter, ⁊ abunde veritetem ipsam demonstrauerint, vt addendi locus nullus subscribenti fuerit relictus, vnde de subscriptione requisitus ob eam causam paucis me expediam. ⁊ maxime quia consultans instat, ⁊ non vnius integre diei terminum concedit. ❡ Placent igitur mihi cōclusiones. s. firmate per prestantissimos patres, ⁊ tota vis istius consultationis videtur consistere in virtute iuramenti presliti per Jllustrem dominum Aloysium de gonzaga in diuisione, quam dum esset minor, cum eius fratre fecit contra formam iuris, ⁊ contra preceptum testatoris pa-

1 tris eorum, † quoniam licet fuerit minor, ⁊ diuisio illa per se non valuisset, videtur tamen ꝙ fuerit roborata per iuramentum iuxta aucten. sacramenta puberum cum materia sua. C. si aduers. venditio. ⁊ ea que tradit Areti. quasi in terminis in consi. xxij. Queꝫ solus Deci. allegat in subscriptione. ❡ Quibus tñ, inherēdo ɔclusioni. s. firmate rñdēdū est vt per eos, ⁊ plurimum placet mihi illa solutio vt allegata in contrariuꝫ non pocedant quando est enormis lesio, put in casu nostro asseritur fuisse, vt voluit Pet. de anchar. in consi. mihi. lxxxiij. Visis diligenter actis ⁊c. cum alijs per subscribentem allegatis quibus addo, ꝙ idem voluit. do. Corne. in consi. clxxxix. Jn presenti consultatione. iij. col. ⁊ in cōsi. clxvj. Circa primum. ij. colu. (vbi plurima ex allegatis. s. per consulentes adducit) primo vol. ⁊ concludere videtur, ꝙ adeo hoc verum est, ꝙ nec absolutio a iuramento dicatur necessaria, qꝛ actus per se erit inualidus ratione iniquitatis, que ex enormi lesione resultaret, quam ex iuramēto oriri iura non patiuntur, cum iuramentum tria secuꝫ habere debuit, veritatem scilicet iustitiam, ⁊ iudicium. Et vltra allegata supra per alios probatur ex notatis in auc. qđ eis. in glo. fi. C. de nupt. ⁊ dixit in simili casu And. barba. in consil. j. ex sacris excellentie tue, colum. xxix. primo volumine. ⁊ in consilio. liij. preclare scripsit. iij. colū. ij. volumi. ⁊ in consilio. vj. illud in medium afferam. iij. colum. iiij. volumi. ⁊ dominus Bartholomeus socinus patruus, ⁊ preceptor meus. Jn consil. xx. in facto presupponitur in fi. ter

2 tie colum. versic. confirmatur qꝛ ⁊c. iij. volumine, † ⁊ ratio videtur, vt etiam per alios dictum est, quia vbi est enormis lesio, dicitur interuenisse dolus re ipsa, vt. l. omnes. §. lu tius. ff. que in frau. cred. ⁊ propterea iuramentum non obligat, in minore enim muliere, ⁊ rustico, quibus de facili ꝑpter persone qualitatem iura subueniunt, hoc videtur satis rationabile. vt inquit Corne. in. d. consi. clxxxix. iiij. colum. ex qualitate etenim persone minoris de facili arguitur dolus, quando lesio est immodica, vt est bonus tex. in. l. si superstite. C. de dolo. ibi si lesa es immodice. Et per illum tex. in pulchra. q. consuluit Paul. de ca. in consi. mihi clxxvij. contra superius consulta. ⁊ refert, ⁊ in alio casu simili concludit patruus meus Soci. in. d. consi. xxix. iij. col. ibi, pre-

3 terea ex testamento. † Et adeo verum est hoc, vt procedat etiam, si minor iurauerit non venire contra ratione minoris etatis, vel alia ratione, vt inquit dominus Corne. in cōsilio. clviij. quamq̄ in hac consultatione. v. colum. iiij. volu. Jmmo fortius, si renūciauerit generaliter omni iuris, ⁊ legum auxilio, vel fauori, non impedietur rescissio cōtractus a minore gesti pretextu enormis lesionis, vt idem Corne. declarat in consilio. cclxxxiij. in hac consultatione. iij. columna in eodem. iiij. volumine, quod in proposito est valde notandum, quia loquitur in terminis fortioribus, cum iuramentum in casu nostro non ita plenum, sed simplex fuerit. ❡ Et vbi velimus, ꝙ iuramentum ipso iure liget, absq̄ dubio dicendum est, ꝙ propter enormeꝫ lesionem, quam illustriss. dominus Aloysius ex eo pateretur, sit ei relaxandum tale iuramentum, ⁊ ab eo omnino debet absolui, quo facto remanebit. d. diuisio per se inualida, ⁊ omni vinculo, ⁊ robore iuramenti destituta, vt in simili concludit Corn. in dicto consilio. ccxciij. secunda ⁊ tertia columna. ❡ Et ex his excluditur iuramento non obstante diuisionem iam factam illustriss. domino Aloysio non obesse, quin iterum equaliter, ⁊ secundum voluntatem testatoris fieri debeat. ❡ Dixissem ⁊ alia plura, ⁊ super hoc, ⁊ super alijs articulis, nisi instantia, ⁊ celeritas consultatis e manibus nostris (vt ita dixerim) calamum arripuisset. Laus Deo optimo maximo.

Socinus nepos. J. V. D. Pisis legens.

SVMMARIVM

❡ Pacto de reuendendo an prescribatur.

❡ Et posito ꝙ sic, an detur restitutio in integrum aduersus prescriptionem maxime. xl. annorum.

1 Pacto de retrouendendo cum iuro an prescribatur.

2 Restitutio in integrum ex capite ignorantie an competat aduersus prescriptionem, ⁊. J. nu. 9. ⁊ sequentibus.

3 Tempus restitutionis in integrum, quod est quadrienniū, non currit, nisi a die scientie, ⁊ vide. J. nu. seq.

4 Tempus. c. an. est longissimum tempus vite hominis.

5 Prouisio tollens prescriptionem, centenariam non tollit.

6 Prescriptio centenaria semper currit, nec dr̃ sublata.

7 Prescriptio. xxx. an. tollitur qñ in oblōne interuenit infrm.

8 Restitutio in integrū nō daṫ aduersus prescrip. xl. an. Quid in prescrip. xxx. anno.

10 Non entis nulle sunt qualitates.

11 Vendito vno ꝑdio ɔfinato, dr̃ vēditū oē qđ est intra fines nec fit diminutio, si sit erratum in numero stadiorum. Secus si vēdūṫ. x. stadia, qꝛ fit diminutio, si repiunṫ plura.

12 Restitutio in integrū ex capite ignorantie non competit, et si post. c. an. semper adfuit ignorantia.

Consilium

CONSILIVM LIIII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie. In causa filiorum Petri de sauinis Magnifici ac iustissimi Judices ex multis, que subtiliter, ⁊ copiose contra eos per Magnificentias vestras adducuntur in duobus potissime vide
1 tur stare punctus presentis casus. ¶ † Primo quia videtur, ꝙ contra eorum aduersarios agentes ex pacto de retrouendendo non possit efficax prescriptio opponi propter vim iuramenti, quod in instrumento illo antiquo reperitur nam licet alias prescriptiones currere soleant, tamen nõ videatur currere, quando in obligatione reperitur iuramentum eo ꝙ iuramentum dicitur habere vim litis contestate, allegatis Roma. in. l. j. ff. de vsuca. qui in libro meo hoc nõ dicit, allegatis etiam consilium Barbat. nume. ccxx. ⁊ cõsilium Alex. nume. xcj. visis actis secunda col. secundo volu. sed in libris consiliorum Barba. non inuenio talem numerum ⁊ sic illud consilium non inuenio. Alex. vero in. d. consilio. xcj. non loquitur ad propositum, solum ergo ex allegatis per Magnificẽtias vestras hoc dixit Jas. in addi. ad porcuz in. §. sed aliquando insti. de vsucapio. in sexta additione, sed vltra allegata per vos hoc dicunt Bartolus, ⁊ omnes, maxime Jas. in secundo nota. in. l. nam ⁊ postea §. si is qui temporali. ff. de iureiur. vnde cuz allegati auctores istorum de sauinis prouiserint reuendere, ⁊ iurauerint videtur ꝙ talis promissio non potuerit tolli prescriptione
2 aliqua. ¶ † Secũdo quia (posito, ꝙ cucurrerit prescriptio contra illud pactum de reuendendo) videtur, ꝙ isti actores possint, ⁊ debeant in integrum restitui aduersus decursam prescriptionem ex capite iuste ignorantie (quia scilicet successerunt in ius alterius. l. qui in alterius. ff. de regulis iuris cum similibus) Et allegatis Bartol. in. l. prima. §. si quis autem. ff. de itinere actuqȝ priuato. ⁊ Alex. in consil. cxvj.
3 perspectis ponderatisqȝ primo volu. † ⁊ licet tempus petende restitutionis in integrum sit tantum quadriennium, ⁊ continuum, tamen habet principium vtile, ⁊ nũqȝ incipit curre, nisi a die scientie, ⁊ cognite lesionis secundũ Alexan. in dicto cõsilio, ⁊ Bal. in. l. tertia. C. si ex falsis instru. qui dicunt ꝙ si quis iuste ignorans staret per centum annos semper posset in integruz restitui. Et per ista Magnificentie vestre videntur dubitare contra reos conuentos, ⁊ dicunt propterea videri iudicandum, bene appellatum, ⁊ male iudicatum per iudicem a quo. ¶ Et licet alia plura Magnificentie vestre adducant ad hec tamen reducitur omnis difficultas. ¶ Uerum tamen (licet vrgentia primo aspectu appareant) eis nequaquaz obstantibus rectius animaduertendo contrarium de iure verius arbitror, videlicet istos reos conuentos omnino fouere iustitiam, ⁊ esse absoluendos, ⁊ consequenter bene iudicatum per iudicẽ a quo. Et breuiter instãdo presuppono in facto, ꝙ promissio de retrouendendo in qua fit fundamentum actorum facta dicitur iam per annos centum, ⁊ decimum septimum, ⁊ vltra, ita quidem (vt quicquid de alijs prescriptionibus dici possit, que plures defenderent istos reos) dicatur interuenisse, ⁊ perfecta esse prescriptio centum annorum, per quam indistincte tollitur omne ius, ⁊ contra quoscunqȝ, ⁊
4 omni etiam casu currit, † Sunt enim centum anni longissimum tempus vite hominis, ⁊ omne, quod sub mundiali machina gubernatur, renouatur in centum annis, ita inquit Bal. in. l. j. ij. col C. de anna. excep. subdens, ꝙ vbicunqȝ lege aliqua statuto vel priuilegio inducatur, vt certis casibus nulla obstet, vel opponi possit prescriptio, semper debet intelligi, nisi labantur centum anni, qȓ centenaria prescriptio, velut tollens omne ius nunqȝ censeť exclusa, ⁊ fuit dictum glo. quaz ipse allegat in versi. nulla in auc. vt decete ro cõmutationes ⁊c. prope fi. col. v. vbi Ange. no. idem voluerunt Bal. ⁊ Ang. in. l. j. C. ne rei domi. vel templo. idez
5 voluit Roma. in. l. j. in fi. ff. de vsucap. † dicens, ꝙ nũqȝ per prouisiones tollentes prescriptiones dicitur sublata prescriptio tanti temporis in cuius contrarium memoria non existit, vt puta centum annorum, vnde licet alias contra Imperium vel Romanam ecclesiam, nũqȝ prescribantur ea, que reseruantur eis in signum specialis prelationis, ⁊ preeminentie, vt per Jo. and. in. c. j. de cler. egro. lib. vj. tamen spacio centum annorum etiam predicta prescribuntur, vt
6 singulariter dicit Angel. in. d. l. j. C. ne rei domi. ⁊c. † Hoc etiam, ꝙ prescriptio centenaria semper currat, ⁊ nunqȝ dicatur sublata voluit Alex. in. l. nemo potest col. fi. vbi plures allegat. ff. de leg. j. idem voluit Areti. in consi. xv. Reuerendissime pater col. pe. ⁊ fi. dicens, ꝙ cursus cẽtum annorum habet vim iusti priuilegij, idem etiam cõcludit Alexan. in consi. lx. Obmisso multiloquio in fi. j. volu. ⁊ in consilio. xvj. In causa ⁊ lite ⁊c. vij. col. v. volu. ⁊ late Fely. vbi multos allegat in rub. de prescrip. col. fi. ver. cõsidera. ij. ⁊c. cõcludens, ꝙ nũqȝ dicitur sublata prescripotio centenaria, vel tanti temporis, in cuius contrarium memoria non existit. ¶ Hoc ita posito, ⁊ declarato remanet conclusio clara in casu nostro per cursum centum annorum, ⁊ vltra omne ius sublatum esse. ⁊ ex hoc patere potest Responsio ad allegata in contrariũ. ¶ Nam dum primo dicitur iuramentum impedire prescriptionem actionemqȝ perpetuare dico ꝙ non procedit respectu prescriptionis centenarie, de qua
7 agimus per predicta. ¶ † Et vltra etiam dico, ꝙ quando in promissione, ⁊ obligatione aliqua interponitur iuramẽtum verum est ꝙ tollitur prescriptio, scilicet ordinaria. xxx. annorum, ⁊ perpetuatur actio videlicet tantum vsqȝ ad. xl. annos, ita voluit Bar. ⁊ sequuntur alij in. d. §. si is qui tẽporali, ⁊ Jas. ibi refert ⁊ sequitur in. ij. not. ⁊ ex his patet fundamentum quod de iuramento fit nullo modo obstare cum nedum sint lapsi anni. xl. sed etiam. c. ⁊. xvij. ⁊ vltra. ¶ Nec etiaz ob. quod secundo loco dicitur de restitutione in integrum cõcedenda ex capite ignorantie, quoniaz (mul
8 tis posthabitis, que sup hoc dici possent) respondetur, † ꝙ aduersus prescriptionem. xxx. annorum ex tali causa dari possit in integrum restitutio (qδ tamẽ multi doct. nec leuis auctoritatis non comprobauerunt) tamen illa non datur cõtra prescriptionem longissimi temporis. xl. anno. per quã possidenti acquiritur plenissima securitas, vt. l. omnes in fi. C. de prescrip. xxx. anno. nõ eniz diceretur securitas plenissima si in integrum restitutio daretur iuxta notata per glo. in versi. imputandum in. l. ait pretor. §. permittitur. ff. de mino. Pro hoc etiaz est tex. satis apertus in. l. fina. C. de fun. patri. lib. xj. ibi nullam molestiam, vel inquietudinẽ ⁊c. ⁊ ibi tradunt docto. ita est de intentione Aret. per multa subtilia fundamenta in consi. ciiij. Breuitas in consulendo, licet ipse generalius loqui videatur, ⁊ ita expressius, ⁊ aperte cõcludit Alex. in consi. clj. Uiso themate, ⁊ in cõsi. clxiij. Uiso processu, circa mediuz. ij. vol. ⁊ ibi allegat, ⁊ inducit Alexan. predicta duo iura, hoc idez voluit (si recte aduertatur) Patruus, ⁊ dominus meus Soci. in consi. clxiiij. Uisa bulla in fi. vbi dum dicit, ꝙ completa prescriptione. xl. annorũ, omne remedium, si ꝙ competebat, dicitur sublatum, videtur velle, ꝙ etiam restitutio in integrum sit sublata, hoc tamen idem Soci. meus clarius, ⁊ in terminis cõcludit in cõsilio. cxciiij. Subtiliter, ⁊ eleganter. iiij. col. in prin. in versi. quarto ista opinio ⁊c. vbi in casu suo concludit, ꝙ per lapsum annorum. xlviij. dicitur non solum prescriptum ius si quod competebat, sed etiam sublatum remedium restitutionis in integrum ex causa probabilis ignorantie, quoniam (inquit ipse) licet multi dicant restitutionem in integrum cõpetere aduersus prescriptionẽ tiginta annorum, ⁊ periculosum esset tenere cõtrariũ, tñ in prescriptione quadraginta annorum absolute tenendum est restitutionem in integrum aduersus eam non competere ex causa predicta. ⁊ allegat, ita tenuisse, ⁊ declarasse Imo. in capitulo fina. de prescriptio. ⁊ ita etiam voluisse Ange. in. l. sicut. C. de prescriptione triginta annorum in quibusdam lecturis, ⁊ esse de mente Bald. in. l. fina. C. de temporibus in integrum restitu. ¶ Et pro ista opinione ponderat ibi Socin. meus predictam. l. omnes in fine ⁊ predictam. l. finalẽ, vt ibi per eum. Hanc eandem opinionem latissime comprobando sequitur dominus Franciscus cur. in ꝯsi. suo octuagesimo secundo. capio primum ⁊c. secunda colum. versi. ⁊ si forte opponatur ⁊c. vbi allegat duo iura predicta, ⁊ alia maxime capitulo volumus. xvj. q. iiij. ponderando in eo tex. illa verba, sed qetem eorũ incõcussaz modis omnibus ꝓcurare ⁊c.

vt per eum, quem placeat magnificentijs vestris videre qui subdit se hanc partem pluries defensasse, ⁊ ita tenendum esse, letaturq; plurimum quod inuenerit Alexandrum, ita in consilijs predictis tenuisse, si ergo ille sola auctoritate Alexandri ita audacter loquebatur propter viuas rationes, ⁊ iura apertissima quid nos faciemus plurium iuris luminum auctoritate suffulti, de quibus supra? Ultra quos etiam hanc partem eleganter, ⁊ ex pluribus defendit, ⁊ sequitur compater meus honorandus dominus Philippus decius in suo consilio. xxix. ⁊ pro tenui facultate per totum vbi post multa hincinde adducta concludit, ꝙ aduersus quadragenariam prescriptionem non datur restitutio in integrum, ⁊ ibi respondet omnibus motiuis in contrariuz facientibus, vt per eum, ad quem me remitto. ¶ Et potest ista opi. cõprobari auctoritate eo᷑, q volũt ꝙ restitutio ista non detur etiam aduersus prescriptionem triginta annorũ qui plures sunt, ⁊ magne auctoritatis, vt per Soci. in dicto consilio. cxciiij. ⁊ Curt. in dicto consilio. lxxxij. ⁊ per Fely. in. c. vigilanti. in principio. de prescriptio. si enim ita dixerunt in prescriptione triginta annorum, fortius ita dicerent in quadragenaria prescriptione aucten. multo magis de sacrosanc. eccle. ⁊ consequenter videtur posse concludi hanc opinionem tanq̃ communem, ⁊ veriorem omnino tenendam esse, quam etiam tenuit Andreas barba. in consilio. xlj. illud afferam in medium colum. xij. primo volumi. vbi etiam dicit, ꝙ ita voluit glo. in. c. auditis. de in integrũ restitutio. concludendo, vt est dictum, ꝙ contra prescriptionem quadraginta annorum non datur restitutio in integrũ ⁊ illam glossam sequitur ibi Joan. and. vt per Barbat. in dicta colum. xij. ¶ Modo ad casum nostrum redeundo, si cursus quadraginta annorum, ⁊ sic prescriptio quadragenaria plenissimum ius tribuit, ⁊ securissimum, vt ex predictis constat, ita scilicet vt nec restitutio in integrum ex capite ignorantie competat, vt iam dixi, fortius, ⁊ absq; aliqua dubitatione hoc dicendum est in cursu annorum. cxvij. qui in casu nostro interuenit, cum per cursum annorum centuz tollatur plene omne ius, vt supra dictum fuit. Et hoc etiaz voluit Barba. in dicto consilio. xlj. in dicta. xij. colum. dicens, ꝙ centenaria prescriptio, ex quo est tam longissimi tẽporis currit absq; spe restitutionis in integrum, vt per euz. Et vt verum fatear magnifici domini Judices non possuz non mirari de his, qui post lapsum annorum. cxvij. credant ius redimendi perdurare, illud enim spacio triginta annorum dicitur prescriptum, ⁊ plenissime per cursum annorum quadraginta vt sic etiam restitutio in integrum sit sublata, dictum est. ¶ Et ex his patet non obstare doctrinam Baldi in dicta. l. tertia. C. si ex fal. instrumen. ⁊ Alexan. in dicto consilio. cxvj. quoniam (esto ꝙ illud sit verum, licet dubitari possit, vt per Jas. in. §. metus. colum. xvj. instit. de actio.) Respondetur, ꝙ procedit, quando in integrum restitutio competit, ⁊ aduersarius se fundat in prescriptione contra quam detur restitutio, nam tunc verum est principium quadriennij debere esse vtile, vt per Baldum ⁊ Alexan. in locis predictis, sed in casu nostro isti rei fundant se in prescriptione centenaria, ⁊ vltra contra quam non datur restitutio in integrum ex capite ignorantie per predicta, ergo frustra consideratur, an isti actores sciuerint, nec ne sibi ius redimendi competere, ⁊ sic inceperit currere quadrienniũ cõcessum ad restitutionem in integrum, vel ne. vbi enim certũ est restitutionem non competere, de eius principio non est

10 disputandum, † cum non entis nulle sint qualitates, ⁊ nulla accidentia. l. eius qui in prouincia. ff. si certum petatur. tradit Jas. in. l. si constante colum. xxiiij. ff. soluto matrimonio.

¶ Et ex his constat non obstare aliud, quod magnificentie vestre allegant de oblatione pretij facienda etiam cõtra singulares successores, quoniam (super eo nunc non disputãdo) dico illud procedere, quando ius offerendi cõpetit, ⁊ disputatur contra quos, at in casu nostro (vt ex predictis cõstat) istis agentibus nullum competit ius, ergo ⁊c.

¶ Demum quod magnificentie vestre dicunt de eo, quod est supra stadia. xxvij. ꝙ non dicatur venditum, ⁊ propterea tanq̃ in dominio venditorum, ⁊ successorum existens, vi-

11 delicet istorum agẽtium posset ab eis vendicari, † in primis aduertendum est, quia in casu nostro fuit venditum prediũ confinatum, ⁊ dictum ꝙ erat tot stadiorum, vnde per argumentum vestrum illud retorquendo (videlicet per doctrinam Baldi in rubrica. C. de contrahenda emptione) dicendum est totum quod est intra fines dici venditũ, licet in numero stadiorum sit erratum, ⁊ propterea nulla fieri debet diminutio, quando autem venderent, puta decem stadia intra tales fines, verum est, ꝙ si plura reperiãtur, non dicuntur vendita, ⁊ sic illa de venditione detrahunt, vt per Baldum ibi, per. l. qui fundum. §. si agrum. ff. de contrahenda emptione. sed iste non est casus noster, non enim (si recte instrumentum inspiciatur) dicitur certus numerus stadiorum venditus intra certos fines, sed dicitur venditum predium confinatum, ⁊ dictum fuit, ꝙ erat tot stadiorum, vt iam dixi. ¶ Secundo etiam dici potest, ꝙ cum isti rei per se, ⁊ eorum auctores possederint iam per annos. cxvij. presumitur ex tanti temporis cursu, ꝙ de illo superfluo (vbi in illa venditione non clauderetur) habeant iustum titulum prout allegant per iura vulgaria, ⁊ omne ius aduersarijs competens dicatur per tale temporis cursum omnino sublatum. ¶ Et ex his (ni fallor) sunt sublata omnia adducta per magnificentias vestras contra istos de sauinis.

¶ Qui etiam ex alio defendi possent, quoniam ille Antonius assertus eorum auctor promisit reuendere Nicolao, ⁊ filijs, vt in instrumento apparet, ista autem promissio, vt bene nouerunt magnificentie vestre non potest porrigere effectum suum ad istos actores, qui sunt quarta vel quinta successio. ¶ Sed quoniam hoc non arbitror necessarium, cum ex predictis iustitia rerum sit manifesta, super eo non insistam. Et ad eminentem doctrinam magnificentiarum vestrarum me remitto, quibus me ipsum, ⁊ causam iustam pro iustitia commendo. Laus Deo.

Maria. Soci. iunior Senis legens.

ADDITIO

12 ¶ † Instant iterum magnificentie vestre iustissimi Judices ⁊ iterum allegant Alexandrum in consilio. cxvj. quinto volumine volentes, ꝙ restitutio in integrum ex capite ignorãtie competat etiam post centuz annos, si semp adfuit ignorantia per quam restitutionem succurritur ignoranti etiam post dictum tempus centum annorum aduersus decursam prescriptionem contra ignorantem.

¶ Sed breuiter iustissimi Judices ex iam dictis plene respõsum est, quia vel hoc non est verum, cum multi contrarium teneant, de quibus supra, ⁊ si auctoritas Alexandri vos mouet, respicite, ꝙ ipse contrarium firmat in consilio. clj. ⁊ in consilio. clxiij. secundo volumine prout ego supra allegaui, ⁊ ita auctoritas Alexandri pro nobis est duplicata, de alijs doctoribus nihil nunc dicam, quia quid teneant iam supra dictum fuit.

¶ Uel si conclusio Alexandri in dicto consilio. cxvj. est vera (vt cum alia opinione cõcordet) oportet eam intelligere, quando allegatur prescriptio triginta annorum contra quam ex aduerso petitur restitutio in integrum, prout de iure dari debet. Alia vero opinio procedit, quando quis alleget prescriptionem quadraginta annorum, quia contra eam restitutio in integrum non datur, vt supra plene demõstratum fuit, ⁊ hoc supra declaraui in ver. ⁊ ex his patet nõ obstare ⁊c. ex quibus (ni fallor) dicitur sublatum omne fundamentum vestrum, ⁊ procul dubio hoc procedit in casu nostro, in quo allegatur prescriptio nedum. xl. annorum, sed etiam annorum. cxvij. Laus Deo.

Idem Socinus.

CASVS

¶ Quidam ser Petrus paulus habẽs duas filias feminas alteram nomine Magdalenam, alteram Bernardinam, ⁊ masculum nomine Bartholomeum, tradidit nuptui dictam Magdalenam cuidam Angelo cum dotibus florenorum octuaginta de libris quattuor pro quolibet floreno more senen. ⁊ decessit intestatus post cuius mortem tradita fuit nuptui altera filia Bernardina cum conditione, vt eandem haberet dotem, quam habuit soror eius

prout

(prout erat consuetudo in dicto loco) cuidam Petro chri stophori, non tamen aliquid cum effectu de dicta dote habuit, & bonis patris sui. ¶ Post hec mortuus fuit dictus Bartholomeus, cui cum effectu vigore cuiusdam substitutionis succedit ex testamēto dña Maria eius mater, & postmodum decessit. d. dña Maria, & iure testamenti, seu iure legati reliqt p̄dicte Magdalene, & Bernardine eius filiabus quartā p̄te h̄rditatis sue, omnium, & singulorum bonorum. suorum mobilium, vt apparet in eius testamento. ¶ Quibus sic stantibus.

¶ Primo queritur, nunquid dicta domina Bernardina possit de bonis dicti ser Petri pauli eius patris petere, vt sibi dentur octuaginta floreni pro dotibus suis.

¶ Secundo queritur, nunquid possit, petere quod sibi iure legati reliquit domina Maria eius mater.

SVMMARIVM

¶ Pactum licet nudum, q̄ soror tantam dotem habeat, quantam habuit soror, seruari debet.

¶ Sed & sine pacto idem fieri debet.

1 Pactum nudum, q̄ soror habeat tantam dotem, quantam habuit alia soror, debet seruari.
2 Actio de iure canonico oritur ex nuda pmissione.
3 Promissio non dicitur incerta, quando per relationem ad aliud venit certificanda.
4 Promissio incerta fauore dotis valet.
5 Consuetudo. l. vicem obtinet.
6 Soror debet habere tantam dotem, quantam habuit alia soror, ét sine pacto, vt equalitas inter sorores seruetur.
7 Discordia nascitur propter inequalitatem dotis inter sorores, que grauior est, q̄ inter extraneos.
8 Officium paternum sicut est dotandi filiam, transit etiam talis obligatio ad eius heredes.
9 Voluntas testatoris que pro. l. habetur debet executioni mandari.
10 Legatum in testamento relictum potest peti actione ex testamēto ab h̄rdibus, aut hypothecaria a possessoribus bonorum testatoris.

CONSILIVM LV



Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. Circa presentem consultationem paucis, & concludenter loquendo me expediam, tum q̄r res mihi videtur in apto pro dicta Bernardina, veritas enim verborum adminicula non desiderat, vt. l. ij. C. si minor ab here. abstin. cum vel maxime, quia breuicule noctis tantum tempus ad hoc nobis tribuitur. ¶ Ad primam igitur questionem deueniendo, dico, q̄ iuris est, & quidem sine dubitatione, q̄ dicta domina Bernardina possit ex bonis patris sui, & sic. d. ser Petri pauli petere sibi dotes consignari, saltem in. lxxx. florenis, & consequenter in eadem q̄ntitate, in qua fuit data dos Magdalene eius sorori, & hoc ex pluribus separatis.
1 ¶ † In primis enim me mouet ad hoc, quia (vt mihi in facto presupponitur) fuit quedam conuentio de tali dote constituenda, que cum non fuerit contra leges seruari debet iuxta. l. iurisgentium. §. pretor ait. ff. de pac. & apud Canonistas in. c. i. & c. antigonus. extra eo. tit. graue namq̄ esset fidem fallere. d. Bernardine, vt. l. j. ff. de const. pecu. ¶ Nec obstat, si diceretur, istud pactum, seu hec conuentio non debet producere act. tum q̄r nuda iuxta. l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pac. cum similibus, tum etiam q̄r incerta argumento eorum, que habentur in. l. ita stipulatus. ff. de verbo. ob. in prin. & in tex. & per doc. ¶ Quoniam respondetur, & de
2 plano. † Et ad primum dico, q̄ immo hodie de iure canonico ex nuda promissione debet oriri actio, vt in. d. c. j. d̄ pactis, quicquid esset de iure ciuili, quod debet attendi cum. ll. seculares, seu ciuiles non dedignentur sacros canones imitari, vt in. c. at si clerici extra de iudi. & in. c. fi. de secund. nup. ¶ Vel secundo & melius, & hoc est verissimum dicas q̄ illud non procedit in dote, nam fauore dotium, que multa habent priuilegia, de quibus per doc. in. l. j. ff. sol. mat. est introductum expresse a lege, vt ex nudo pacto in dotis constitutione oriat̄ actio, vt est casus expressus in. l. ad exactionem, & ibi per Bal. & alios. C. de dot. promis. ¶ Ad secū-
¶ Queritur, ad quem pertineant feudum, & alia, vt.s.donata predictis comitibus, vtrum.s.ad predictum Magnificum comitem Alexandrum solum, an vero etiam ad comitem Augustinum iuniorem. Et pro qua parte?

SVMMARIVM

¶ De feudo nouo, quando possit transire ad transuersales, & an tunc filius predefuncti fratris admittatur cum fratre defuncti.

¶ Et de intellectu.l.i.C.si libera.imperia.soci.lib.x.an.s. procedat in alio Principe, qui non sit Imperator: Et an etiam procedat in feudis.

¶ Et quomodo quis dicatur decedere sine herede in proposito illius.l.

1 Concessio facta pluribus cuilibet eoruz censetur facta pro sua virili.

2 Filij fratrum premortuorum, vna cum eoruz patruis, & fratribus defuncti admittuntur in stirpes ad successionem patrui &.j.nume.15.

3 Decisioni iuris cōis semper stare debemus in materia feudali, vbi non inuenitur ita expressum de iure feudoruz.

4 Testamentaria dispositio circa feuda non valet.

5 Dominium illustrissimum Dominorum Venetorum nullo modo superiorem recognoscit.

6 Socius liberalitatis imp ialis an dicat decedere cū hrde.

7 Lex.i.C.si liberal.imperial.soci.lib.x.fm cōmunem opinionem procedit in quolibet Principe non recognoscente superiorem, vide.j.nume.9.

8 Superiorem non recognoscens iura imperij dicitur habere in suis terris.

10 Qui descendentes non relinquit, dr sine herede decedere.

11 L.i.C.si liberal.imperial.soci.lib.x.procedit etiam in here de donatarij.

12 Heredis nomine veniunt omnes successores.

13 L.i.C.si liber.imperia.soci.lib.x.habet locum in donatione in feudis consistente.

14 Heredum appellatione in materia feudali veniunt tantum descendentes masculi.

16 Feudum si sit concessum pluribus in viriles portiones, portio decedentis sine descendentibus, an deueniat ad coniunctos vel in concedentem.

17 Filius in quo casu non intret in locum patris.

18 Lex dubia debet interpretari per eius conditorem.

19 Testamenta recte, & rite facta debent seruari.

20 Feudum nouuz, mortuo vassallo sine liberis, reuertitur ad concedentem, & non in coniunctos vassalli,

Nec in eo transuersales succedunt.

21 Ratio quare nouum feudum non transit ad transuersales, antiquum & paternum sic.

22 Feudum ꝯcessum a principe non recognoscente superioreꝫ ēt si sit nouuz pluribus socijs, altero sine filijs moriente, ad alterum deuenit iure quodam accrescendi.

23 Ius accrescendi licet in contractibus locuz non habeat, tamen fallit in liberalitate principis.

24 Feudum ab Imperatore duobus fratribus concessuz vno deficiente, alteri accrescit.

25 Decedere sine herede dr in feudis, qui sine liberis decedit.

26 Dictio, que, est copulatiua, que importat repetitionem precedentium.

27 Concessio alicui facta pro re & descendentibus dicitur ordine successiuo facta, maxime in feudis.

28 Dispositio copulatiua dz semp intelligi ordine successiuo.

29 Heredibus suis presumit quisqꝫ in sua portione, ꝓspicere.

30 Quodlibet a sua causa regulari debet.

31 Representatio filiorum locum habet, quando succeditur per viam sanguinis, quia tunc filius intrat in locum patris, secus si succedetur ex gratia principis, & ex hominis dispositione.

32 Representatio non habet locum, si in concessione feudi dictum sit, ꝙ fratres succedant decedenti sine liberis.

33 Feudum per fratres acquisitum viriliter pro principe contra hostes pugnando, & propriam vitam exponendo, si vnus fratrum moriatur, alteri fratri accrescit.

CONSILIVM LXXIII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. Pulchra, & subtilis est presens cōsultatio, circa quā non ambigo plures fore, q aperto ore respondeant Magnificum comiteꝫ Alexandrum de Pompeis ad dimidiam tantum parteꝫ esse admittendum tam feudi, ꝗ etiam aliorꝫ bonoꝝ olim Magnifico comiti Hieronymo, & fratribus, suisqꝫ descēdentibus legitimis, & naturalibus ꝯcessoꝝ, & ad aliam dimidiam esse admittendum comitem Augustinum filiū fratris eius predefuncti, & sic tam feudum castri de Illasijs, ꝗ alia bona per illustrissimum Dñium Venetoꝝ istis comitibus de Illasijs ꝯcessa pertineāt viriliter ad predictos comites Alexandruꝫ & Augustinū fratris eius predefuncti filium. ¶ Et primo dubitandum non est de duabus sextis partibus, vt.s.quilꝫ eoꝝ vnā habeat, nanqꝫ comes Alexāder vti vnus ex sex fratribus, qbus fuit facta ꝯcessio suaꝫ.vj.hꝫ ex ꝓpria persona, comes vero Augustinus aliā.vj. partē dꝫ hēre ex persona patris eius, cū ꝯcessio facta fuerit nedum illis ex fratribus, sed etiam suis descendentibus, vt est expressum in ꝯcessione, sic ergo portio patris.d.comitis Augustini eo decedente peruenit ad ipsum comitem Augustinum. † Non.n.dubitandum videt, quin predicta concessio sex fratribus facta, fuerit cuilibet eoꝝ facta pro sua virili iuxta.l.reos.§.cū in tabulis.ff.de duob.reis.&.l.i.C.si plu.vna sen.& in simili ꝯcessione declarat patruus, & dñs meus Soci.in ꝯsi.clxv.Visis inuestituris.vij.col.ver.vltimo predicta ꝯclusio.& Corne.in ꝯsi.cxcvj.Circa presentē.in princ.ij.volu. Et qꝛ hec omnia satis clara arbitror, non instabo in eis probandis vlterius. ¶ Scdo circa partes alioꝝ fratrum, qui ex post sine liberis decesserunt, videtur (vt dixi) ꝙ ad preditos comites Alexandrum & Augustinum equaliter pertineant. † Est enim expeditum in iure, ꝙ ad successionem patrui admittuntur filij premortuoꝝ fratrum vna cum eorum patruis, & fratribus defuncti in stirpes, vt est tex.in auc.cessante.C.de legit.heredi.& in corpore, vnde sumitur, ex quo videtur in ꝓposito, ꝙ in bonis cōcessis non in feudum res clara sit in fauorem comitis Augustini, vt.s.ad successionem patruoꝝ admittatur vna cuꝫ Comite Alexandro. ¶ Et idem etiam videtur dicenduꝫ circa castrum de Illasijs, & sic circa bona feudalia, nā etiaꝫ in ipsis filius predefuncti fratris admittitur ad successionem patrui vna cum fratre morientis, vt est expressum in cap.primo.§.his vero.de successione fratr.vel de gradi.succed.in feud.& ibi docto.notant. ¶ † Et vbi non ita reperiretur expressum de iure feudorum, adhuc idem dicenduꝫ est arguendo de eo, quod de iure cōmuni reperitur in alijs bonis ad bona feudalia, nam in materia feudorum, quando non habemus particularem decisionem in contrariuꝫ, semper stare debemus decisio.iuris communis.iuxta text.in.c.primo.& ibi docto.tradunt de feud.cognitio.cum similibus.vt tradit domi.Iaco.de ardizo.in sua summa feudorum in tertia parte prime partis principalis, columna duodecima. Alexand.in.l.si mihi & titio.ff.de verborum obligatio.& Curti.in consilio.xlix.Memorie recolende.columna.xxxiiij. Videtur itaqꝫ ex predictis concludendum, ꝙ ad successionem fratrum premortuorum sine descendentibus admittatur comes Alexāder frater, & simul cū eo comes Augustinus filius predefuncti fratris. ¶ Et ista ꝯclusio videtur de plano procedere respectu portionuꝫ illoruꝫ fratrum qui nullo condito testō, sed intestati decesserunt. Verum etiam respectu eorum, qui testati fuerunt, adhuc

adhuc idem dicendum, videtur saltē respectu bonoꝝ feu
4 dalium,† qꝛ compertissimum est circa feudum testamentū
fieri non posse, ⁊ si fiat, nulla testamentaria dispositio vale
re debet, vt est tex. in c. i. in princ. de successio. feu. ⁊ ibi tra
dunt docto. maxime Bald. Aluarot. ⁊ Preposit. etiam
si qd pro anima testator de feudo ordinaret. vt in c. i. §. do
nare, qualiter olim feu. ali. pot. ⁊ in c. i. §. i. de prohibi. ali.
feu. per Federi. ⁊ vtrobiq; docto. tradunt, ⁊ ita etiam fir
mat Bapti. de sancto Blasio in tractatu feudorū. in. xxx.
differentia. Bald. in consilio. cclxxv. ꝙ pro regula in feu
dis. in princ. ij. volu. Abb. in ɔsilio. iij. Vitar in presenti. in
tertio dubio. ij. volu. ⁊ patruus, ⁊ dominus meus Soci.
in ɔsilio. cclij. Visis instrumentis. ij. colū. cum multis alijs,
qui allegare possent. Quinimo videtur, ꝙ nec respectu bo
norum non feudalium per illustrissimum Dominium Ve
netorum concessorum predictis fratribus testamentum ab
aliquibus ex eis conditum valeat, quia cum talia bona fue
rint concessa predictis fratribus, suisq; descendentibus, vi
detur ꝙ fuerint apud illos fratres cum onere, vt post eos
perueniant in descendentes ex eis, ⁊ sic testamentū de eis
factum non videtur, ꝙ valeat tanq̄ de bonis restitutioni
subiectis. Cum enim ex prouidentia concedentis sit ordi
natum quid de his bonis sequi debeat, non videtur, ꝙ ali
quis ex dictis fratribus potuerit de eis aliquo modo in te
stamento disponere. ¶ Hec sunt, que in fauorem predicti
comitis Augustini vrgere videntur, ⁊ que primo aspectu
in eam sententiam quemlibet deducere posse videbantur.
¶ Verum tamen eis non obstantibus diligentius omnia
animaduertens contrariam sententiam de iure probabi
liorem arbitror, videlicet ꝙ imo predictus Magnificus
comes Alexander solus admittatur ad portiones eorum
fratrum, qui sine descendentibus decesserunt ſm tamen ꝙ
infra dicaꝫ. ¶ Et vt clarius omnia pateant presuppono,
ꝙ in predicta concessione ⁊ largitione ab illustrissimo Do
minio Venetoꝝ facta Magnifico quondam comiti Hie
ronymi de Pompeis, ⁊ fratribus dicuntur donate res du
plicis generis, videlicet feudales, seu in feudū concesse, vt
castrum de Illasijs cum suis iuribus. illud enim in feudum
concessum fuit, vt ex pluribus verbis ipsius concessionis,
seu priuilegij, de quo in puncto, aperte ostenditur. ¶ Itē
⁊ non feudales, seu non concesse in feudū, vt sunt predia,
⁊ possessiones, de quibus in principio concessionis ⁊ priui
legij predicti. ¶ Distincte itaq; ꝓcedendo primo loquar
de bonis non feudalibus. secūdo de feudalibus. ¶ Quā
5 tum igitur ad bona non feudalia, † cum simus in donatio
ne, ⁊ liberalitate Principis (idest illustrissimi Dominij Ve
netorum nullo modo superiorem recognoscentis iuxta do
ctri. Bal. in rubri. ff. de rer. diuisio. ⁊ Aluarot. in c. i. quis
dicatur Dux, Comes, vel Marchio, cum multis concor
6 dantibus, qui ad hoc allegari possent.) † cadit in proposi
to illa disputatio, quādo. s. sit, ꝙ socius liberalitatis impe
rialis dicatur decedere sine herede, ita ꝙ ad cōsociū pars
eius quodam quasi iure accrescendi pertineat iuxta. l. i. C.
si liber. imperial. soci. lib. x. Nam quidam voluerunt, ꝙ si
ne herede decedat, si sine descendentibus moriatur, prout
est vna opinio primo loco relata per glo. in d. l. i. argu. l. ex
facto. §. fina. ff. ad trebellianum. Et licet glo. illa postea vi
deatur discedere ab ista opinione, tamen talem opinio. fir
mat glo. in ver. capi. in. l. i. ff. vnde vir ⁊ vxor. ⁊ in. l. i. in ver
si. exclusio. C. eo. cum qua opinio. transeunt ibi Jaco. but. ⁊
Bart. ⁊ etiam Deci. qui ibi in vlti. colum. asserit istam opi
nio. de iure veriorem esse, ⁊ eam bene comprobat, ⁊ defen
dit a contrarijs, vt per eum. ¶ Quidaꝫ vero volunt, ꝙ si
ne herede decedat cui nullus heres existat cuiuscūq; qua
litatis preter fiscum, vt vr̄ firmare gl. in d. l. i. C. si libe. im
perial. soci. libro. x. ponendo hoc in vltima opinione quam
multi sequūtur. Nam si primam opinionem tenemus, cum
predicti fratres Magnifici comitis Alexandri, ⁊ socij li
beralitatis illustrissimi Dominij Venetorū decesserint si
ne descendentibus, iam predicta bona ad ipsum comitem
Alexandrum pertinere debent per. d. l. i. Nec dicatur, ꝙ
illa procedat solum in donatione Imperiali, hoc est facta
7 ab Imperatore, ⁊ non ab alio Principe. † Quoniam veri
tas est in contrarium, ⁊ sic tenet̄ cōmuniter, ꝙ illa lex pro
cedat in donatione Regis, ⁊ cuiuslibet ciuitatis, vel al
terius Principis, qui non recognoscit superiorem, vt vo
luit Bal. in c. i. de duo. fratri. a capi. inuesti. iuncta doctri.
Alex. in. l. si mihi ⁊ titio. ij. ⁊. iij. col. ff. de verb. obli. ⁊ ita et
consuluit Bal. in ɔsil. xlix. In primis videndum est. ij. vol.
ſm vnam impressionem, sed ſm aliaꝫ est nu. 50. iiij. volum.
8 ¶ † Et ratio est, quia nō recognoscens superiorem dicitur
habere iura imperij in suis terris, vt per Bart. i. l. hospes.
ff. de capti. ⁊ postli. reuer. cum concordan. vt per Alexan.
in consil. ij. Visis codicillis. iij. colum. ver. ad predicta pos
set etiam adduci. i. volu. ⁊ tradit etiam Pau. de cast. in cō
sil. ccxxvij. Super primo dubio. ij. col. ſm vnam impressio
nem, ⁊ ſm aliam est nu. xxxiiij. ij. volu. cum multis concor
dantibus, qui ad hoc allegari possent, est enim hoc cōmu
9 ne dictū. ¶ † Et licet ista prima opinio simpliciter loquen
do sit dubia maxime in practica eo ꝙ alia, ⁊ secunda opi
nio videtur magis cōmuniter recepta, vt per Barto. ⁊ Jo
an. de platea in d. l. i. ⁊ per Salyc. ⁊ Modernio. in. l. i. C.
vnde vir ⁊ vxor. Tamen in casu nostro videtur, ꝙ possit de
iure procedere, ⁊ seruari debeat attenta verosimili mente
10 illustrissimi Dominij concedentis. † Nam cum in conces
sione dicatur, Magnifico comiti Hieronymo, ⁊ fratribus
suisq; descendentibus ostenditur, ꝙ non intendit ɔcedens
res concessas transire in extraneos heredes, sed tantum in
descendentes, ⁊ ꝓpterea videtur, ꝙ quo ad mentem conce
dentis dicatur decedere sine herede, qui descendentes non
reliquit, sicut dicitur in d. l. ex facto. §. fina. ad trebellia.
11 † opinio enim illa magis cōmuniter recepta, ꝙ d. l. i. C. si li
ber. imperia. soci. intelligatur de quolibet herede, procedit
ex verosimili mente donantis, qui cum alicui donat, credi
tur (si aliud non apparet) ꝙ nedum illi prospicere voluerit,
12 sed etiam suis heredibus simpliciter loquendo, † ⁊ non est
dubiū, ꝙ sub nomine heredis veniūt omnes successores
. l. heredis appellatione. ff. de verbo. signifi. cum similibus.
Que ratio non ꝓcedit in casu nostro, in quo apparet mens
concedentis, vt non omnibus heredibus prospexerit illoꝝ
fratrum recipientium concessionem, ſꝫ tantum descenden
tibus cuiusq;, ⁊ adeo, ꝙ vbi ipsi fratres, ⁊ eorū descēden
tes defuerint concessio ista veniet resoluenda, merito ergo
ex natura concessionis sic a concedente qualificate, vide
tur, ꝙ ista opinio prima, de qua supra in casu isto de iure
procedat, vt. s. sine herede dicantur predicti fratres deces
sisse quo ad ꝓpositum. d. l. i. C. si liber. imperia. soci. ex quo
sine descendentibus decesserunt, sumpto argumento a ces
sante ratione cōmunis opinionis predicte iuxta. l. adigere
. §. quamuis. ff. de iure patronatus. ⁊. c. cum cessante. de ap
13 pel. † Quemadmodum etiam si diceremus, si principis do
natio consisteret in feudis, nam in tali donatione haberet
locum. d. l. i. quando alter sine liberis decesserit, nam quo
ad feuda dicitur defecisse sine herede ꝓpter naturam feu
di, ⁊ concessionis eius, vt ɔcludit Bart. ⁊ sequunt̄ ibi Jo.
de platea, ⁊ alij in d. l. i. ⁊ eius opinio in hoc est cōmunis,
⁊ ab omnibus approbata, vt tradit Curti. in dicto consilio
xlix. colum. xxxv. in fi. noui fundamenti, ⁊ infra etiam dice
14 tur, † est enim exploratum, ꝙ in materia feudi appellatio
ne heredum veniunt tantum descendentes masculi. c. i. §. ⁊
si clientulus. de aliena. feu. ⁊ ibi Aluarot. in primo notab.
⁊ tradit Bapti. de sancto Blasio in tracta. de differentijs
inter feud. ⁊ alia iura differentia. lxix. ¶ Stāte modo ista
opinione videtur concludendum, ꝙ ad partes predictoꝝ
fratrum decedentium sine liberis, ⁊ ita vacantes vocentur
tantum Magnificus comes Alexander tanq̄ frater, ⁊ so
cius in tali liberalitate quodam quasi iure accrescendi per
d. l. i. C. si liber. imperial. soci. ⁊ non predictus comes Au
gustinus, qui non fuit socius in tali liberalitate, vt infra ple
15 nius dicetur. ¶ † Et licet alias filius fratris simul cum fra
tre defuncti succedat, vt supra dicebatur, tamen illud pro
cedit de iure communi, ⁊ ibi agitur de successione de iure
communi ſm sanguinis coniunctionem deferenda, ⁊ ita
procedit auctentica cessante. C. de legitimis heredibus.
cum alijs supra in contrarium allegatis. Sed in casu isto
Magnificus Comes Alexander non vocatur simplici
ter propter sanguinis coniunctionem, ex eo, ꝙ sit frater,
sed ex eo, ꝙ fuit socius in liberalitate illustrissimi Dominij

16 Venetorum.† Nam ex quo predicta ꝯcessio illis ex fratribus facta virtualiter cuilibet pro sexta parte facta fuit, q2 solum est transitura pars cuiuslibet in descendentes proprios legitimos, ⁊ naturales, vt patet ex illis verbis, suisq3 descendentibus, in tali ꝯcessione adiectis, ex vi talis ꝯcessionis portio decedentium sine descendentibus debebat redire ad ꝯcedentem, ⁊ non transire ad decedentis coniunctos, ꝓut in proposito concludit Alex. in consil. cl. In causa appellationis. iij. col. versic. ⁊ in casu nostro. vj. volumi. ¶ Verũ tamen ꝓpter societatem fratrum predictoꝝ in liberalitate, ⁊ ꝯcessione predicta Magnificus Comes debet admitti excluso Principe per. d. l. i. C. si liberal. impe. soci. ⁊ per supra dicta. Hoc autem non ꝯsideratur in persona comitis Augustini, cum non fuerit socius predictis sex fratribus in predicta liberalitate, ⁊ ꝯcessione. ¶ Nec dicatur, ꝙ iste comes Augustinus debeat admitti representando personam, ⁊ subintrando in locum patris eius.

17 †Qm̃ hec representatio in ꝓposito fieri non debet, cũ non simus in successione iure hereditario, ⁊ s3 ius cõmune delata, sed in admissione socioꝝ ex verosimili mente, ⁊ gratia principis liberalitate vtentis iuxta doctri. Bart. in auct. post fratres. la. ij. C. de legit. heredi. ⁊ infra etiam plenius dicetur. ¶ Et stante ista opinione res clara remanet in fauorem Magnifici comitis Alexandri. ⁊ non est opus cõsiderare testamenta aliquoꝝ ex dictis fratribus decedentibus sine liberis, per que ipse solus admitti debet. Hanc tamen opinionem libenter subijcio iudicio cuiuscunq3 rectius sentientis, ⁊ presertim integerrimo, ac grauissimo iudicio excellentissimi consilij Deceuiralis amplissime, ⁊ s. alias eminentissime ciuitatis Venetiaꝝ, a quo talis ꝯcessio ema-

18 nauit. †sicut enim ab eo facta, ita etiam ꝯueniret, ꝙ ab eodem in re dubia interpretationem reciperet iuxta. l. fi. C. de legi. ¶ Vbi autẽ predicta opinio reuocaretur in dubiũ, ⁊ diceretur concessionẽ in predictis bonis non feudalibus libere esse factam, ⁊ fratres predictos (ẽt ꝙ liberos non reliquerint) non decessisse sine herede, inherendo opi. Bar. in. d. l. i. ⁊ alioꝝ de quibus supra. Non videt' dubitandũ, ꝙ in partibus eoꝝ fratrum, qui testati fuerunt Magnificus comes Alexander solus sit admittendus iuxta teno-

19 rem testamentoꝝ. si eniz de his bonis testari potuerũt, †cũ enim eoꝝ testamenta sint rite, ⁊ recte facta, debẽt omnino seruari. l. i. C. de sacrosan. eccle. ⁊ in auc. de iureiur. a mori. presti. in prin. col. v. cum simi. que ad hoc allegari possent. ¶ Nec ob. quod supra dicebat' in ꝯtrium, videl3 ꝙ de talibus bonis testamenta fieri nõ potuerint, tanq3 si fuissent fideicõmisso subiecta s̃m ꝙ supra arguebatur. Qm̃ respondetur, ꝙ illud procederet respectu eius, qui liberos ex se legitime descendentes relinqueret, nam tunc portio eius deberet post eum ad filios ꝓprios pertinere ex gratia, ⁊ prouisione concedentis, ⁊ ille non posset in testamento aliter disponere, sed in casu nostro testm̃ fecerũt, qui liberos non reliquerũt, merito vr̃, ꝙ potuerint libere disponere. ¶ Et hec dicta sint (posito, vt dixi, ꝙ apud eos res iste respectu ꝑncipis, ⁊ respectu fratrũ eoꝝ libere fuissent, ita vt in eis nõ hẽat locũ dispositio. d. l. i. C. si lib. imperial. soci. q̃uis de iure ꝯtrium dicenduz videatur per ea, que superius dicta fuerunt. Et hec sufficiant q̃tũ ad bona non feudalia. ¶ Circa vero bona feudalia, ⁊ sic circa castrum de Illasijs cum suis castellananza, iurisdictione, ⁊ alijs pertinentijs ꝯclusio supra posita, videlicet ꝙ ad ptes dicti feudi illoꝝ, qui sine liberis decesserunt, admittatur solum Magnificus comes Alexander probatur maxime ex infrascriptis. ¶ Et pre-

20 suppono vnum, qd̕ in iure est clarissimum, † videlicet ꝙ in feudo nouo, ꝓut sumus in casu nostro, regula est, ꝙ si quis feudum habens decesserit sine liberis, feudum redire debet iure ordinario ad dñm ꝯcedentez. ⁊ non transit in coniunctos feudatarij, quia in eo successio transuersalium non admittitur, licet sint fratres, etiam ꝙ feudum datum fuerit pluribus fratribus simul, vt sunt iura clarissima in. c. i. de benefi. fratris, ⁊ qualiter frater ⁊c. ⁊ in. c. primo. versicu. quod ita intelligendum est de successione fratrum, vel de gradi. succed. in feud. ⁊ in. c. i. de duobus fratribus, de nouo benefi. inuesti. in vsibus feudorum cum similibus. ⁊ tradit Corne. in dicto ꝯsilio. cxcvj. ij. colum. ij. volumi. Ex quo infertur in ꝓposito nostro, ꝙ cum feudum sit nouum s̃m hanc regulam non deberet portio deficientium sine liberis pertinere neq3 ad comitem Augustinum, neq3 etiaz ad comitem Alexandrum, sed deberet reuerti ad illustrissi-

21 mum Dñium Venetorum per predicta iura. ¶ †Et predicte regule seu predictoꝝ iurium ratio est s̃m ꝙ in eis cõmuniter traditur, quia de natura feudi est, vt soluz dicatur transmissibile in descendentes primi inuestiti, ⁊ talis presumitur intentio dñi concedentis feudum, ⁊ vt plurimum solet in inuestituris exprimi, dum dici solet pro se, suisq3 filijs ⁊c. Et ita etiam fuit expressum in casu nostro, dum dicitur suisq3 descendentibus ⁊c. ⁊ per hanc rationem ponitur differentia inter feudum nouum, vt, scil3 ad transuersales etiam fratres non transeat regulariter, cum non sint descẽdentes inuestiti, ⁊ feudum paternum, vel antiquum, vt, sc3 transire possit ad transuersales ex eo, quia possunt esse de descendentibus primi inuestiti, ⁊ ad eos tantum successio predicta restringitur. si enim non essent de liberis eius, qui primo fuit inuestitus, non succederent etiam in feudo antiquo, vel paterno, vt est tex. ⁊ ibi docto. tradunt in. d. c. i. de succes. fratr. in. §. his vero. ibi, si enim Titij auus ⁊c. ⁊ predicta firmãt Alex. in dicto ꝯsilio. cl. vj. volu. iij. colum. versicu. rursus etiam. ¶ Hec autem regula, vt. s. feudum nouum ad transuersales non transmittatur etiam fratres, limitatur multis modis, ex quibus aliqui modi sunt, qui in ꝓposito seruiunt Magnifico comiti Alexandro, vt sic ille omnibus exclusis ad predictas partes feudi admittatur,

22 vt statim dicam. ¶ Et primo limitatur† vt non procedat illa regula in feudo concesso pluribus simul tanq3 socijs a principe superiorem non recognoscente, nam tunc vno ex socijs sine liberis decedente admittitur alius iure quodaz accrescendi, seu non decrescendi ex dispositione. d. l. i. C. si libera. imperial. soci. lib. x. Que etiam in feudis procedit, cum etiaz in eis sit liberalitas imperialis, ⁊ ita sentit Barto. ⁊ sequitur Jo. de plat. si recte aduertantur in. d. l. i. ⁊ expresse firmat Bald. in. d. l. vnica. §. in primo. iij. col. versic. vnum scias. C. de cadu. tollen. ⁊ in. d. c. de duobus fratribus a capi. inuesti, post prin. versic. sed queritur. vbi etiam Preposit. hoc idem dicit in versicu. sed ponamus casum. hoc etiam idem Bald. voluit in. l. si qua mulier. versi. idem

23 in feudis. C. ad senatusconsul. tertulli.† Ita etiam clare firmat Pau. de cast. in. l. si mihi ⁊ titio. i. colum. ver. item fallit. ff. de verboꝝ obliga. dum dicit, ꝙ regula qua dicitur in contractibus non habere locum ius accrescendi fallit in liberalitate principis per. d. l. i. C. si liber. imperial. soci. nam

24 ex eo infert (⁊ dicit tenendum esse menti)† ꝙ si ab Imperatore duobus fratribus concederetur feudum nouum, vno deficiente alter succederet. Hoc idem etiaz voluit Raph. cuma. in. d. l. si mihi, ⁊ titio, ⁊ ita etiam ibi refert, ⁊ sequitur Alex. in. ij. colum. vrsicu. tertio fallit. dicens, ꝙ ita eo anno consuluerat, ⁊ dicit, ꝙ hoc dictum nunq3 exeat mentẽ tuã. ⁊ ita reperitur Alexã. consuluisse in consil. xxx. Quoniam omne datum optimum. iij. col. versicu. secundo dato ꝙ istud. i. volu. idem etiam voluit Ludo. de roma in. l. vnica. C. quando non peten. partes. ⁊ firmat hoc etiam Andre. sicul. in. c. ex parte. v. colum. versicu. quod limita. extra de feud. vbi clare dicit, ꝙ licet pro regula feudum nouum non transeat ad fratrem, tamen limitari illa regula debet, nisi feudũ esset duobus fratribus ꝯcessuz a Principe per. d. l. i. C. si libe. imperial. soci. Sit ergo ex istis firma ꝯclusio ꝙ dispositio. d. l. i. procedit etiam in feudis a Principe concessis. ¶ Et licet pleriq3 contrarium tenuerint, vt Salyce. in dicta. l. vnica. questio. xj. quando non peten. part. ⁊ alij quidam, tamen ista opinio videtur verior, ⁊ est magis cõmunis, prout vltra predictos asserit (eam defendendo) Curti. in dicto consil. xlix. in versicu. nono ostenditur. prope finem. ⁊ est ille versiculus. in colum. xxxiij. ⁊ ibidẽ etiaz firmat cõmunem esse opinionem, ꝙ. d. l. i. loquens de Imperatore procedit, ⁊ habet locum in quolibet alio Principe, qui in suo dominio dicitur habere iura imperij, vt sunt Reges, ⁊ etiam illustrissimus Dux Mediolani, circa quem ipse loquitur, ⁊ etiam quelibet respublica non recognoscens superiorem, ⁊ ponit exemplum in ciuitate Venetiarum, ⁊ Florentina, vt per eum. Et sic seruit in proposito, cum

sito, cum isto casu concessio facta fuerit ab Illustrissimo do
minio Venetorum, quod non recognoscit aliquem superio
rem, & habet iura Imperij in suo dominio vt etiã superius
dictum fuit. ¶ Et istam opinionem, videlicet q d.l.j. hẽat
locum etiam in feudis dicit esse communem dominus Ias.
in.d.l.si mihi, & titio.iij.col.versicu.tertio fallit.ff.de verbo.
oblig. ¶ Et licet ipse de iuris subtilitate conetur sustinere
aliam opinionem, vt per eum. ¶ Tamen satis aperte dicit
q in iudicando, & consulendo a communi opinione non est
recedendum, & fundamentis Ias. satis apparet responsio re
cte intuenti ex dictis per Curt.in.d.consi.xlix.loco prealle-
gato, & ex dictis excellen. Moderni.d.Io.croti.in.l.re con
iuncti.col.mihi.xxxj.versicu.fallit, & .iij.ff.de leg.iij.vbi egre
gie istam opin. vt communem, & veriorem sequitur, & copio
se probat. quam etiam sequitur Iacobi. de sancto Georgio
in.d.l.j.§.in primo col.fi.C. de caduc.toll.versicu.iij.fallit.
eãdem etiam firmat patruus, & d. meus Soci.in consi.lxvj.
visa donatione.vj.col.versic.j.ratio.iij.vol.loquens in con-
cessione feudi facta per Illustrẽ tunc Marchionem Man
tue concludens, q etiam in eo, & similibus principibus ha-
bet locum.d.l.j.vt scilicet in feudo nouo ab eis concessa ha
beat locum illud ius quasi accrescendi, de quo in.d.l.j. & sic
in fortioribus terminis decidit in proposito questionem istã
nam si.d.l.j.procedit in feudo ɔcesso a Marchione Man
tue, qui in aliquo recognoscit superiorem, fortius procede-
re debet in concesso ab Illustrissimo dominio Venetorum,
quod nullo respectu superiorem recognoscit, vt vt est plusq̃
notissimum auct.multo magis.C.de sacrosa.eccle. ¶ Nec
in proposito cadit dubitatio de qua.s.quando quis scilicet
25 dicatur decedere sine herede † q̃a cum simus in feudis, que
sui natura non transeunt ad heredes quoslibet, sed tantum
ad liberos, vt in.c.j.de benefi.fratr.cũ similibus, vt scribit
Deci.in consi.ccviij.ad clariorem.iij.col.versic.solum sup-
est, & .s.dictum fuit, iam satis constat, q dicitur quis dece
dere sine herede, si sine liberis decesserit, vt per Bar. & Io.
de plate.in.d.l.j. & .s.etiam dictum fuit, & tradit Deci.in lo
co preallegato. ¶ Stantibus igitur predictis (prout vera
sunt, & communiter approbata) seqtur in proposito q Ma
gnificus comes Alexã.per illud quasi ius accrescendi, vel
non decrescendi admitti debet ad portiones fratrum, qui
sine liberis decesserunt, tanq̃ eorum socius in liberalitate
principis, comes autem Augustinus admitti non debet, qr
ille non dicitur socius in tali liberalitate prout etiã.s.dice-
bam circa bona non feudalia. ¶ Sed dicet aliquis, q im-
mo, & ipse comes Augustinus potest dici socius predicte li
beralitatis cum illa neduz comiti Hyeronimo, & fratribus
26 facta fuerit, sed etiam eorum descendentibus &c. † Ponde
rando illã coniunctionem q̃, que stat pro copula, que solet
importare repetitionem precedentium iuxta.l.seie.§.gaio.
cum glo. & his, que ibi tradunt doct.ff.de fundo instru. cuz
similibus. ¶ Si igitur in.d.concessione sunt simul per co-
pulam vocati, videtur q etiam descendentes illorum fra-
trum possint dici socij predicte liberalitatis, saltem in pro-
posito loquendo de.d.comite Augustino attento, q pater
eius decessit, & ipse videtur in locum patris subintrasse, &
non est dubium, q pater eius fuerat.d. liberalitatis socius
cum alijs suis fratribus. ¶ Et hoc stante videtur, q ruant
omnia, q̃ dicta sunt.s.in fauorẽ Magnifici comitis Alex.
tam circa bona feudalia, quam etiam circa bona non feu-
dalia. ¶ Verumtamen ad hoc respondetur, & dico, q ni-
hil penitus obstat, quoniam veritas est, q in.d.liberalitate,
& concessione fuerunt socij solum illi sex fratres, quibus fa-
cta fuit, & propter quorum merita facta fuit, vt in concessio
27 ne narratur † nec filij cuiusq eorum fuerunt vocati simul cũ
eorum parentibus ad talem concessionem, sed bene dicun-
tur admissi, vt eorum parentibus succedant, vt sic illa ver-
ba suisq descendentibus &c. cum verbis precedẽtibus stẽt
ordine successiuo iuxta tradita per Bar. & omnes in.l.gal-
lus.§.i.ff.de liberi. & posthu. hoc est dicere.d.sex fratribus,
vti socijs in.d.liberalitate dicitur facta concessio predicta,
& cuilibet eorum pro sua parte, ita vt de quolibet eorum eo
moriente transeat in liberos, & descendentes eius, si quos
reliquerit. ¶ Non autem dici potest, q ipsi descendentes
sint vocati simul cum eorum parentibus per not.in.d.l.gal
lus.§.j. & maxime hoc dicendum est in materia ista feudali,
que habet ordinatam dispositionẽ a iure, vt scilicet filij post
28 patrem vocentur, † nam etiam q oratio fuerit copulatiua,
debet semper intelligi ordine successiuo, vt post Bal. decla
rat preposi.in.c.j.primo not.de eo, qui sibi, & heredib.suis.
¶ Nec etiam dici potest, q filij eorum, qui postea prede-
cesserint, vocentur ad portionem decedentium sine liberis,
prout in proposito declarat multum signanter Alex.in con
si.cciiij.consideratis verbis.ij.col.versi.sed premissis nõ ob
29 stantibus.ij.vol. † vnusquisq enim ex.d.fratribus dicitur si
bi, suisq descendentibus prospexisse in sua portione, vt est
tex.in.c.i.de duob.fratrib.a capi.inuestit. quem tex.ad hoc
dicit esse notandum Bal.in.l.vnica.§.in primo col.penul.
versicu.Item.d.l.C.de caduc.tol. & ita etiam tenet Bart.
& alij plures in locis, de quibus per Alexandrum in.d.con
si.cciiij. ¶ Et predicta comprobantur, quia cõcessio predi-
cta fuit facta propter bene merita illorum fratrum, vnde il-
li dici debent socij in tali concessione, in quibus causa con-
cessionis, & sic meritum considerari poterat a cõcedentibus
30 † quodlibet enim regulari debet a sua causa.l.cum pater.§.
dulcissimis.ff.de legatis secundo, & vbi causa cessat, cessat &
dispositum.l.quod dictũ, & ibi tradũt doct. maxime Pau.
de cast.ff.de de pact.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patro.
c.cum cessante.de appel. & .c. & si Christus prope fin.de iu-
reiurando cum similibus. ¶ Unde cum in proposito in p-
sona predicti Augustini cessaret causa predicte ɔcessiõis.i.
bene meritum, cum nondum natus esset, cessare debet om-
nino, & ipsa concessio in hoc scilicet vt ipse videatur socius
in predicta liberalitate socij ergo fuerunt duntaxat illi sex
fratres, quorum bene merita fatetur Illustriss.dominium
Venetorum in.d.concessione, & verba illa suisq descẽdẽti-
bus &c. solum operantur, vt portio cuiuslibet in suos descẽ
dentes transeat, vt iam dixi. ¶ Et licet iam per multos an
nos sit mortuus pater.d.comitis Augustini, & alias filius
dicatur in multis representare personam patris predefun-
cti, tamen in proposito hoc dici non potest nec in.d.comite
Augustino potest habere locum illud ius quasi accrescen-
di, quia illud solum socijs in liberalitate concessum est, non
ratione rei simpliciter, sed ratiõe persone, & quia cã liberali-
tatis principis par in omnes socios consideratur. Verum
iste Augustinus non est socius, vt dixi nec in eo causa cõ
cessionis adest, ergo per ius accrescendi vocari non potest.
31 ¶ † Nec isto casu admittitur representatio, quia illa pro-
cederet, quando ageretur de succedendo patruo secun-
dum ius commune, & de successione delata secundum san-
guinẽ, non autem procedit, quando ius defertur vigore cõ
tractus ex gratia & verosimili mente ɔcedentis (prout isto
casu contingit) iuxta doctrinam Bar.in auc. post fratres
la.ij.C.de legi.here. & .s.tetigi, pro quo facit elegãs doct.
Bald.in.l.cum ita.§.in fideicommisso.ff. de legatis.ij. dũ
vult q quando ex dispositione hominis illi de aliqua fami-
lia vocantur post alicuius mortem non iudicatur idem de
filijs fratrum predefunctorum, q de fratribus viuentibus,
& sic filij non representant personam patris predefuncti, qr
hinc non agitur de successione iure communi secundum san
guinem deferenda, sed ex dispositione hominis, & idem vo-
luit ibi Cuma. & sequitur ibidem Florian.in fi. ¶ Et licet
glo. ibi videatur velle contrarium. quam sequitur ibi Imo.
tamen opin.Bal. videtur de iure procedere, quam etiam
sequitur Angel.Areti.in.§.cum filius instituta de hered.
que ab intestato.secũda columna versiculo deinde ista regu
la et secundum opinio.Baldi.consuluit Cuma ɔsilio.cvj.
Mulier instituit, secunda colũna, versiculo accedat ad hãc.
& eam sequitur Alexan.consilio quarto Ponderatis ver-
bis tertia columna, versiculo fortificãtur, quarto volumine.
& in consilio.cxxix. Perspectis his.prima columna versi-
culo istis sic presuppositis quinto volumine. & in.d.consi-
lio.cciiij.secunda columna, versiculo confirmãtur predicta.
idem etiam multum late sequitur, & defendit Deci.in con-
silio primo memini me alias, tertia columna, & alias ita fuit
iudicatum in rota curie Romane, prout idem Deci. refert
consilio.ccccviij.in presenti consultatione in fin. & in consi-
lio.ccxij.viso eleganti consilio prima, & secunda col.vbi etiã
dicit hoc sequendo, q ita magis communiter tenetur quod

etiam videtur sequi excellentissimus etate nostra.d.Franciscus Curt.iunior in suo tractatu feudorum car.xxi.col iiij. versicu secundo moueor.vbi etiam allegat doctrinā Bar. in.d.auct.post fratres.C.de legi.here.vt per eum. ¶ Scio tamen ꝙ quamplurimi doct.tenuerunt per glo.predictā cōtra Bal.presertim quando agitur de fideicom.facto ab aliquo ascendente vel patruo,vt per patruum meum Soci.in consil.lj.visa facti narra.iiij.volu.ꝛ per Decium in consilio lxxix.circa primum,secunda columna.in consi.ccxvij.in casu,ꝛ in consi.ccccclvj.consului,ꝛ propterea circa illud dictū de fideicom.pro nunc ego nihil firmo.¶ Sed in proposito nostro dico ꝙ multum sentit ratio,qua Bal.ꝛ quasi omnes predicti mouentur,nam dicuntur illud ideo esse, qꝛ quādo sumus in dispositione hominis,considerāda est affectio eius,que maior censetur respectu proximiorum,quam remotiorum,ꝛ ideo tunc filius fratris predefuncti,vti remotior,ꝛ minus dilectus a disponente non equatur fratri viuenti magis dilecto vt per eos.dico enim ꝙ sic in casu nostro dicendum est,quia sine dubitatione illi sex fratres dicuntur fuisse magis dilecti ab Illustrissimo dominio Venetorꝫ,seu ab his,qui pro eo concessionem fecerunt,cum illi essent noti,ꝛ iam bene meriti fuissent,quam eorum descendentes,q nondum erant in rerum natura vel si erant,erant concedentibus incogniti,conuenienter itaqꝫ concludendum est in ꝓposito Augustinum predictum personam patris non repre-
32 sentare.¶ Accedat predictis† quia si in concessione feudi dictum sit,ꝙ fratres succedant decedēti sine liberis,nō admittetur representatio,ꝛ sic filius fratris premortui nō succedet,vt declarat.d.Iac.de ardizo.in sua summa feudorū in tertia parte prime partis principalis mihi colum.xi.versiculo item queritur ꝛc.ita dicamus isto casu in quo p.d.l. i.C.si liber.Imperial.Soci.lib.x.dicimus,ꝙ isti fratres,velut socij sunt admittendi,nam de his tantum intelligi debet ꝛ non de filijs fratrum,ꝛ sic representatio non est admittenda secundum predicta.¶ Et ꝙ in ista feudali materia non admittatur representatio,ꝛ sic ꝙ filius fratris non representet personam patris eius premortui,voluit etiam Alex. in consi.cciiij.secundo volumine.in pluribus locis,maxime in pen.col.versi.quinimmo in hac materia ꝛc.¶ Nunc ꝓdicta colligendo remanet conclusio,ꝙ ista prima limitatio iam.s.posita ad illam regulam qua dicitur feudum nouum non transire in transuersales,vt scilicet non procedat si pluribus fratribus,vti socijs a principe concedatur.per.d.l.i. seruit Magnifico comiti Alexan.non autem comiti Au-
33 gustino,vt dictū est.¶ †Secūdo eadem regula limitatur, vt non procedat,quando feudum fuit per fratres acquisitū virisimiliter pro principe contra eius hostes pugnando pro proprijs armis,ꝛ equis,ꝛ propriam vitam pro ipso principe exponendo,vt est tex.in.c.i.in fin.de benefi.fratr.ꝛ ibi tradunt Bald.Andr.de isern.Aluar.ꝛ preposit.nam eo casu frater fratri succedit,seu inter eos habet locum illud ius accrescendi,vt ibi per doct.hoc autem proprie videtur habere locum in casu isto,nam isti fratres videntur eo modo huiusmodi feudum acquisiuisse,vt patet ex ipsa concessione in prin.dum dicitur,ꝙ isti fratres relicta propria patria in seruitijs Illustrissimi dominij exposuerūt propriam vitam ꝛc. sic enim agentes,ꝛ virisimiliter in hostes Venetorum pugnantes meruerunt hanc concessionem, ꝛ ita videntur eo modo feudum acquisiuisse.¶ Conuenit ergo,vt Magnificus comes Alex.ratione predicta admittatur ad portiones fratrum,qui sine heredibus decesserunt,que ratio non procedit in.d.comite Augustino cum ipse non fuerit de acquirentibus,nec virtus eius in hostes Venetorꝫ fuit in.d. concessione considerata,nec etiam considerari poterat, cuꝫ tunc in rerum natura non esset.¶ Nec potest venire representando personam patris eius,cum non agatur de successione iure hereditario,sed propter istam particularem rationem,quia scilicet hoc feudum in hostem principis pugnando fuit acquisitum per ea,que.s.dicta fuerunt. ¶ Super hac tamen secunda limitatione non facio magnam viꝫ, nec curo vlterius instare,quia ex iam dictis circa primam limitationem satis cōstat solum Magnificum comitē Alexandrum debere admitti excluso predicto comite Augustino.¶ Ex quibus etiā constat non obstare ea,que in contrarium allegata fuerunt,nam illa procederent in feudo paterno,vel antiquo,ꝛ quando etiam ageretur de successione iure hereditario secundum sanguinem deferenda,vt sepe.s. dictum fuit.¶ Et quod dicebatur testa.circa feuda non valere possum fateri dicendo,ꝙ in eis nullum sit fundamentū circa ista bona feudalia,vt ex predictis cōstat. Laus Deo.
Soci.nepos Padue legens.

SVMMARIVM.

¶ De quadam testamentaria dispositione, vtrum scilicet includat feuda,seu decimas feudales,ꝛ si includat,an valeat in eis saltem quo ad extimationem , ꝛ plurima de materia.

¶ Et vtrum aliqui fructus debeantur,vbi rei extimatio dicitur debita.

1 Feuda nō veniunt in dispositione hereditatis, ꝛ bonorum.
2 Heres debet mitti in possessionem omnium bonorum,etiā feudalium,licet sit eorum incapax,quando sumus in iudicio possessorio.
Idem quando res feudalis vacauit post mortem defuncti.
3 Testator de feudis disponere non potest,ꝛ.i.nu.12.
4 Voluntas disponentis ad possibilia adaptatur.
5 Testator presumitur regulasse suam voluntatem secundum iura.
6 Testator heredem grauare potest,vt vendat.
7 Filij duorum fratrum,vel sororum an succedant cū patruo, vel auunculo in stirpes,vel in capita.
8 Dispositio semper debet interpretari,vt valeat, ꝛ sortiatur effectum.
9 Dispositio testatoris censetur conformis dispositioni iuris in materia,in qua disponit.
10 Desipositio testatoris quando sortita est effectum suum,frustra de eius implemento queritur.
11 Feudum decedentis ex sua parte sine linea masculina debet deuenire ad alium alterius linee,qui superest ex primo inuestito.
13 Testator lꝫ disponat ꝙ vnus ex filijs in duabus partibus feudi succedat,ꝛ alter in tertia tamen pariter ad vtrunqꝫ pertinebit.
14 Emphiteota non potest emphiteosim vni ex filijs relinqre.
15 Extimatio debet solui,quando legatur res, que legatario aliqua de causa acquiri non potest vide tamen.i.nu.18. 19.20.ꝛ.25.
16 Emphiteota legans ecclesie reꝫ emphiteoticam, si ecclesia illam aquirere non potest,debetur eius extimatio.
17 Dispositio,que fit.l.probibente,non valet, nec aliquid ex ea sequitur.
Hec ea nascitur naturalis obligatio.
18 .§.si quid alicui.l.filiusfami.ff.de leg.j.ꝛ.l.cum alienam.C. eo.ꝛ.§.non solum eo.tit.quomodo procedant.
19 Legans rem aliquam in qua aliquod ius habet, videtur legare solum illud ius,non totam rem.
Etiam si illud ius erat eius morte peritum.
20 Testator legas feudum ei,per quem non potest acquiri nō debetur eius extimatio,etiam si ad pias causas legetur, vel coniuncte persone,ꝛ.i.nu.22.
21 Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.
22 Dispositio de re cuius alienatio pendet a voluntate principis,dicitur quodammodo impossibilis, ideo extimatio non debetur.
23 .l.apud iulianum.§.constat.ff.de leg.j.ꝓcedit etiam in principe inferiori.
24 Principes ecclesiastici non solent concedere alienationes feudorum,nec ecclesie preiudicent.
26 Nemo sibi ipsi debet.
27 Onera semper in heredes transeunt.
28 Onera legatorum,ꝛ fideicommissorum regulariter ad heredem spectant,licet verba non ita exprimant.
29 Diuisione hereditatis facta, si fundus vni datus in parteꝫ euincater,coheres non tene tur de euictione,nisi pro dimidia parte.

30 Feudum

30 Feudum hereditarium an comprehendatur in generali dispositione testatoris.
31 Actio omnis tollitur per cursum. 30. an.
32 Prescriptio quando sumus in iure querendo non impeditur contra actionem personalem, licet heres contenta in testamento sciuerit.
33 Emptor si promittat quandocunqz retrouendere, & sic scit se ad id teneri, tamen non impeditur prescriptio, quia non constat, quod venditor velit redimere.
34 Quantitas quando debetur respectu speciei an veniat fructus illius speciei.
35 Usure de iure canonico ob peccatum non debentur.
36 Usure non currunt, nisi a tempore more.
37 Heres non tenetur ad vsuras, licet sciat quod tenetur ad legata, nisi ab eo petantur.
38 Ignorantia iuris dubij probabilis equiparatur ignorantie alieni facti.
39 Mora irregularis facit teneri ad vsuras, qua non existente vsure nunquam ante veram moram debentur.

CONSILIVM LXXIIII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. Uiso testamento nobilis domini fredi militia, de cuius interpretatione, & virtute ad presens agit, necnon processu in presenti lite inter partes confecto, posthabitis pluribus duo veniunt discutienda. ¶ Primo vtrum virtute predicti testamenti nobiles dñs Hyeronimus, & Bñdictus de malfattis ad aliquid teneantur domine Ueronice actrici, seu domino Jac. eius filio. ¶ Secundo posito (absqz veri preiudicio) quod teneantur ad extimationem dimidie partis feudi, de quo in processu (prout pars actoris pretendit, & probare nititur) queritur, vtrum isti de malfattis possint condemnari ad aliquos fructus stante processu predicto. ¶ Circa primum licet abunde per clarissimos doctores in fauorem istorum de malfattis sit scriptum, & conclusum, quod non, & ego id ipsum verissimum arbitrer, tamen ad ipsius veritatis clariorem demonstrationem vt iuxta petenti morem geram, aliqua subiiciam. ¶ Et in primis videndum est, quid voluerit testator predictus, & certe voluit in sorores suas, vel earum descendentes per stirpes de bonis suis disponere, patet, quia pro dimidia parte instituit. d. Antoniam eius sororem viuentem, & dominum Antonium predicte sororis filium, & pro alia dimidia instituit dominum Hyeronimum, bñdictum, & fratres de malfattis filios alterius sororis predefuncte, & in ista distributione inter cetera omnia bona immobilia sita in villa colexedi, comprehensa erant, vt scilicet cuilibet ex predictis partibus spectaret dimidia pars eorum ex virtute institutionis predicte, loquor tamen de bonis hereditarijs, & que erant propria, & libera ipsius testatoris, que dicuntur allodialia. ¶ De feudis autem nihil dicitur per testatorem dispositum ex duobus. ¶ Primo
1 † quia sub dispositione hereditatis, vel bonorum, de quibus loquitur testator non veniunt feuda regulariter, vt traditur communiter in. l. itez videndum. §. fi. ff. de peti. here. in. l. si patroni in prin. maxime per Alex. ff. ad trebel. & in. c. j. §. in generali si de feu. contẽ. fue. inter domi. & agna. cum similibus, vt scribit Alexan. in consi. ij. ex narratis in princi. iiij. vol. & patruus, &. d. meus Soci. in consi. lxxiiij. super controuersia. iij. colum. iij. volu.
2 ¶ Nec ob. (prout in contrarium allegatur) † quod alias institutus heres sit mittendus in possessionem etiam rerum feudalium, licet feudorum sit incapax, vt per doct. in. l. fi. C. de edi. diu. ad. tol. maxime Alex. & Jas. ibi col. x. ¶ Quia dico, quod illud procedit in iudicio possessorio, nos vero sumus in petitorio, in quo actor de iure suo docere dz, & ita post Jac. butri. declarat Alber. de rosa. in. d. l. item videndũ. §. fi. de petit. hered. ¶ Preterea illud procedit, quando res feudalis vacabat post mortem defuncti, non si ab eo possideatur, qui pretendit ius in feudo, vt traditur in. d. l. fi. in simili de possidente bona hereditaria, nam auditur, & dicitur legitimus contradictor, vt ibi traditur, & quando in continenti probari potest de iure possessionis repellitur actor, vt ibi per omnes, sed in proposito ista res feudalis possidetur ab istis de malfattis, & ius eorum est euidentissimum quia soli sunt masculi ex primo inuestito, & de hoc stat res iudicata, merito etiam si essemus in possessorio deberet actor repelli.
3 ¶ Secundo idem probatur † quia cum de feudis testator disponere non potuisset, vt in. c. i. de succes. feu. ibi nulla ordinatione valente &c. & in. c. imperialem post prin. de prohibi. ali. feu. per feder. & vtrobiqz doctores tradunt cum similibus interpretamur testatorem id tãtum voluisse, quod
4 poterat † quia semper voluntas disponentis adaptatur ad possibilia. l. lucius. §. pen. ff. ad municip. & consequenter, quod non intenderit testari de feudis attento quod illud ei non per-
5 mittebatur, maxime † quia semper testator presumitur eius voluntatem regulasse secundum quod iura volunt iuxta not. per Bar. & alios in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. & in. l. si duo. ff. de acquir. heredi. ¶ Ex his sequitur in proposito, quod vigore predicte instõnis testator nihil de bonis feudalibus dicitur alicui reliquisse, & consequenter aduersarij istorum de malfattis in. d. institutione se fundare non possunt. ¶ Et si dicatur, quod immo voluit testator etiam de feudis testari, & sic etiam in feudis quamlibet partem in dimidia instituere, vt videtur probari ex sequenti particula testamẽti dum dicitur, item lasso, & grauo li infrascripti &c. quatenus in ea dicitur, quod debeant extimari omnia bona immobilia ville colexedi tam feuda, quam alia. ¶ Respondetur, quod ex hoc non debet inferri, quod in institutione senserit de feudis, vt scilicet ad institutos iure institutionis, & iure hereditario deferantur ex sua dispositione. ¶ Sed aduertens, quod ex forma inuestiture feuda ad predictas partes cuilibet pro dimidia spectabant, & similiter bona propria iure institutionis volens sorori eius domine Antonie, & eius filio Antonio (qui illud forte cupiebant) morem gerere, ordinauit per viam extimationis, de qua in testamẽto, quod illi de malfattis tenerentur partem suam bonorum, & feudorum predictorum quodammodo vendere, vel permutare ad arbitrium, & voluntatem. d. Antonie, & eius filij infra certum tempus, vt in
6 testamento dicitur † sicut alias lex cõsiderat posse fieri in. l. vxorem. §. agriplagam. ff. de leg. iij. & ibi tradunt doct. & sic illi de malfattis per viam fideicommissi dicuntur ad illud grauati. ¶ Et licet pro iusta extimatione, tamen satis poterat dici vtile fideicõmissum illis Antonie, & filio eius iuxta. l. si cui fundus. ff. de leg. ij. & l. & si equo de leg. i. cum similibus. ¶ Ex hoc tamen non alteratur institutio heredum, que de feudis non dicitur facta, vt. s. est deductuz. ¶ Quin immo dico, quod ex verbis predictis arguitur, quod testator in institutione non sensit de feudis, quoniam si ex eius intentione sub verbo bonorum feuda fuissent comprehensa, satis erat ei, dum de extimatione loquitur dixisse, tutti li beni &c. absqz eo quod addidisset, cosi feudi, come possessioni (prout hec sunt verba testamenti) sed quia non intendebat simpliciter, quod feuda venirent sub verbo bonorum, ideo quando illud voluit, expressit cum igitur in institutione non expresserit, noluit feuda comprehendi, quia si voluisset, vtiqz expressisset, sicut in sequenti capitulo fecit. l. i. §. cum autem ad deficientis. C. de caduc. tol. & c. ad audientiam de deci. facit. l. cum pretor. ff. de iudi. & est bonus tex. in. c. inter corporalia de translat. prela. in ver. si circa trãslationem &c. si itaqz testator instituendo non dicitur sensisse de feudis, iam extat clarissimum, & apertissimum fundamentum contra partem actoris, vt scilicet feudi partem nec eius equiualentiam aliquo modo petere possit vigore predicte institutiõis. ¶ Et minus etiam petere potest vigore. d. fideicommissi, seu grauaminis iniuncti istis de malfattis de dando eorum partez pro iusta extimatione prout ad presens petit quoniam illud parti aduerse, seu eius auctoribus competebat infra certuz tempus, de quo in testamento, quod vigetics est elapsum. ¶ Et preterea eo pretextu deberet petere oblata extimatione partis, quam peteret quod non facit, sed petit libere sibi dari partem. d. feudi, seu tot bona libera, que equiualeant absqz aliqua oblatione, & sic non dicitur pars actoris petere respectu predicti fideicommissi seu grauaminis.
¶ Et quia super hoc non puto esse dubium aliquod, ideo vlterius non insisto. ¶ Sed concludendo circa propositã. q. dico, quod ab istis de malfattis respectu feudoruz nihil peti

potest vigore predicte institutionis, eo ꝙ testator in ea non dicitur aliquid de feudis disposuisse, ⁊ hoc sit primum fundamentum, quod verissimum, ⁊ concludentissimum est.

¶ Secundo posito (absq; preiudicio veritatis) ꝙ testator in.d.institutione senserit feuda contineri, adhuc dico ꝑ partem actoris hodie nihil peti posse, nam dico, ꝙ si de feudis sensit disponere, eius dispositio post eius mortem sortita fuit effectum suum, quia ipsius feudi, sicut aliorum bonoꝝ dimidia pars pertinuit ad istas de malfattis, ⁊ alia dimidia ad dominam Antoniam sororem testatoris, ⁊ eius filium dominum Antonium, licet quantum ad feudum soli persona.d. Antonij esset consideranda. ¶ Nam cum ipse esset masculus, ⁊ ex vna sorore descendens, sicut ex alia parte, erant isti de malfattis, ex forma inuestiture, ⁊ ex iure feudorum ad quamlibet partem sic in stirpes consideratã, pertinuit dimidia pars.d.feudi exclusa qualibet femina ꝑpter masculorum existentiam, prout verba inuestiture importabant, dum in ea dicitur, ita tamen, ꝙ existentibus masculis femine non succedant, ⁊ satis istud probatur in.c.i. de eo, qui sibi, vel heredi.suis ⁊c.iuncto.c.i.de succes.fratrum, vel de gradi.succed.in feud.iuncto etiam.§.reliquuz

7 in auct.de here.ab intest.col.ix. ¶ †Et hoc procedit secundum illam opinionem, ꝙ filij duorum fratrum, vel sororuz patruo, vel auunculo succedant in stirpes, ⁊ non in capita, de qua in auct.cessante.C.de legit.here.⁊ in.l.post consanguineos.ff.de suis, ⁊ legi. ⁊ in.§.hoc etiam institu.de legi. agna.succes. que opinio est verior, ⁊ communiter obseruatur (licet aliqui tenuerint contrarium) vt inquit Corn.in.d. auct.cessante. ¶ Et licet testator in predicta institutione videatur pariter ad dimidiam vocare dominum Antonium predictum, ⁊ eius matrem, tamen illud intelligi debet respectu bonorum allodialium, de quibus libere poterat testari. ¶ Sed respectu feudi debet eius dispositio intelligi soluz respectu.d.domini Antonij (si volumus, ꝙ de.d.feudo senserit disponere) ratio est, quia sic intelligendo eius dispositio tanꝗ conformis dispositioni iuris valuit, ⁊ potuit sortiri effectum, vbi si intelligeremus, ꝙ etiam sororem ad feudum vocaret, eius dispositio non posset habere effectum repugnantibus capitulis inuestiture, attento ꝙ masculi extabant

8 ex primo inuestito. ¶ †Unde succedit regula ꝙ semper dispositio debet in dubio potius interpretari, vt valeat, ⁊ sortiri possit effectum, quam econtra, vt.l.quotiens la secunda.ff.de reb.dub.⁊.l.quotiens.ff.de verbo.oblig.cum

9 similibus. ¶ †Item, ⁊ alia regula ꝙ dispositio testatoris censetur conformis dispositioni iuris in materia, de qua disposuit iuxta not.in.l.heredes mei.§.cum ita.ff.ad trebellianum cum similibus, ⁊.s̃.dictum fuit.

10 ¶ †Si igitur dispositio testatoris secundum predicta sortita fuit effectum suum, ⁊ iam fuit impleta. quia dictum feudum ad dominum Antonium predictum pro dimidia pertinuit, frustra vlterius de eius implemento queritur argumento text.insti.quibus.mo.tol.ob.in princip.

¶ Et quamuis nunc dimidia pars.d.feudi non reperiatur penes.d.dominum Antoniuz, seu eius successores, sed penes istos de malfattis, tamen ex hoc nihil successores domini Antonij ab istis de malfattis petere possunt, quoniaz apud eos iuridice reperitur, nec contra voluntatem testatoris (eam dispositioni iuris conformem interpretando) non tamen iure institutionis, sed ex prouidentia domini episcopi, ⁊ virtute inuestiture de tali feudo facte.

11 ¶ †Nam cum decedente domino Antonio defecerit ex sua parte linea masculina, ⁊ superessent isti masculi de malfattis, qui ex primo inuestito supererant, ad eos optimo iure predicta pars feudi peruenit iuxta.d.c.i.de eo, qui sibi, vel hered.suis ⁊c.non obstante matre, vel sorore.d. domini Antonij, que tanꝗ femine excludebantur, vt.d.c.i.⁊ ita cum super hoc iam fuisset lis, fuit per Reuerendum vicarium episcopi Paduani iudicatum, ⁊ talis sententia ius fecit, cum transierit in rem iudicatam, ⁊ ideo super hoc non est vlterius disputandum. Sed concludendum est, si volumus, ꝙ testator in.d.institutione de feudo senserit disponere licet hoc falsum sit, vt.s̃.est ostensum ꝙ tantum respectu masculorum disponere voluit, ⁊ eius dispositio sortita fuit effectum in persona.d.domini Antonij, cum ad euz dimidia feudi pertinuit. ¶ Modo autem cum defecerit ipse sine masculis, dispositio testatoris non protenditur in eius successores, sed ipsum feudum rediit ad istos de malfattis, tanquam masculos qui tunc ex tenore inuestiture dicuntur vocati, prout eis ex sententia feudum datum fuit, ⁊ per consequens sequitur, ꝙ nec isto modo quicquam ex parte actoris occasione.d.institutionis peti potest attẽto, ꝙ respectu feudi illa iam euanuit ex parte.d.domini Antonij, cum linea masculina ex parte sua defecerit.

¶ Et hoc sit secundum fundamentum quod solidissimum est, ⁊ si recte consideretur tollit in proposito omnem difficultatem, cui cum pars aduersa respondere nequiuerit illud in allegationibus in voce factis admisit, vnde ⁊c.

¶ Tertio posito contra omnem veritatem tamen absq; eius preiudicio ꝙ testator voluerit disponere de feudo etiã in personam domine Antonie, sororis eius, adhuc dicendum est, ꝙ ex parte actoris nihil peti potest.

12 ¶ †Et in primis non est dubium talem eius dispositionez circa ipsum feudum non voluisse, cum de eo dispositio testamentaria nulla fieri possit, vt.d.c.j.de succes.feu. ⁊.s̃.dictũ fuit, ⁊ vltra predicta ita tenuit Fulgo.in consi.xxxij.ex facto prima columna Ludo.Roma.in consilio primo visis in facto, ⁊ patruus, ⁊ dominus meus Soci.in quodã eius consilio, quod incipit, visis instrumẽtis, ⁊ reperitur impressum in sua lectura post.l.primam.ff.quis, ⁊ a quo appel. ⁊ inter sua consilia est nume.cclij. dicit enim ibi in prima columna ꝙ heres feudum, de eo nihil in testamento ordina-

13 re potest, ⁊ vbi ordinet, non valet eius ordinatio, † ⁊ ideo si testator disponat, ꝙ ex duobus filijs vnus in duabus partibus feudi succedat, alter in tertia non obstante tali ordinatione feudum ad vtrunq; pariter pertinebit, quia in eo semper fit successio secundum feudorum naturaz reiecta penitus testantis dispositione aliter dicente, vt voluit Andr. de isern.in.d.c.i.de succes.fu.⁊ Cardi.in consilio.c.nobilis vir.A.decessit in fi.refert, ⁊ sequitur dominus meus So-

14 ci.in preallegato consilio. †Et idem est etiam in emphiteosi, vt scilicet emphiteota non possit relinquere vni ex filijs suis, vt voluit Bar.in.l.vt iurisiurandi.§.si liberi.ff.de opi. libert.cum concordantibus, vt scribit Ludoui.Bologni. in consilio.xlviij.consortus quidam secunda columna versiculo pro qua conclusione adduco, nõ ergo potest testator de feudo disponere in personam.d.Antonie illius incapacem stantibus masculis, ⁊ quia hoc in proposito nostro est indubitatum, aliter non prosequar. Sed concludo vigore predicte institutionis feudum, aut aliquam eius partem nõ deberi, ⁊ minus solui posse, ex quo sequitur male, ⁊ inepte per partem actoris petitam fuisse dimidiã partem.d.feudi.

¶ Secundo dico, ꝙ sicut non debetur pars feudi, ita etiã non debetur eius extimatio per ea, que infra dicentur.

15 ¶ Sed in primis aduertendum est † quia immo videtur, ꝙ extimatio debeatur, quia quando legatur res, que legatario aliqua causa acquiri non potest, debet ei dari extimatio, vt.l.filiusfami.§.siquid alicui.ff.de legatis primo, ⁊ ibi

16 tradũt doct. †Et ideo si emphiteota leget ecclesie rem emphiteoticam, ex quo ecclesia illam acquirere seu retinere non potest, debetur eius extimatio, prout determinat Specula.in titulo de locato.§.nunc aliqua versiculo.cxvij.

¶ Sic igitur videtur in proposito, ꝙ ex quo dispositio testatoris non potuit sortiri effectum in feudo ipso (quia ipsi domine Antonie tanquam femine acquiri non potuit) valeat, vt extimatio debeatur, ⁊ ita in terminis videtur velle Joan.fab.in.§.non solum insti.de leg.in vltimis verbis, ⁊ Bal.in.c.i.in prin.versicu.adde ꝙ nemo potest.de succes. feu. ⁊ in hoc, vt audio, stat totum fundamentum actoris.

¶ Sed tamen hoc non obstante verius in proposito nostro arbitror, nec extimationem deberi prout nunc dictum est. ¶ Et pro veritate clarius demonstranda aduertendũ est ante omnia, quia in casu isto non agimus de legato feudi, in quo casu loquuntur allegata in contrarium, sed dicitur, ꝙ in institutione heredis testator intendit etiam feudũ contineri (tam, ⁊ si illud sit in se falsum) quo posito dico, ꝙ sicut institutio respectu domine Antonie, quo ad feudum, nulla est propter eius incapacitatem, ita etiam dicitur nul-

17 la quo ad feudi extimationem, nam nec ea debetur † quo-

niam

niam quando dispositio fit lege prohibente nec illa valet, nec aliquid ex ea sequitur.l.non dubium.C.de legi.vbi per doct. et adeo dicimus actum, et dispositionem lege prohibē te factum, vel factam, nullius esse momenti, quod nec naturalis obligatio ex eo, vel ea oriatur, vt traditur per illum tex. in.l.si non sortem in princip.ff.de condit.indebi. et in.l.cum lex.ff.de fideius. et in.l.i.§.siquis ita.ff.de verbo.obliga.

¶ Facit, quia si in extimatione dispositio valeret, certe nō posset dici nulla, ex quo aliquo modo valeret, quod eēt manifeste contra.d.c.i.de succes.feu.ibi, nulla dispositione valente. ¶ Facit etiam, quia feudum non videtur esse in communi commertio, sed tantum comprehensorum in inuestitura (nisi tamen prout infra dicam) quo posito nec extimatio debetur.l.apud iulianum.§.constat.ff.de legatis primo, et ibi tradunt communiter docto.

¶ Et ista conclusio verior, et sine scrupulo demonstrabitur ex responsionibus ad argumentum in contrarium factum, cui pluribus modis responderi potest, et quolibet concludē

18 ter. ¶ †Et primo dico, quod regula.d.§.siquid alicui procedit ex verosimili mente testantis, quia scilicet cum constet testatorem aliquid voluisse relinquere, puta militiam cursoris claudo, constat, quod in eo voluit grauare heredem, et ideo si res ipsa legata dari non potest, datur extimatio, et ita procedit quod per omnes doct.traditur in.§.non solum, instit. de lega. et in.l.cum alienam.C.eodem titulo circa rem alienam legatam, que aliqua causa solui non potest, vt scilicet extimatio prestetur. ¶ Verum quando alia mens testatoris colligi potest per quam heres minus dicatur grauari, illud est attendendum argumento.l.vnū ex familia.§.si rē.ff.

19 de legatis secundo. ¶ †Et ideo dicimus, quod quando testator legat rem aliquam, in qua ius aliquod habeat, non dicitur rem totam voluisse relinquere, sed tantum ius, quod habet in eam, vt.l.si domus.§.fina.cum similibus.ff.de legatis primo vbi tradunt omnes docto.

¶ Et adeo verum est hoc, vt procedat etiam, si ius illud, quod testator habebat, erat morte eius finiturum, puta quod habens vsumfructum fundi seiani, ipsum vsumfructum vel fundum leget, dicitur enim solum disposuisse respectu iuris vsusfructus, quod habebat credens posse transferre illud, vt sunt tex.clarissimi in.l.quod in rerum.§.primo de legatis primo in.l.vxor patrui.C.de lega. et in.l.stico.ff.de vsufru.lega. et in quolibet Bart. et alij notant, et in specie Jas. in.d.§.primo in primo not. et Corn.in consilio.cxcvj. circa presentem secunda columna secundo volumine, et sic in effectu legatum efficitur nullum, et lex tolerat, quia mauult interpretari testatorem sic voluisse, idest tantū respectu iuris, quod habebat disponere, quam in alio onerare heredes, licet ex eo sequatur nullitas legati, vt in.d.iuribus, maxime in.d.l.stico in vltimis verbis, et dicit Jas.in.d.primo nota.

20 ¶ †Et per hanc considerationem inferunt Bar. et omnes in.d.§.primo, et in alijs locis, quod si emphiteota leget rē emphiteoticam, non debebitur etiam extimatio, quando emphiteosis morte testatoris finiebatur, vt per Bar. et alios, ex quo ostenditur non esse veram decisionē Specula.in.d. versiculo .cxvij. ¶ Et ex his infertur in indiuiduo ad casum nostrum, vt scilicet quando testator de feudo disponit illud legando, non debeatur etiam extimatio, eo quod testator potius creditur disposuisse respectu iuris, quod in eo habebat (etiam quod eius morte esset finiturum) quam quod heredes vellet ad aliquid vltra onerare, et ita in indiuiduo in terminis nostris per hanc rationem concludit signanter Bald. in dicto capitulo primo.§.donare versiculo sed ego quero etc. ibi tu dic nihil deberi etc.qualiter olim feu.ali.pot. et (quod plus est) loquitur ibi Bald. quando legatum erat factum ad pias causas etiam pro anima quod solet multa priuilegia habere iuxta tradita maxime per Roma.in aucten.similiter.C.ad.l.falcid.si ergo quando legatur feudum pro anima nec illud nec extimatio debetur, minus in casu nostro, vbi agimus de dispositione facta in priuatas personas et non pro anima. ¶ Hanc eandem opinionem scilicet quod legato feudo extimatio non debeatur, firmat idem Bald. in.l.prima tertia columna versiculo vlterius quero.C. de sacrosan.ecclesie, et licet ibi non alleget expressam rationem predictam eam tamen sentit, dū allegat.d.l.vxor patrui.C. de lega. ¶ Ita etiam, et per rationem predictam determinat Alexan.in consilio.xxx. quoniam omne datum quarta columna versiculo, et potest assignari ratio etc. primo volumine quod consilium reperitur etiam in quinto volumine numero secundo, et idem, et clarius concludit idem Alex. in consilio.xc.circa primum columna fina.versiculo sed his non obstantibus sexto volumine, vbi etiam dicit ita voluisse Oldra.in consilio.ccxxxvij. vt per eum.

¶ Hoc idem etiam per rationem predictam firmat Areti.in.d.l.apud iulianum.§.constat.de legatis primo quarta columna versiculo, et per hoc alibi infert.

¶ Nec dicatur, quod predicta procedunt, quando relinquitur extraneo, secus si coniuncte persone, quia tunc indistincte debet valere quo ad extimationem per.l.cum alienam .C.de lega. ¶ Quoniam respondetur, quod istud est ɔtra.d.l. stico, vbi relictum fuit factum nepotibus testatoris, et tamē solum dr legatum factū respectu iuris, quod testator habebat, et ita communiter tenetur, quod predicta procedant etiā si coniuncte persone relinquatur, vt declarat Jas.in.d.l. quod in rerum.§.j.in.j.not.post Guliel. de cun. et Bald. quos allegat. ¶ Unde licet in casu isto ista domina Antonia sit soror, et sic coniuncta persona, tamen predicta omnino procedunt, vt scilicet solum testator dicatur disposuisse respectu iuris, quod in re habebat, et consequenter, quod extimatio non debeatur, et ita etiam respectu coniuncte persone concludit Alex.in.d.consilio.xix.sexto volumine.

¶ Preterea prerogatiua coniuncte persone in proposito non esset attendenda, ex quo veniret contra aliam coniun

21 ctam personam pariter priuilegiatam †est enim regula quod priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.l.sed, et si milites.§.fi.ff.de excus.tut. et.l.verum.§. penul.ff.de minor.cum similibus, et ita in proposito dixit Jac.de Are.in.l.cum pater.§.euictis de legatis secundo, quem ibi sequuntur Bal. et Jmo.ad quod optime facit.l. non solum.§.primo ibi quia par affectionis etc.ff.de ritu nuptia. ¶ Preterea si nō pro anima propria valet in extimatione, vt dixi, minus pro coniuncta persona argumento.l. preses.C.de seruitu. et aqua.

¶ Et ex his ostenditur, quod in proposito casu habemus cōmunem opinionem illum terminantem, vt scilicet nec extimatio debeatur, que omnino seruanda est, maxime in consulendo, et iudicando per iura vulgaria, quicquid in contrarium dixerint Joan.fab. in.d.§.non solum, et Bald.in dicto capitulo primo, eorum enim opinio per predicta confunditur, et de qua ipsimet videntur dubitasse, cum loquatur Joan.fab.per verbum videtur etc. et Bald.in dicto capitulo primo loquitur quando ex certa scientia legat, quasi ex eo appareat, quod velit deberi extimationem, preterea etiam subdit quedam verba, ex quibus videtur non approbare illam opinionem.

¶ Et ista sit prima responsio, per quam solam, vbi alia non essent iustitia ex parte istorum de malfattis euidētissima demonstratur. ¶ Secundo etiam respondetur, quod dicta in argumento procedunt, quando res, de qua testator disponit, dicitur esse in communi commertio, licet non illius, in quem disponitur, sed in proposito feudum non dicitur in commu

22 ni cō mertio ergo etc. ¶ Hoc autē probatur †quia quando disponitur de re, cuius alienatio pendet a voluntate principis, quamquam res illa possit alienari eo consentiente, tamen quia id difficillimum est, reputatur quodammodo impossibile. Et ideo lex illo casu talem dispositionem omnino respuit, vt scilicet nec extimatio debeatur tanquam factam de re, que non sit in communi commertio, quia pro tali lex illam habet, vt est tex in.d.§.constat. et ibi omnes docto. tradunt, tradit etiam Ab.in cōsi.xlv.casus in effectu secunda

23 columna secundo volumine, † et secundum Jmo. Alexan. Jas. et alios in.d.§.constat, procedit hoc etiam quod ille non sit princeps superior, nam et in inferiori principe, et domino alicuius loci idem est, sed sic est in proposito, quod alienatio feudi in personam incapacem non potest fieri sine voluntate Reuerendissimi episcopi Paduani qui in proposito dicitur dominus loci, et princeps inferior vt in.c.imperialem de prohibi.alie.feu.per feder.ergo sequitur, quod dispositio in casu nostro de feudo facta in personam incapacem idest

in.d.dominā Antoniam nullius est momēti etiam quo ad extimationem quia nec illa debebitur, ꝛ ita in indiuiduo, ꝛ per hanc rationē determinat clarissimus doctor dominus Franciscus curtius (cū quo de hac re verba fecimus) in suo tractatu de feudis in quarta parte in questione penult. vide licet an vasallus de feu. possit testari columna tertia in quinta limitatione mihi in car. xliiij. ꝛ secundum eum procedit hoc secundum communes opiniones vt per eum, ꝛ non parum admiror, ꝙ sua excellentia non contradicat.

¶ Et dicere, ꝙ illud procedit, nisi ex consuetudine loci dominus de facili talem alienationem cōcedat, prout dicebat contingere in.d. Reuerendissimo Patauino episcopo, vi-
24 detur somnium quoddam, ꝛ contra ipsam veritatē, † quia immo ꝛ ipse sicut alij principes, maxime ecclesiastici tales alienationes nunꝙ̄ solent concedere, ne scilicet in aliquo ecclesie preiudicent, cuius ꝛ bonorum eius sunt tantum administratores iuxta tradita per Abb. ꝛ alios in.c. edoceri. de rescript. ꝛ tenentur vigilare pro conseruatione, ꝛ augumento iurium ecclesie iuxta tradita per Abba. in capitulo primo de in integr. restit. ꝛ in capitulo secundo de prescrip. ꝛ per Andr. Barba. in capitulo vt super de reb. eccle. non alien. cum similibus. ¶ Item etiam dicere, ꝙ immo feudum dicitur in communi commertio, qa quilibet est capax eius, si cum debitis solennitatibus in eum transferatur nihil obstat, quoniam ex eo non tollitur, quin eius alienatio pendeat ex voluntate domini eius, ꝛ sic illius principis, licet inferioris. ¶ Quo dato iam extat communis conclusio ꝙ licet id fieri possit, tamen est adeo difficile, ꝙ reputatur impossibile, ꝛ ideo dispositio testatoris de feudo in personam incapacem non valet etiam respecu extimationis ꝑ predicta. ¶ Et ista secunda responsio etiam de per se tollit omnem difficultatem, ꝛ est sufficiens ad victoriam.

25 ¶ † Et quamquam disputanter possint aliqua dici in contrarium, maxime quia videmus ꝙ in re ecclesie legata, secundum vnam opinionem debetur extimatio si haberi res non potest. Tamen cum predicta procedant secundum communem opinionem doct. in.d.§. constat, vt ipse Curt. dixit in loco preallegato, in iudicando, ꝛ consulendo ab eis non est recedendum. Et ꝙ de re ecclesie alicui legata dicitur, forte non est verum, quia Bar. in.d.§. constat expresse dixit contrarium quem plures secuti sunt. ¶ Sed quicqd in casu illo sit (adhuc enim de eo sub iudice lis est) in casu nostro non reperitur ista contradictio, ꝛ ideo cum ista secūda solutio procedat secūdum communes opiniones ab ea recedi non debet. ¶ Tertio respondetur, ꝙ dicta in argumento (vbi alia non obstarent) procederent, quando essemus in legatis, vel fideicommissis non sic in heredis institutione, vt voluit Bal. in.l. fi. in. xviij. op. C. de hered. insti. refert, ꝛ sequitur Jas. in.d.l. cum alienam. C. de lega. j. columna versiculo tertio limita, ꝛ assignant rationem, vt per eos. ¶ Et licet ipsi loquantur respectu aliene hereditatis, tamē idem in proposito est respectu rei aliene in hereditate reperte, vt scilicet ea euicta nō debeatur heredi estimatio licet testator scierit rem esse alienam, ꝛ (ꝙ plus est, etiam) expresserit verba de ea, ꝛ ratio est euidentissima quia quando apparet res aliena, ꝛ sic euincitur heres, non habet a quo petat extimationem nisi a se ipso, quod non est dicendum,
26 † cum nemo sibi ipsi debeat.l. ꝛ quidem de leg. i. cum similibus. ¶ Et quod dico de vno herede procedit etiā in pluribus, nam si duo heredes instituant, ꝛ sit posita in hereditate res aliena, vel alia, de qua testator non potest libere disponere, certe res illa ambobus pro rata hereditaria veniret acquirenda, ꝛ si postea euincitur, vel constat, ꝙ de ea nō potuit testator libere disponere, certe si extimatio deberet,
27 a quolibet herede pro rata deberetur † cum sic semper onera in heredes transeant, vt.l.j.C. si cert. pet. ꝛ.l. pro hereditarijs. C. de heredit. act. ꝛ sic sibi ipsis deberēt. ¶ Hoc autem non procedit in legatis, vel fideicōmissis, quia si in eis veniat aliquo modo soluenda extimatio, hoc pertinet ad onus heredis vnius, vel pluriū pro rata, vt.d.§. siqd aliud
28 ꝛ.d.l. cum alienam, † est enim regulare onera legatorum, vel fideicommissorum ad heredem spectare, quamquā verba non ita exprimerent.l. peto.§. mater de leg. ij. ꝛ.l. si seruus legatus.§. qui Margaritam de lega. j. ¶ Cum igitur in casu nostro agamus de institutiōe heredum, ꝛ vult pars aduersa comprehendi feudum, de quo testator non potest libere disponere, sequitur apertissime ꝙ non possit deberi extimatio per predicta. ¶ Et si dicatur, ꝙ immo isto casu nō debebit sibi a se ipso, quia pars actoris dicit, ꝙ isti de malfattis debebunt extimationem coheredi, maxime qa adeundo hereditatem dicuntur approbasse factum defuncti, ꝛ implere illud tenentur. ¶ Respondetur in primis, ꝙ illi vbi tenerentur (quod tamen est falsissimum) tenerentur solum pro rata hrēditaria, ꝛ sic pro dimidia eius, quod parti aduerse, esset ablatum, ꝛ hoc in iure est plusqꝫ clarissimū
29 † ponatur enim ꝙ duo heredes diuidūt bona hereditaria, ꝛ fundus (puta qui vni fuit datus in partem) euincatur certe coheres non potest teneri pro euictione nisi pro dimidia parte iuxta.l. cum pater.§. euictis in secundo respon. ꝛ ibi tradita per doct. de leg. ij. alioquin ipse solus pateretur dānum euictionis, quod tamen sicut, ꝛ onera hereditaria debet esse commune inter heredes pro rata hrēditaria. ¶ Et profecto hoc non aduerterunt clarissimi consultores.

¶ Quia alias esto, ꝙ eis visum fuerit istos de malfattis teneri, certe non condemnassent nisi ad dimidiam dimidie, ꝛ sic pro rata hereditatis, ꝛ hoc si volumus, ꝙ teneatur, tanquam heredes testatoris, ꝛ si volumus eos teneri tanquaꝫ possessores illius dimidie partis feudi, dico rem clarissimaꝫ esse, ꝙ errauerunt, eo ꝙ ipsi possident vigore inuestiture in eos facte per defectum masculorum ex alia parte, ꝛ vigore sententie super tali re date, ita ꝙ ex causa talis possessionis in aliquo molestari non possunt cum iustissime possideāt.l. iuste possidet. ff. de acquir. pos. ¶ Sic ergo videtur procul ob omni dubitatione ꝙ si in aliquo tanqꝫ heredes tenerentur isti de malfattis, solum pro rata hereditaria tenerentur, ꝛ sic pro dimidia dimidie ablate parti aduerse per ꝑdicta.

¶ Sed secundo loco dico, ꝙ immo etiam tanqꝫ heredes in aliquo teneri non possunt ex eo, quia heres bene tenetur sequi defuncti voluntatem, modo tamen sit licite ordinata, ꝛ in personas capaces, ꝛ hoc reputo clarissimum, ꝛ pro eo facit.d.l. filiussa.§. siquid alicui ibi licite ꝛ c. de leg. i. ¶ Unde in proposito dico, ꝙ si testator sensit disponere in generalitate etiam in personam domine Antonie, quia cum in tali feudo ex forma inuestiture femina sit incapax stantibus masculis, sequitur, ꝙ in eam facta dispositio de tali feudo dicit illicite facta, ꝛ in personam incapacem, ꝛ ideo isti de malfattis ea de causa ad aliquid teneri non debent, licet adiuerint pro sua rata hereditatē testatoris. ¶ Et si dicatur, ꝙ nos sumus in feudo hereditario, in quo plus potest testator
30 quam in alijs feudis nō hereditarijs, † ꝛ adeo, ꝙ licet alias feudum non veniat in restitutionem fideicommissi vniuersalis, tamen venit, quando est hereditarium, vt voluit Joan. Andr. in addit. Specul. in titulo de loca.§. nūc aliqua versicu. cxvij. in addit. incip. questio. non eēt dubia. Sic igitur videtur in proposito, ꝙ cum feudum sit hereditarium, debet in eo valere dispositio testatoris quecunqꝫ sit, ꝛ dꝫ dici comprehensum etiam in generali dispositione hereditatis. Et hoc ē in quo clarissimus aduocatus partis aduerse tm̄ se fundabat volens, ꝙ etiam ipsum feudum debeatur licet sententia loquatur de extimatione. ¶ Ego tamen pro resolutione dico, ꝙ hoc nihil in proposito obstat his, que.s. conclusa sunt, nam esto, ꝙ possit dici feudum hereditarium tamen dicitur qualificatum, vt scilicet non in omnes heredes transeat, sed in masculos tantum, si aliqui sint, ꝛ non in feminas, ille enim stātibus masculis sunt incapaces talis feudi, licet alias in hereditate succedere possint, prout proprie contingit in casu isto, nam licet domina Antonia fuerit heres testatoris, tamen non potuit in feudo succedere ꝑpter eius incapacitatē stantibus masculis. Nec cohrēdes eius, videlicet isti de malfattis debent ex eo ad aliquid teneri ꝑꝑ inualiditatem dispositionis feudi, quatenus refertur ad dominam Antoniam. ¶ Et vt hoc clarius intelligatur, pone ꝙ habens feudum pro se, filijs, ꝛ heredibus (ꝛ sic potest dici hereditarium) instituit vnicum filium, ꝛ titium amicuꝫ heredes equaliter, an titius debeat habere partem feudi? credo indubitatum, ꝙ non, eo ꝙ, licet esset hereditarium, erat tamen qualificatum respectu filiorum, bene fateor, ꝙ filius debet esse heres, vt habeat, tamen non sufficit quem

heredem

heredem esse, nisi etiam sit filius, nec filius ex eo titio aliqd tenebitur, & satis erit ei habere dimidiam partem hereditatis excepto feudo, & ita proprie erat dicendum in casu nro, & videtur bene probari in.d.c.i.de eo, qui sibi, vel heredibus &c. vbi feudum poterat dici hereditarium, & tamen nō transit ad feminas stantibus masculis, etiā quod femina possit dici heres. ¶ Nec ob. allegata in contrarium, quia respondetur, quod tunc venit feudum in fideicommisso vniuersali et quod sit hereditarium, quando fideicommissarius vniuersalis dicitur capax feudi, & est de comprehensis in inuestitura, secus si non sit capax ita proprie voluit Jo. And. in predicta additione, & dicunt doct. in.l. si patroni in prin. ff. ad trebel. refert, & sequitur clarissimus. d. Franciscus Curt. aduocatus actoris in suo primo consi. facti contingētia. vj. col. ver. confirmantur premissa, sed ista domina Antonia stantibus masculis non erat capax. d. feudi ergo &c. ¶ Possset etiaz dici, quod immo nec in.d. casu feudum venit in fideicommisso vniuersali, prout multi dixerunt, quod tangit Alex. in.d.l. si patroni. v. col. ver. sed contra istam eorū limitationē &c. super quo tamen non est insistendum, quia in proposito nō est necessarium, cum satis sit in proposito nostro dominam Antoniam, vti feminam propter existentiam masculorum fuisse incapacem. ¶ Ex his patet predictum fundamentū pro actore factum in eo quod feudum dicitur hereditariū (cui dicebatur non posse responderi) penitus esse prostratum, & nihil obstare. ¶ Ultra etiam quod (vbi predicta non procederent) per tale fundamentum non tolluntur prima duo fundamenta. s. facta maxime secundum quod aduocatus contrarius admisit. Nam esse hereditarium non tollit quin debeamus dicere testatorem voluisse disponere de eo tantum respectu masculorum, & sic pro dimidia respectu psone domini Antonij per allegata in eo. vnde cum voluntas testatoris fuerit in persona domini Antonij impleta, quia vere ei fuit quesita dimidia pars feudi, vltra de eius implemento non est querendum, vt ibi dixi, & huic fundamento (per quod tollitur omnis scrupulus) non potest iuridice responderi, & ideo iure merito fuit mihi admissum, sed eo stante dico, quod etiam quod cetera omnia per me dicta ruerent (debent omnino isti de malfattis totaliter absolui. ¶ Et tali fundamento nihil obstat argumentum. s. factuz de.d.§. siquid alicui) cui iam date sunt tres verissime responsiones, quia secūdum istud fundamentum dispositio testatoris valuit in feudo, & sortita fuit effectum suum, vnde frustra de extimatione eius disputatur. ¶ Possent predicto argumēto, & alie dari responsiones, prout in voce dixi, quas gratia breuitatis non scribam ex eo maxime quod satis, abundeqꝫ, & ex pluribus capitibus demonstrata est iustitia istorum de malfattis per iam dicta. ¶ Placet tamen vnum subdere, quoniam dici pōt, vbi vere aliqua extimatio fuisset debita quāquam id falsissimuz sit quod actio ad eam competēs diceretur sublata ex cursu longissimi temporis. s. xxx. anno. nam prout alij clarissimi doctores scripserunt † cursu talis temporis

31 omnis actio tollitur. l. ij. C. de consti. pecu. & l. sicut. C. de pscrip. xxx. vel. xl. ann. cum similibus etiam contra ignorantes, vt. d. l. sicut cum similibus, tam & si in casu isto ignorantia non fuerit, vt ex instrumento transactionis constat, merito igitur actori obstat exceptio prescriptionis. ¶ Et si dicatur, quod prescriptio talis non potuit currere in fauorē istorum de malfattis eo, quod videntur esse in mala fide saltem a tempore inite transactionis, quo tempore nouerunt testatoris dispositionem. ¶ Respondetur prout per alios scriptum ē, quod immo nō sunt in mala fide taliter, quod prescriptio impediatur, & licet scierint testatoris dispositionem, non tamen sciebant, an actor vellet id sibi acquiri, vel ne antequaz petierit, & voluntatem suam de acceptando declarauerit,

32 † ex quo enim sumus in iure querendo non impeditur prescriptio contra actionem personalem, licet heres contenta in testamento nouerit, quia non valet ista consequentia, heres scit testatoris dispositionem, ergo scit omnino se debere, cum posset ille non acceptare, ita multum signanter declarat insignis doctor. d. Jo. Franciscus Balbus in suo solemni tractatu de prescrip. in. ij. parte. iij. partis principalis col. xxix. in versi. iij. limitatur singulariter, vbi allegat ita tenuisse Bal. Petrum de anca. & d. meum Soci. in locis de quibus ibi per eum, qui plura similia adducit, & inter cetera

33 hoc vnum † quia si emptor promiserit quandocunqꝫ reuendere, & sic sciat ad id se teneri, tamen non impeditur prescriptio eo quod non constat an venditor velit redimere, vt per eū videri potest, hoc idem tradunt nouissimi repetētes. l. ij. C. de pact. inter. empt. & vendi. ibi in car. vj. iij. col. versi. confirmatur per ea, que &c. ¶ Et ex predictis omnibus concludendo circa primam. q. dico, quod ab istis de malfattis nihil penitus peti potest, & hoc ex multiplici capite etiā quolibet separato, vt. s. dictum est, & fortius hoc dicam simul omnia iungendo. ¶ Ex quibus ostenditur. ij. q. superflue poni, quoniam si nec feudum, nec eius extimatio debetur, nen est de aliquibus fructibus, vel alia accessione querendum. ¶ Circa ea tamen, vt consultanti morem geram, dicam breuiter, quid sentio posito ergo absqꝫ preiudicio veritatis, deberi aliquam extimationem. d. feudi, videbitur fortasse alicui primo aspectu etiam fructus. d. feudi deberi, saltem a tempore inite transactionis, ex qua probatur, quod isti de malfattis habuerunt scientiam contentorum in testamēto, & sic videntur fuisse in mala fide, merito videtur, quod teneātur ad fructus per iura vulgaria. ¶ Nec videt ob. quod quātitatis, & extimationis, que dicitur debita, non sunt fructus

34 † quoniam quantitas debetur respectu certe speciei, & ideo considerantur fructus illius speciei, & sic feudi, cuius respectu quantitas debetur, etiam quod nulla mora in soluenda qūtitate intercesserit, vt videtur pbari in simili in. l. curabit. C. de act. emp. ¶ Sed tamen his non obstantibus absqꝫ aliqua dubitatione concludendum est nec fructus, nec quid aliud deberi iure accessionis anteqꝫ fieret litis contestatio, & sic in mora isti de malfattis essent constituti. ¶ Et pro declaratione veritatis premitto, quod in proposito non potest disputari de fructibus feudi eo quod presuponimus feudum nullo iure deberi, quo modo enim possint isti de malfattis teneri ad fructus feudi qui accessorie debentur, si non tenentur ad feudum? profecto ego non video si enim quantitatē debent, satis absonum esset eos teneri ad fructus feudi. ¶ Nec ob. quod quantitas debeatur respectu certe speciei, & sic feudi, quia ex hoc non sequitur quod teneantur ad fructus feudi, & bene (si alia paterētur) possent teneri ad vsuras. d. quantitatis, & hoc solum probatur in. d. l. curabit, vbi debetur quantitas respectu certe speciei, & tamen non agitur de fructibus illius speciei, sed solum de vsuris quantitatis, ex quo ostenditur, quod inepte in secunda sententia isti de malfattis fuerunt condemnati ad fructus feudi. ¶ Et si nunc dicatur, quod debent saltem condemnari ad vsuras predicte

35 extimationis. ¶ † Respondetur primo quod quicquid sit de iure ciuili, de iure Canonico in hac materia propter peccatum obseruando iuxta tradita per patruum, & dominum meum Soci. in consi. xcviij. iustissime iudex in fi. iiij. vol. non debentur, nec peti possunt, vt in. c. i. c. conquestus, & c. nauigandi, & per totum titulum extra de vsur. ¶ Et si dicatur quod debentur pro interesse, prout etiam hoc iure Canonico toleratur iuxta nota. in. l. ij. C. de vsur. & tradit Saly. in. d. l. curabit. Responderi potest, quod in casu nostro nullum consideratur, vel saltem probatur interesse, igitur &c. ¶ Secun

36 do respondetur, † & dico (posito quod ratione predicte quantitatis, & extimationis feudi vsure alique debeantur) absqꝫ hesitatione aliqua, quod tales vsure non debentur nisi a tempore more, & sic in proposito nostro a tempore litis contestate, cum per prius nulla mora interuenerit, vt probatur in. l. i. & per totum titulum. C. de vsur. & fruct. lega. & tradunt docto. in. l. j. & in. l. fi. illo titulo, & in hoc non video probabilē dubitationem. ¶ Nec ob. quod isti de malfattis dicantur nouisse contenta in testamenro, & consequēter scire potuerint se debere extimationem predictam, & sic videantur in mala fide. Quoniam respondetur, quod non sequitur, scio me debere centum, & ea non soluo, ergo teneor ad vsuras, cum in iure sit statutum quando vsure debeantur, videlicet a tempore more, vnde licet sciam me debere, quia tamen a me nō petuntur, non dicor in mora, & propterea nō teneor ad vsu

37 ras. ¶ † Ponatur exemplum, sum heres, sunt legata centum, quod ego aperte scio, certe ad vsuras non tenebor, nisi a me petantur, vt. d. l. j. & per totum, C. de vsur. & fru. lega. Sic igitur in casu nostro dicendum est, nam esto, quod isti sci

uerint se teneri ad extimationem predictam, tamen ad vsuras teneri non debent, antequam ab eis peteretur, et sic in mora constituerentur, et hoc apud me nullam habet difficultatem. ¶ Posset etiam vltra hoc dici, quod non possunt aliquo modo dici in mala fide, tam respectu feudi, cum nullo modo debeatur, quam etiam respectu extimationis quia nec
38 illam debent † vel saltem ita dubius est articulus, vt dicatur probabilis dubij iuris ignorantia, que in iure equiperatur ignorantie facti alieni iuxta nota. per Jo. Andr. et alios in c. j. de popula pla. lib. vj. cum multis concordantibus, vt scribit Corn. in consi. clxxxi. visa copia. vij. col. iij. vol. quod pro nunc aliter non prosequar, quia non necessarium. ¶ Nec ob. d. l. curabit de act. emp. vbi videtur probari, quod etiam sine mora vsure debeantur, et in qua lege pars aduersa se fun
39 dabat. ¶ † Quoniam respondetur, quod nihil prorsus facit, quia licet ibi vera mora, et regularis, puta per interpellationem non interuenerit, tamen dicitur interuenisse mora irregularis ex perceptione fructuum rei vendite facta per emptorem, et per implementum ex parte venditoris. Nam eo posito equissimum est illum emptorem vsuras precij impendere, vt ibi et in. l. iulianus. §. ex vendito. ff. de acti. empti. et propter istam equitatem, licet emptor non fuerit interpellatus, ad vsuras tenebitur tamen tanquam existens in mora irregulari, et ita illum tex. declarant ibi doct. maxime Saly. et tradunt etiam doct. maxime. d. meus Soci. in. l. de diuisione. ff. sol. mat. et ita etiam declarat Corn. in cons. cxlv. in hac consultatione. iij. col. in prin. ij. vol. et hoc in iure est clarissimum. ¶ Sed vbi non inducatur mora irregularis, vsure nunquam ante veram moram debentur, cum itaque in casu nostro non reperiatur, quod mora irregularis committatur, sequitur, quod vsure non potuerunt deberi, nisi a tempore more, et sic post litem contestatam, sic itaque ex predictis concludo de fructibus feudi in casu nostro impertinenter disputari, et quod vsure vel nullo modo debentur, quia iure Canonico sunt prohibite, vel si debentur, quod solum a tempore more, et sic litis contestate. Et ita de iure sentio in hac. ij. q. ¶ Que tamen omnia superflue dicta sint, quia cum veritas sit, nec feudum, nec extimationem aliquam deberi, vt ex dictis in prima questione liquido constat. minus deberi possunt fructus, aut alique vsure.

Mar. Soci. iunior. J. U. D. Padue legens. 1529.

✣ CASUS ✣

¶ Illustrissimus dominus Bonifacius Paleologus Marchio Montis ferrati sine aliqua prole intestatus decessit, superstitibus sibi domina Margarita sorore eius vtrinque coniuncta, et Jo. Georgio patruo.

¶ Qui Jo. Georgius, dum vixit, ex post ipsum Marchionatum tenuit, et possedit. Domina Margarita nupsit Illustrissimo Duci Mantue.

¶ Uiuente adhuc Joanne Georgio ipsa domina Margarita, iam effecta Illustrissima Ducissa Mantue, vna cum Illustrissimo Duce eius viro fuit per Cesaream Maiestatem inuestita de. d. Marchionatu ipso Jo. Georgio decedente sine liberis masculis ex nunc prout ex tunc etc. decessit postea Jo. Georgius sine legitimis filijs intestatus.

¶ Cesarea Maiestas tunc (pro maiori pace, et pro scandalis remouendis, ne ad arma deueniretur) voluit totum statum ipsius Marchionatus ad manus eius, siue suorum agentium deuenire, et ita factum fuit.

¶ Eadem Maiestas Cesarea, vt nemini iniuriam inferret, sed vt omnibus parem iustitiam administraret, causam totam commisit quibusdam iudicibus delegatis inter omnes, et quoscunque pretendentes aliquod ius habere in toto Marchionatu, aut eius parte.

¶ His sic stantibus domina Margarita Illustrissima Ducissa Mantue, petit ante omnia se mitti in possessionem omnium, et quorumcunque bonorum etiam feudalium olim possessorum per Bonifacium fratrem suum Marchionem predictum, et demum per Jo. Georgium patruum, quibus illa vti proximior agnata ab intestato successit, queritur, an sit audienda.

✣ SUMMARIUM. ✣

¶ Super questione de possessione Marchionatus Montis ferrati, et bonorum omnium vltimi Marchionis sine liberis defuncti, vtrum scilicet agnata eius, videlicet filia predefuncti fratris sit mittenda in possessionem, etiam si bona essent feudalia, et concluditur eam mittendam.

1 Possessionis causa prius est discutienda, et tractanda.
2 Actore non probante, reus, etiam quod nil probet, est absoluendus.
3 In iudicijs alter actoris, alter rei personam sustinere debet.
4 Succedenti ab intestato competit remedium, et interdictum possessionis adipiscende.
5 Interdictum quorum bonorum competit heredi ab intestato succedenti.
6 Interdictum quorum bonorum an possit solum exerceri contra possidentem pro herede vel pro possessore, et non contra titulo possidentem.
7 Petitio hereditatis non datur contra titulo possidentem, sed contra eos, qui pro herede, vel possessore possident.
8 Interdictum quorum bonorum locum non habet, quo ad effectum, quando ex aduerso ei opponitur exceptio dominij incontinenti probandi.
9 Soror vti proximior ab intestato succedit fratri, et patruo.
10 Heres adita hereditate potest omnia bona hereditaria, si a nemine possidentur, propria auctoritate accipere.
11 Heres scriptus, si ostendat testamentum non abolitum neque cancellatum, potest vti remedio. l. fi. C. de edic. di. ad. tol. et interdicto quorum bonorum, quod est generalius, quia etiam ab intestato competit.
12 Ratio quare interdictum quorum bonorum non competit contra titulo possidentem, vt pro emptore, vel soluto, vel similibus.
13 In pari causa melior est conditio possidentis.
14 Argumentum ex identitate rationis fortissimum est.
15 Per interdictum quorum bonorum res tradi, et largo modo restitui petitur.
16 Quod venit ex mente. l. ex ipsa. l. venire dicitur.
17 Filia ab intestato succedens, cum sibi deficiat remedium. l. fi. C. de edict. di. ad. tol. per offi. iudi. debet mitti in possessionem. Et hoc procedit etiam respectu bonorum feudalium.
18 In possessorio adipiscende, ad hoc vt quis sit legitimus contradictor, et sic impediat petentem missionem in possessionem, tria requiruntur, quod possideat bona de quibus agitur, non vitiose, et de iure suo incontinenti doceat.
19 Legatum titio non esse factum probatur per inspectionem testamenti.
20 Exceptio requirens altiorem indaginem in iudicio possessorio non est admittenda, sed reseruanda est in iudicio petitorio.
21 Heres ab intestato intentans interdictum quorum bonorum debet mitti in possessionem omnium bonorum possessorum per defunctum tempore eius mortis.
22 Bona libera dicuntur allodialia.
23 Allodium dicitur quasi aliunde non recognitum, sed liberum, et purum, et idem est quod proprium.
24 Allodium dicitur proprietas, que a nullo recognoscitur.
25 Bona in dubio presumuntur allodialia, nisi contrarium probetur.
26 In possessorio adipiscende heres mittitur in possessionem bonorum, etiam feudalium, donec de iure alterius in petitorio cognoscatur.
27 Femina de iure communi heres, vt est filia, debet poni in possessionem, et agnatus, si ius pretendat, debet ab ea petere.
28 Femina heres petens se mitti in possessionem bonorum, que defuncti fuerunt, etiam feudalium mittenda est, nec agnati sunt legitimi contradictores, et. j. in discursu.
29 Et hoc procedit etiam, si talis femina sit transuersalis, dummodo sit heres, et nu. sequentibus.
30 Feudum venit in petitione hereditatis a quocunque herede petatur, habito respectu ad possessionem defuncti.
31 Feminam transuersalem in feudo succedere non est nouum.
32 Imperator nunquam presumitur facere actum iniustum, et inualidum, nec in contrarium admittitur probatio.
33 Per principem facta, dicuntur decenter facta.
34 Inuestiens aliquem tenetur inuestitis tradere vacuam possessionem, et pati ea vti, et frui, dummodo fidelitatem iurent.
35 Dominus qui abusiuam inuestituram fecit, tenetur tradere vacuam

re vacuam possessionem, ꝛ pati vassallũ vti frui.
36 Imperator debet esse promptus, ꝛ facilis, vt gratia per se facta sortiatur effectum, etiam si res, de quibus ageretur, per alium possiderentur.

CONSILIUM LXXV

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ꝛ iustitie. Quanqȝ (vt audio) de bonis, ꝛ statu Marchionatus Mōtisferrati (de quo in pũcto) questio, ꝛ contentio oriatur inter illustrissimos Principes, nedum respectu possessionis, sed etiam ꝛ
1 principalius respectu dominij, † tamen cõueniens est, ꝛ a iure sic statuitur, vt prius, ꝛ ante omnia discutiatur causa possessionis, vt sic tradita possessione ei cui tradi debet ille in causa proprietatis postea sit futurus reus, ꝛ commodo possessionis fruatur, de quo in. §. commodum insti. de interdi. in. l. finali. C. de rei vendica. in. l. qui accusare. C. de edendo ꝛ in. c. ex litteris. de probatio. cum multis similibus. Et ad
2 uersarius substineat partes actoris cum onere ꝓbandi, † ita ꝙ eo non probante reus, ꝛ possessor veniat absoluendus, etiam ꝙ de iure suo nihil probasset, vt dicta. l. fin. ꝛ. d. l. qui accusare. pro quo etiam. l. ij. ꝛ. l. actor. C. de probatio. ꝛ. l. verius. ff. eodem titulo. ꝛ alia qȝplura iura, ꝛ in omnibus predictis iuribus tradunt docto. ꝛ istud in iure est explora-
3 tissimum. † Conuenit enim in litibus, ꝛ controuersijs iudiciarijs, alterum actoris, alterum rei personaȝ substinere, vt in. §. j. ꝛ secundo. l. prime. ff. vti possidetis. cum similibus. Et adeo etiam, vt in duplicibus iudicijs illud ꝯstare oporteat saltem per sortem, vt. l. in tribus cum sequē. ff. de iudi. De possessione ergo semper prius est tractandũ, prout (vltra predicta) clare probatur in. l. ordinarij. C. de rei vendi. in. l. incerti. C. de interdict. in. §. retinende. institu. eo. titu. ꝛ in. c. pastoralis. versi. alijs possessorijs ꝛ c. de causa posses. ꝛ propri. tradunt doctores post glo. ibi in. l. si de vi. ff. de iud. ꝛ in. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. posses. ꝛ alibi sepissime. Quare optimo iure, ꝛ consultissime illustrissima Ducissa petit prius, ante omnia se mitti in possessionē omnium bonorum, vt in puncto, seu in eius questione dicit. ¶ Unde pro ipsius questionis resolutione querendum est de tribus. Primo quod possessorium remedium sibi competat. Secundo vtrum in eo debeat obtinere. Tertio in qui-
4 bus bonis. ¶ Circa primum † breuiter cõcludendum est, ꝙ p̄dicte domine Margarite illustrissime Ducisse cõpetit possessorium adipiscende, nam cum illa vti ꝓximior agnata succedit ab intestato tam fratri, qȝ patruo, ꝛ velit nunc, vt heres adipisci possessioneȝ bonorum, que per predictos possidebantur, dicitur in effectu vti interdicto adipiscende possessionis, vt in. §. consequens. instit. de interdic. (loquor de illis bonis, quorum possessionem ipsam nondum nacta sit) ꝛ in specie dicitur competere sibi interdictum quorum bonorum, saltem vtile, cum successerit, ꝛ heres facta sit de iure ciuili, vel directum si diceretur iure pretorio succedere, iuxta gloss. magis communiter approbatam in rubrica. ff. quorum bonorum, ꝛ in rubrica. C. eodem titulo, vbi in specie Salyce. ita concludit, ꝛ dicit communiter teneri.
5 ¶ † Et ꝙ succedenti ab intestato etiam transuersali (prout est ista illustrissima domina Margarita) competat eiusmodi interdictum quorum bonorum est text. ad litteram in. l. ij. C. quorum bonorum, ꝛ ibi omnes docto. tradunt, tradit etiam Specu. in titu. de testa. §. nunc videndum in princ. ꝛ est apud nostros docto. indubitatum, ideo vlterius non insisto, sed concludo, ꝙ ei competit possessorium adipiscende, vt est dictum s̄m tamen, ꝙ statim dicetur in secundo quesito. ¶ Circa secundum dicet fortasse aliquis, ꝙ illustrissima
6 ducissa nõ dȝ in hoc possessorio iudicio obtinere ex duob⁹. ¶ † Prio qr interdictũ quoꝝ bonoꝝ nõ vr̄ posse exerceri nisi ꝯtra eos, qui ꝓ herede, vel pro possessore possident, vt l. j. ff. ꝛ. l. ij. C. quorum bonorum. ꝛ ideo est, ꝙ non datur ꝯ titulo aliquo possidentem, vt no. Saly. in. d. l. ij. vbiqȝ doc.
7 dicunt, † ꝛ in hoc equiperatur petitioni hereditatis, vt per Saly. in. l. j. in fi. C. quorum bonorum, nam nec ipsa datur contra titulo possidentem, sed contra eos, qui pro herede, possident, vt. l. regulariter, ꝛ. l. pro herede. ff. de peti. here. ꝛ. l. hereditatis, ibi per docto. C. eod. titu. sed in casu isto nullus est, qui pro herede, vel pro possessore possideat, sȝ cesarea Maiestas siue eius agētes ipsius noīe possidēt ex cãctis, ꝛ pro sedandis scandalis, quasi apud eos sequestrata merito videtur, ꝙ tale interdictuȝ non possit exerceri seu ꝙ illud exercens Illustrissima Ducissa non possit obtinere nemo enim est, qui possit condemnari ad restituendum, qđ videtur in tali interdicto necessarium cum dicatur restitutorium, vt. l. prima. §. hoc interdictum. ff. quorum bonorũ.
8. ¶ † Secundo quia eiusmodi interdictum non habet locum quo ad effectum, quando ex aduerso illi opponitur exceptio dominij in continenti probandi, vt voluit glo. in ver. restituas, in. l. prima. ff. quorum bonorum, ꝛ ibi eam Ang. ꝛ alij sequũtur ꝛ glo. fina. in. l. fin. C. eodem titulo vbi (glosam illã sequendo) ita concludunt Bar. Bal. Saly. ꝛ alij ꝛ simpliciter hoc procedere in possessorio adipiscende voluit Bar. in. l. prima. C. quorum leg. ꝛ in. d. §. nihil commune in prima lectura in tertia oppositio. dicens sic debere intelligi glo. in. l. si de vi in fine. ff. de iudi. ꝛ hoc idem voluit Imol. in. l. si socer. §. huius in fine. ff. soluto matrimonio. Angel. in consilio. cxxxv. Mauccius massioli, ꝛ Petr. de ancha. in consi. cxlvj. in predicta. q. ꝛ ego aliquando dixi, in d. §. nihil cõmune in. v. conclusione circa primam lecturam sed in proposito (vt audio) Illustris Marchio Salutiarum, ꝛ quidam alij pretendunt predictum Marchionatuȝ ꝛ eius bona iure dominij, ꝛ proprietatis ad se spectare, ꝛ forte offerunt se in continenti hoc probaturos, Merito videtur, ꝙ possit se opponere predicto iudicio possessorio adipiscende ꝛ videtur, quod dici possint legitime contradictores, vt scilicet illud impediant.
¶ Sed his non obstantibus cõtrarium puto in casu nr̄o cõcludendũ, ꝛ sic ꝙ Illustris. Ducissa debeat oīno in p̄dcõ possessorio obtinere, ꝛ i possessionē bonoꝝ mitti sȝ ꝙ petit.
9 † Nam cum illa ab intestato, vti proximior successerit fratri, ꝛ patruo iuxta auctenti. defuncto. C. de legiti. hered. ꝛ auc. itaqȝ. C. cõmunia de succes. quibus probat̄, ꝙ successerit fratri, ꝛ auc. post fratres la secunda vbi probatur, ꝙ successit patruo, C. de legit. heredi. atqȝ etiam predictas hereditates sibi delatas adierit non est dubitandum, quin sit in possessionem mittenda vt. l. prima ꝛ secunda. C. quoruȝ bonorum ꝛ ibi doc. tradunt, ꝛ. s. etiam dictum fuit. ¶ Et ista conclusio de plano, ꝛ sine scrupulo procedet si allegata in contrarium remoueantur, in quibus stat omnis difficultas. ¶ Non ob. ergo quod primo allegabatur, quoniam (ni fal
10 lor) optime, ac secunduȝ iuris mentem respondetur, † ꝛ pro intelligentia presupporo, ꝙ heres postqȝ adiuit hereditateȝ potest omnia bona hereditaria, si a nemine possidentur propria auctoritate accipere, vt tradit Bar. in. l. fina. sexta col. C. de edic. diui adria. tollen. cum cõcordantibus, vt scribit ibi excellentissimus etate nostra, ac primarius Illustrissimus dominus Philip. deci. compater meus semper honorandus in secunda colum. versi. potest tñ heres ꝛ c. secus si ab aliquo possideantur etiam iniuste, quia tunc erit opus adire iudicem, vt in locis predictis traditur. Sed si heres nolit tali licentia vti, vt propria auctoritate accipiat possessionem. Sed vrbanius agendo velit iudicis auctoritate mitti in possessioneȝ bonorum, vel etiam sibi non liceat propria auctoritate accipere, quia scilicet alius possideat, per
22 si qspiā opponit, vbi exp̄sse dt † ꝙ ex testō nō p notariū scripto nō pōt h̄rs h̄re h̄reditatē, nisi publiceꝛ, seqꝛ ergo ꝙ p istud non tolliꝛ p̄mu3 testm̄ solēnissi. factū p.d. bone memorie Reueren.Cardinalē.vt in.§.posteriore.cuz similib⁹. institut. de testa. Et hoc solū ⁊ reale fundamentum sufficeret ad infringendum.d.assertū s3 testm̄. ¶ Scdo p̄ncipal'r ad nullitatē huius.ij.testamēti pōt adduci aliud fundamētuz qꝛ vr̄ ꝙ fuerit factū absq3 aliqua licētia summi pontificis, quo posito clar ē, ꝙ nō valeret quo ad bona ecclesiastica, seu quo ad.d.Reuerē.ex redditibus ecclesiar pueneru͂t vt est tex.in.d.c.cū in officijs cū simil.de testa.qd aūt defuerit talis licentia pbaꝛ in primis, qꝛ in.d.testō asseriꝛ lniaz p̄dicto Reueren.Cardi.a Leone.x.cōcessaz fuisse ꝯfirmatā ab Adriano sexto tūc viuēte s3 hoc vr̄ falsuz, qꝛ nunq̄3 ab Adriano talis lnia fuit ꝯfirmata, ergo seqꝛ, ꝙ Reueren. Cardi.p̄fatus in eo decipiebatur, ⁊ sic nō habebat eā lniaz quaz credebat. ¶ Et hoc valde ꝯsiderandū est, qm̄ ex hoc vr̄ tale testm̄ nō valere nedū ex defectu licētie Adriani.vj.
23 s3 ēt ex defectu voluntatis testōris † Naz qn̄ testōr aliquid

disponit sub aliqua credulitate, si qđ credebat demonstraẗ falsuz, dispositio illa nõ solet sortiri effectũ. puta ꝙ instituat aliquẽ, tanq̃ filium, heredẽ, q postea probaẗ nõ filius, nam tunc talis institutio nõ valet, vt probaẗ in. l. si pater tuus, ꝛ ibi tradunt oẽs doc. C. de here. institu. ¶ Et si dicatur, ꝙ ibi filiatio credita p testõrez fuerat causa institutionis nõ sic in casu nostro vr̃ de lnia Adriani credita p Reueren. card. respondeẗ, ꝙ imo vr̃, ꝙ fuerit cã. d. testamenti, nã cum esset Reuerẽ. prefatus vir sciẽtia, ꝛ prudentia eminẽtissimus, ꝛ sume bonitatis, procurasset q; habere licentiaz ab Adriano, illud non inconsulte fecit, sed ea mente, vt ea obtenta testari possz, ꝛ ea ñ obtẽta a testõ abstineret, vñ cũ postea testãdo dicat id facẽ ð lnia adriani pape, q̃ hr̃e credebat, p̃suñt in. d. licentia credita intẽtionẽ suã fundasse, vñ cũ licẽtia illa deficiat, vr̃ ꝙ debeat deficere ẽt testãdi volũtas, ꝛ sic tale testm̃ sub illa credulitate factũ de iure nõ subsistat ex p̃sũpta volũtate. d. quõdaz Reueren. cardi. ¶ Nec dicaẗ sufficere, ꝙ extet, ꝛ probeẗ licẽtia p Leonẽ. x. cõcessa, qñ dicẽdũ vr̃, ꝙ pp illã solã nõ fuisset motus ad testandũ Reuerẽdis. p̃fatus credẽs eã extinctã (vt forte tunc erat) alioqn frustra ab Adriano reqsiuisset talẽ licẽtiã, ꝛ in ea credita testamentũ suũ fundasset, ꝙ nõ est credẽdũ i tanto viro. ¶ Sed vlterius ꝛ scðo ꝯsiderari põt, ꝙ nec ex tali licẽtia Leonis. x. hoc scðm testm̃ vr̃ posse ꝯualidari, illa. n. vr̃ ꝙ iaz esset extincta, qñ. d. scðm testm̃ factũ fuit. Et hoc ex duplici capite. ¶ Primo ex eo, qꝛ Reueren. Cardi. p̃fatus illa licẽtia sibi ꝯcessa iã vsus fuit, dũ ꝯdidit suũ primũ solẽniss. testm̃ pp qð

24 talis lnia, vr̃ extincta, ꝛ istud dupl'r ꝓbari vr̃. ¶ † Primo qꝛ qñ aliqs potest aliqđ facere nõ suo iure, sed iure alieno pp auctoritatẽ sibi ab alio ꝯcessaz, si semel illud fecit valide vel inualide nõ põt amplius in eo se intromittere, ꝛ dr̃ au-

25 ctoritatẽ, ꝛ licentiã sibi datã cõsumpsisse, † vt patet in iudice delegato, q cũ nõ suo iure, sed alieno iudicare dẽat, si semel iudicauit ẽt ꝙ male, ꝛ inutiliter iudicauerit, iterũ iudicare nõ põt, vt tradunt doc. post gl. in. l. iudex postea. ff. de

26 re iudi. † sic ẽt videmus in eis q habent potestatẽ eligẽdi nõ iure ꝓprio, ſʒ sibi ab alio ꝯcessã, si semel elegerint ẽt ꝙ inutiliter, amplius eligere non possent, vt per Barto. in. l. serui electione in p̃n. ff. de le. j. ꝛ in. l. ij. ff. de opt. le. ꝛ hãc reł'az plene post Alber. ꝛ alios tradit Jas. in. l. q p salutẽ in. ij. not. ff. de iureiu. sed sic est in ꝓposito, ꝙ Reueren. cardi. p̃fatus facultatẽ testãdi nõ hẽbat suo iure, sed iure alieno hoc est ex li-

27 cẽtia, ꝛ auctoritate a sũmo Pontifice ei ꝯcessa, † igiẗ seqẗ ꝙ cũ iaz semel testatus fuerit, ẽt si male fuisset testatus, non debuit posse itex testari, q̃q̃ (vt vex fateamur) optime, ꝛ sapientissime, ꝛ maxĩa, ac matura ꝯsideratione fuerit factũ. d. p̃mũ testm̃ vt ex facie, ꝛ lectura eius apparet. ¶ Secundo hoc idẽ suaderi põt, qꝛ vr̃, ꝙ p̃dicta licẽtia testandi dẽat in-

28 telligi, ꝛ restringi ad p̃mũ testm̃ tm̃, hoc mõ deducẽdo, † naz talis lnia dr̃ qđdã dispẽsatio ꝯ̃ ius cõe, vt est notũ, ꝛ ꝓpea dr̃ odiosa, ꝛ stricte interpretãda, ꝛ adeo, vt voluerit Abb. in. c.

29 cũ oẽs de test. col. xxiiij. ver. hoc p̃misso ꝛc. † ꝙ papa talẽ licẽtiã sine iusta cã ꝯcedere ñ possit p rõnes adductas p eũ, ꝛ idẽ secutus est And. barb. in. d. c. cũ in offi. v. col. de testa. in v̄. ſʒ ope p̃tiũ est videre, ſʒ de Ab. vbi. s̄. nõ faciat mẽtionẽ. ¶ Et licet videamus ꝯ̃riũ de ꝯsuetudine seruari, qꝛ talis licẽtia scepe nõ expressa cã ꝯcediẗ, ex quo tñ dr̃ odiosa, ꝛ stricte interpretãda, dʒ sic intelligi, vt minus ledat ius cõe, ꝛ sic ad p̃mũ testm̃ restringi p regulã. d. l. boues. §. hoc ser-

30 mone. ff. de ver. signi. † ſʒ alias hñs facultatẽ testãdi de iure cõi, vel ẽt ex p̃uilegio non tñ ita odiose ꝯcesso possit totiens quoties voluerit testari, put est regularis natura vltie volũtatis p allegata. s̄. in ꝯ̃riũ. ¶ Nec in hac licẽtia interpretãda attendiẗ aliqua rõ de iure cõi vrgẽs ad aliqđ, sed solum

31 hoc, vt iuxta posse restringaẗ, † ꝛ hinc est, ꝙ clericus, q hoc mõ hʒ lniaz testãdi ñ poterit facẽ simplices codicillos, ſʒ ꝓ reła soleat dici eũ posse codicillari, q põt testari. l. ij. ff. ð le. j. immo minus videtur codicillari, ꝛ ideo deberet licere. c. cui ſʒ de regu. iur. lib. vj. ita dicit auus meus. d. Mar. Soci. cuius nudum nomẽ ego represento in consilio. xiij. Presens ꝯsultatio. vj. col. ver. decimoseptimo ꝓbaẗ ꝛc. ¶ Et ꝓ ista

32 interpretatione optime facit † qꝛ qñ fit dispositio hoĩs ꝯ̃ ius cõe circa actũ reiterabilez, dʒ tm̃ intelligi de p̃mo actu, puta iussit testõr, ꝙ heredes litigãtes compromittãt, si illi i obedientes cõpromiserint valide, ꝛ interueniẽtibus reqsitis nõ tenebũẗ ãpli⁹ ꝯpromittẽ, ſʒ illð ꝯpromissũ ñ habuerit effcm̃ qꝛ. s. laudũ nõ fuerit secutũ, ita dixit bal. i. l. vnica. iiij. q. C. ð his q pen. noie. Refert, ꝛ seqẗ patruus, ꝛ dñs meus Soci. in. l. hec ꝯditio, si nupserit, in vlt. no. ff. de ꝯdi. ꝛ demũ. dicẽs ꝙ ita alias ꝯsuluit ianue, put ꝯstat in ꝯsi. eius. ccxxj. visa, ꝛ diligẽter p totũ, vbi ad hoc plura ꝯgerit. Sic ergo vr̃ in proposito nostro, ꝙ ista licẽtia sũmi Pontificis, tanq̃ dispositio hominis sup actu reiterabili dẽat intelligi tm̃ de. j. actu ꝛ sic de. j. testamẽto iaz p. d. Reuer. cardi. fcõ, cũ illud fuerit validũ, ꝛ cũ omnibus suis reqsitis ordinatũ. ¶ Nec dicaẗ ꝙ illud p̃mũ testm̃, donec vixerat Reueren. Cardi. nõ habuerat effectũ iuxta. c. cũ marthe de celebra. missa. qm̃ rñderi põt in p̃mis, ꝙ illð testm̃ iure valuit ab initio, ꝛ ex quo p illð consumpta erat lnia testãdi a pontifice cõcessa habiturum erat verosimil'r effectũ, ſʒ dilatũ in mortẽ Reueren. testatoris. ¶ Nec poterat Reuerẽ. p̃fatus illud tollere per aliud testm̃ nisi iterũ testãdi lniaz obtinuisset, ſʒ potuisset illð rumpe volẽs decedere intestatus, iuxta no. p doc. in. l. si iure. ff. de leg. iij. ¶ Et si dicaẗ, ꝙ saltẽ his modis poterat. d. testm̃ nõ sortiri effectũ. Rñdeẗ, ꝙ hoc nõ refert ſʒ satis ẽ, ꝙ fuerit p se ab initio validũ, ꝛ habile, vt effectũ sortiaẗ, ſʒ aliquo casu impediaẗ, sicut. s̄. de cõpromisso dictũ fuit. ¶ Secũdo p̃ncipal'r ex alio capite hoc vr̃ dðm vʒ ex eo, ꝙ Leo. x. iaz decesserat añq̃ assertũ ƀʒ testm̃ cõderet, ꝛ sic quo ad illud ƀʒ dr̃ cõcedẽs re integra decessisse. ¶ Et ꝓ hoc primo

33 facit † qꝛ bõa eccł'e dicũtur eẽ ipsius dei, vt ẽ tex. in. c. cũ ex eo ð elect. lib. vj. ibi de xp̃i p̃rimonio ꝛc. ꝛ ibi gl. no. ꝛ ita ꝓ istũ tex. ꝛ alia quedã iura cõcludit dñs Abb. in. c. cũ eẽt de testa. in repetitio. col. xiij. in versi. ꝓ solutione istius. q. ꝛc. in fi. ꝛ Andr. Barb. in. d. c. cũ in officijs. v. col. in. fi. de testa. pp qð p̃dicti doct. concludũt ibi, ꝙ papa sine iusta cã lniaz testandi dare clericis nõ põt de. d. bonis ſʒ (vt. s̄. dixi) ꝯ̃riũ

34 seruëẗ. ¶ † Hoc posito seqẗ, ꝙ sunt ipsius pontificis, q vnũ tribunal ẽ cũ deo, vt. c. quanto. de trãslat. saltẽ quo ad nr̃az administrationẽ, ꝛ ꝓpea vr̃, ꝙ cõcessio p summũ pontificẽ fcã, vt qs de. d. bonis testeẗ videaẗ hr̃e iura cuiusdã mandati circa dispositionẽ bonox mãdãtis, quo posito seqtur, ꝙ per mortem ipsius Leonis. x. (qui sic concedendo videtur mandasse) debeat talis concessio re integra expirasse per iura vulgaria, erat. n. res integra quo ad ƀʒ testm̃ tpe mortis Leonis. x. ꝙ patet, qꝛ Reueren. Cardina. p̃fatus illud incepit, ꝛ absoluit sedẽte Adriano sexto. ¶ Scðo hoc idẽ suaderi põt, qꝛ ſʒ alias gratia nõ expiret p mortẽ cõcedẽtis vt. s̄. dictũ fuit tñ nõ vr̃ incõueniẽs limitare, vt nõ ꝓcedat i casu nr̃o pp magnã exorbitãtiaz, ꝛ odiositatẽ istius ꝯcessionis, sicut ea rõe ita restringiẗ, vt nõ cõp̃hendat simplices codicillos. vt. s̄. dictũ fuit, sic ẽt restringaẗ, vt morte ꝯcedẽtis

35 extinguaẗ. ¶ Tertio cõprobaẗ † qꝛ qñ nõ durat cã alicuius gr̃e post mortẽ cõcedẽtis extinguiẗ, vt voluerũt dñi de rota in decis. ccccclxxx. in antiqs, ibi durãte tñ causa. ꝛc. innuunt. n. illa ver. ꝙ vbi nõ sit cã, nõ durat amplius gratia, ſʒ i ꝓposito cã nulla est istius cõcessionis, ergo ſʒ de cõsuetudine toleręẗ viuo cõcedẽte, nõ dʒ post eius mortẽ durare sine cã. ¶ Et si dicaẗ, ꝙ imo durat cã, que in ea fuit exp̃ssa, vʒ liberalitas mera pontificis, vt in rescripto patet, ibi, ex mera nr̃a liberalitate ꝛc. rñdeẗ, ꝙ illa nõ est cã iusta ad talẽ cõcessionẽ, Alioquin semp diceręẗ hr̃e iustã cãz ¶ Preterea

36 vr̃, ꝙ ẽt illa cã nõ duret † qꝛ ẽt liberalitas summi pontificis cũ ceteris morte vr̃ extincta, cũ mors oĩa soluat, ꝓ iura vulgaria sicut ẽt extinguiẗ eius bñplacituz, vt. d. c. si gratiose. ð

37 rescri. lib. vj. ¶ Quarto suadeẗ † quia qñ qđ emanat a sede apostolica p viaz gr̃e simpl'r illa expirat morte pontificis, si nõdũ recipiens cepat vti p̃uilegio, vel gr̃a, ita vr̃ concludere Fely. in. c. ſʒ vndiq; in p̃n. ij. col. de offi. deleg. ibi, aliquãdo simpl'r fit cõcessio ꝛc. vñ si volumus in casu nr̃o hãc concessionez testãdi emanasse p viaz gr̃e, cũ ea tpe mortis Reueren. p̃fatus nõdũ incepat vti respectu. ij. testi. dʒ dici expirata. ¶ Et si dicaẗ, ꝙ imo incepat vti qꝛ iã fecerat p̃mũ testm̃, dici põt, ꝙ hoc validaret illð p̃mũ testm̃, ꝛ nõ ƀʒ, qm̃ sunt diuersa, ꝛ distincta, ꝛ vnũ nõ hʒ ab altero depẽdẽtiã, ꝛ debent distincte considerari, vt sic dicamus, vt iam dixi, ꝙ respectu. ij. testamẽti nõdũ icepat Card. vti. d. ꝯcessione qð idẽ ẽ, qð dicere, res erat integra. ¶ Et idẽ ẽt dicẽduz erit si

volumus

volumus, ꝙ ista ꝯcessio emanauerit ꝑ viam rescripti, vt ibi dē Fely. in seq. ver. subdit, ⁊ sic vr, ꝙ ista licentia testandi ꝑ Leonez. x. concessa morte eius fuerit extincta. ¶ Non dico simpliciter de facultate testandi, illam etenim habebat Reueren. prefatus suo iure, sed loquor de facultate disponendi de bonis ad ecclesiam, seu ad Deum pertinentibus, ⁊ consequenter ad ipsuz Pontificez, vt ex predictis patet. ¶ Concluditur itaqz ex fundamentis suprascriptis, vel ex aliquo eorum singulariter, vel ex omnibus simul iunctis, ꝙ assertum ẞm testm̄ quondam Reuerendis. cardinalis grimani de iure non subsistit nec aliquē pōt sortiri effectū, quāuis ab initio non leuis visa fuerit dubitatio. ¶ Et ad istaz conclusionem vltra predicta non paruz me inducit Auctoritas Excellentissimorum Iurisconsultorum qui iam consuluerunt, vt in puncto narratur (licet non videri omnia consilia) ipsis enim pp eximiaz eorum doctrinam, ⁊ integritatez maximam plurimum nobis deferendum est, ⁊ presentim Magnifico Iuris Vtriusqz Monarche dño, ⁊ Compatri Colēdissimo dño Philip. Decio, † in cuius ore semp so-
38 let esse veritas, vt de Bar. dixit Roma. in cōsilio. ccccl xix. quo ad primum prope fin. ⁊ insignis doctor. d. Jo. crot. in repeti. §. cato in. iij. op. ff. de vbo. obli. arbitrarer. n. nephas esse a predictoruz prum opinione recedere velle, ⁊ ex his omnibus vbi recte consideretur sunt sublata omnia allegata. s. in cōtrarium. Laus Deo.

Soci. nepos Senis.

CASVS

¶ Dominus Marianus de Balionib⁹ in suo testamēto instituit heredes Nicolaum, ⁊ Joānem tadeū eius filios legitimos, ⁊ naturales, ⁊ dominam Mariettam eius filiam legitimam, ⁊ naturalem instituit heredem in certa sūma, ⁊ predictos filios masculos sic vniuersaliter institutos inuicē substituit, si decederēt sine filijs legitimis, ⁊ naturalibus, ⁊ ambobus sine legitimis, ⁊ naturalibus liberis decedentibus, ⁊ sine testamento substituit eorum filios bastardos, si qui essent. Itez disposuit ꝑ ista verba, Ancho iudico, ⁊ lasso, che morēdo li ditti miei figli, ⁊ loro rimanessero figli maschi legitimi, o vero bastardi, ⁊ viuisse la andronica mia dōna, voglio che in vita sua tanto sia vsufructuaria. Item iudico, ⁊ lasso, che morēdo li ditti miei figli senza figli legitimi, ⁊ bastardi, che viuendo la Andronica li frutti del mulino ⁊ possessione debbino peruenire alle sue mani, cū certo onere, de quo in testamento. Item paulo post subdit testator, ancho iudico, ⁊ lasso, che morendo poi la mia dōna, ⁊ che nissuno delli miei figli o descendenti de ipsi sopraiuiuesse, allora voglio, che il prefato mulino rimanga al Monasterio di. s. Pietro, ⁊ al Monasterio di sancta Maria delli Angeli di Perosia. cum certo onere de quo in testamento.

¶ Et declarauit testator, ꝙ predicti eius filij nullo mō possint petere seu sumere legitimam eis iure nature debitam super. d. Molēdino. Itez disposuit, ꝙ si Marietta eius filia fieret vidua, ⁊ rediret i domū filij testatoris, ꝙ eius fratres eā expellere nō possint, sed vt bonaz sororem retinere, ⁊ alere debeant in domo, ⁊ si ipsa velit pro se habitare teneanť fratres eius dare ei singulis annis salmas sex grani, ⁊ bariles sexdeciz vini. Et postea prope finem testamenti disposuit, ꝙ si tūc nō viuerēt filij nec eorum filij, In tali casu voglio, che viuendo la Andronica stia Marietta in casa con essa, ⁊ aggia detta prouisione di grano, ⁊ vino, ⁊ dapoi la morte de essa Andronica dechiaro, che la sopradetta prouisione la detta mia figlia la debba hauere dalli detti frati di. s. Pietro, ⁊ di. s. Maria delli angeli, vt hec oia latius in. d. tastamento cum multis alijs capitulis continentur, cuius copia transmittitur in illis capitulis que faciunt ad cāz.

¶ Post mortem testatoris Nicolaus vnus ex eius filijs decessit superstite tantum Hippolyta vnica filia legitima, dña Andronica mre, ⁊ Jo. tadeo fratre, ⁊ marietta sorore.

¶ Postea decessit domina Andronica seperstitibus predictis Joāne tadeo Marietta ⁊ Hippolyta.

¶ Demum decessit Joānes tadeus absqz liberis aliquibus superstitibus Marietta sorore, ⁊ herede vniuersali ab intestato, item ⁊ dicta Hippolyta.

¶ His sic cōtingentibus queritur modo vtrū per predicta Monasteria admitti debeant ad molendinū prefatuz vt sic substitutioni in eo facte de. d. Monasterijs sit datus locus in qua difficultate consuluit excellentissimus Carolus Ruinus in fauorem. d. Monasteriorum, cuius consilij copia transmittitur.

SVMMARIVM

¶ De quadam substitutione in casu, quo nullus ex filijs, aut eorum descendentibus superuiuat, vtrum scilicet debeat intelligi de masculis tantum.
¶ Et vtrum secundus substitutus admittatur, si ante institutum decedat primus substitutus

1 Substitutio facta de monasterio decedentibus liberis sine descendentibus an habeat locum per existentiam vnius ex filijs testatoris heredis instituti, ⁊ in nu. 13.
2 Verbum descendentes comprehendit etiam feminas.
3 Qui non est ex testamento honoratum non debet onerari, vt. j. nu. 23.
4 Substitutio quando fit de duobus vno post alterum, si primus substitutus decedat ante institutum, licet postea decedat institutus, an sit admittendus qui secūdo loco fuerit vocatus vt. j. nu. 7. ⁊ sequentibus ⁊ nu. 24.
6 Substitutio facta de aliquo si talis morieť post testatoris filios, ille est vocatus sub conditione, que in forma specifica adimpleri debet.
7 Voluntas testatoris est perquirenda in interpretatione testamentorum, ⁊ conditionum in eis appositarum, qua reperta seruari debet.
8 Verborum forma in vltimis voluntatibus postergatur.
9 Ordinata dilectio testatoris in substitutionibus attenditur.
10 Testator grauans ⁊ onerans substitutum ⁊ volens onus adimpleri, vult ⁊ illud per quod ad tale implementū peruenitur.
11 Juditium testatoris irritum esse non debet.
12 Anima cunctis rebus est preferenda.
13 Nemo salutis sue presumitur immemor.
14 Testator non disponens in aliquo casu, censetur etiaz in eo disponere, si talem casum euenturum cogitasset, verisimiliter sic disposuisset.
16 Alternatiue pars vna alteram declarat.
17 Qualitas masculinitatis posita in vna parte testamenti censetur etiam in sequentibus posita.
18 Verba dubia debent interpretari secundum consuetudinez proferentis.
19 Filij filiorum quando ponuntur in conditionē ad exclusionem substituti, licet non habent voluntatem dispositiuam, tamē qualem qualem defuncti voluntatem habēt.
20 Pater si preferat substitutos filie dilecte, eo magis eos preferre debet nepti minus dilecte.
21 Substituto mortuo ante institutum onus iniunctum substituto de restituēdo alteri apud heredē remanet ⁊. j. nu. 26.
22 Substituto primo deficiente ante institutum vocatur secūdo loco substitutus.
25 Expressio conditionis, que tacite inest, nihil operatur.
27 In cōditione voluntaria sufficit casus qui euenit, vt substitutio facta in casum expressum trahatur ad casuz qui euenit propter omnimodam voluntatem testantis.

CONSILIVM XC

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie. Viso testamento, de quo in puncto, ⁊ eodē vna cū facti ꝯtingentia bene ꝯsideratis, viso ēt eleganti cōsilio Clarissimi etate nostra iuriscōsulti ⁊ mihi vti patris obseruandissimi. d. Caroli ruini, dubia primo aspectu visa est presentis ꝯsultationis reso-
1 lutio, † naz ꝙ Monasteria ꝑdicta, ⁊ ꝙ substitutioni de eis facte nō sit locus vr primo ꝓbari pp superistentiā. d. Hippolyte filie Nicolai vnius ex filijs ⁊ heredibus testatoris, tunc eniz testator vocauit. d. Monasteria qn̄ nō superesset

aliquis ex suis filijs, aut ex eis descendens, vt clara sunt
verba testamenti in illo capitulo in quo vocant̃. d. Mona
steria, cũ igitur. d. Hippolyta sit filia prefati Nicolai, ꝛ sic
ex descendentibus ex. d. filijs testatoris seq̃ Monasteria
non posse admitti. ¶ Nec ob. ꝙ ipsa Hippolyta sit illegi-
tima, qꝛ testator ẽt ð illegittimis, seu bastardis sensit cũ iaꝫ
supius in alio capitulo ð bastardis meminerit, iuxta doctri
naꝫ Bar. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad trebel. Nec
2 ẽt vr̃ obstare, ꝙ sit femina † qm̃ illa verba o descendenti di
essi ꝛc. cuꝫ sint generis cóis, siue ois, ẽt feminas ꝯprehẽdũt
iuxta tradita per Bar. i. l. j. ff. de ver. signi. cũ simi. imo ẽt si
essent masculini generis cõprehẽderent feminas, vt ibi tra
ditur, ꝛ ibi in. l. si vt scriptum in p̃n. de leg. ij. cũ simi. ¶ Se
cundo ex alio videt̃ Monasteria non debere admitti, qꝛ
.s. illa nõ sunt substituta. d. Jo. tadeo q vltio loco decessit,
ꝛ q molendinũ, de quo agitur tenebat, sed sunt substituta.
Androniche vxori testatoris que dr̃ fuisse grauata illõ mo
3 lendinũ. d. Monasterijs restituere, † vñ cũ. d. molẽdinũ ad
eã nunq̃ ꝑuenerit, ꝛ sic nõ fuerit in eo honorata, nõ dꝫ hr̃e
locũ onus ei de. d. molendino iniunctũ p regulã. l. ab eo. C.
4 de fideicõmis. ꝛ. l. sꝫ ꝛ si sic, in fi. ff. de leg. iij. ¶ † Preterea
qñ substituunt̃ duo, vnus post aliũ, si pmus substitutus de-
cedat añ institutũ, ꝛ sic añq̃ꝫ sit locus prime substitutioni lꝫ
postea ðcedat institutus, tñ nõ vr̃ admittẽdus, q. ij. loco fue
rat vocatus, vt vr̃ casus in. l. q hẽbat. ff. de vulga. ꝛ pup. vñ
cũ in casu isto vxor testatoris Andronica. j. loco substituta.
in. d. molẽdino decesserit anteq̃ esset locus substitutio. de
ea facte, qꝛ decessit ante. d. Joan. tadeum vnũ ex institutis
5 vr̃, † ꝙ lꝫ postea decesserit. d. Jo. tadeus Monasteria, que
erant. ij. loco substituta nõ possint admitti, facit decisio El
dra. in consi. clxxvij. testator in suo vltimo vbi voluit, ꝙ sub
stitutus. ij. loco nasciture, ꝛ substituto heredi instituto, si. ij.
6 nemo nascat̃. ꝛ primus decedat non admittit̃. ¶ † Tertio
contra. d. Monasteria facit, qꝛ illa sunt vocata sub condi-
tione si moriat̃ Andronica post filios testatoris, ꝓut viden
tur importare illa verba, che morendo poi la mia dõna ꝛc.
iunctis precedentibus in quibus erat dictũ, ꝙ post morteꝫ
filiorum ipsa admittat̃ ad molendinũ que ꝯditio cũ sit volũ
taria dꝫ impleri in forma specifica, vt tradit Bart. ꝛ sequũ
tur alij in. l. gallus. §. ꝛ qd si tm̃. ff. de lib. ꝛ post. ꝛ opatur
vt substitutio expressa, ꝛ facta in talẽ casum, non trahat̃ ad
aliũ, vt ibi tradũt bar. ꝛ alij, vñ cũ casus a testõre expssus ñ
euenerit, sed alius qꝛ. s. Andronica decessit añ mortẽ Jo. ta
dei vnius ex filijs, vr̃ ꝯcludendum non esse locum substitu-
tioni facte de istis Monasterijs. ¶ Predictis tñ nõ obstã
tibus contrariam partem probabiliorem, ꝛ voluntati te-
statoris magis consentaneã arbitror, ꝛ ꝯñr vna cũ Excel.
primo consultore concludo substitutioni predicte locuꝫ esse
ꝛ Monasteria predicta ad prefatum molendinum esse ad-
7 mittenda. ¶ † Et pro fundamẽto presuppono, ꝙ in inter
pretatione testamẽtoꝝ, ꝛ conditionuꝫ in eos appositarum
ante omnia sũma cura, ꝛ diligentia perquirenda est testato-
ris voluntas, que in eo primum locum obtinet, vt. l. in con-
ditionibus in princi. ff. de condi. ꝛ demonst. ꝛ totum facit,
quod in testamentis cõsideratur, vt. l. ex facto la grande cir
ca mediũ. ff. de here. instit. ea etenim sola dominatur, ꝛ re-
git omnia, vt. l. cum questio in fi. C. de lega. ꝛ. d. l. in condi-
tionibus, ꝛ ipsa reperta, ꝛ intellecta omnia seruari debent,
quecũq̃ꝫ verba p testatorem prolata reperiantur, cũ verba
intentioni, ꝛ menti proferentis deseruire debeant non eꝯ.
c. ij. requiris de appella. et. l. scire oportet. §. alius. ff. de ex-
cu. tut. ꝛ in proposito est tex. in. l. non aliter in princi. de le.
iij. in. l. iij. C. de lib. prete. in. l. cũ virum. C. de fideicõ. ꝛ in. d.
l. cum questio cũ simi. ꝛ iõ alias singulariter dicebat Ange.
8 in consi. ccxxij. bene, ꝛ egregie in princi. † ꝙ in vltimis vo-
luntatibus omnis postergatur verboꝝ rigor importãtia
ꝛ forma vbi de mente testantis constet allegat. d. l. iij. C. de
libe. prete, quã (vt de eo pleriq̃ꝫ dicunt) sepe hẽbat in ore, vt
etiam illam ad hoc allegat in consi. ij. premitto primo. ij. co
luꝫ. ꝛ alibi sepe. Hinc notanter dixit Bal. in. l. quidam. C.
de neces. ser. hr̃. insti. ꝙ volũtatẽ testantis pedetẽti suari de
bemus, vti venator leporem, hoc autem, vt testantis mens
omnino attendatur, maxime procedit in fideicommissarijs
substitutionibus (de quibus ad presens agimus) vt. d. l. cũ
virum. l. penu. ff. de leg. j. l. cum proponerentur. de leg. ij. ꝛ.
l. fideicõmissa. §. item cum quis. de leg. iij. cum similibus. ꝛ
tradit patruus ꝛ. d. meus Soci. in consi. xiiij. viso testamen
to ꝛc. in fin. j. col. iij. volu. vbi igitur demonstretur, ꝙ in ca-
su isto voluntas testantis sit Monasteria ista admitti ad
molendinum de quo agitur conclusio. s̃. posita erit in tuto.
Ut ergo ꝙ necessariũ ẽ ostẽdat̃ testõrem ita voluisse ꝓbat̃.
9 ¶ † Primo rõe ordiate dilectionis testatoris, naꝫ nõ exi-
stentibus filijs iam hr̃dibus institutis, nec eoꝝ filijs mascu-
lis (quos tm̃ dr̃ posuisse in conditione, vt. j. dica) añ alios
circa molendinũ, de quo agit̃, ꝑdilexit Andronicã vxoreꝫ
ꝛ post eã monasteria ꝑdicta, vt ex serie testamẽti apparet, di
xit. n. testõr, Anco iudico, ꝛ lasso, che morẽdo li detti mici
figli senza figlioli legittimi, ꝛ bastardi (qõ intelligi dꝫ de mas
culis tm̃, vt. j. dicet̃) voglio, che viuẽdo Adronica, li frut-
ti vel ꝑfato mulino, ꝛ possessione debbino ꝑuenire alle sue
mani ordinando, qd de eis facere debeat, ꝛ statim in sequẽ-
ti cap. subdit, Ancho iudico, ꝛ lasso, ꝛ dechiaro, che morẽ
do poi la detta mia dõna, ꝛ che nissuno delli mei figli, o de-
scẽdẽti di essi nõ sopravuiesse, allhora voglio, che el ꝑfato
mulino remangha al monasterio di. s. Pietro, ꝛ di. s. Ma
ria delli Angeli. de Perugia, declarãdo imediate quõ fruc
tus. d. molendini debeãt distribui p ꝑfata monasteria, p q̃
verba clare ꝯstat mentẽ testõris eã fuisse, vt nõ existẽtibus
filijs eius. ꝛ eorũ descẽdẽtibus masculis, nec ẽt. d. Andro
nica molendinũ oĩo ꝑueniat ad ꝑdicta monasteria, vñ cũ ca
sus iste euenerit, qꝛ nullus ꝑdictoꝝ extat, vt volũtas testõris
impleat̃ p iura. s̃. alleg. dicendũ ẽ monasteria ꝑfata ad mo
lendinum eẽ admittẽda. ¶ Scdõ testõrẽ ita voluisse ꝓba-
tur rõe oneris per eũ iniuncti adimplendi, Nam ipse testõr,
vbi eius descendentes masculi deficerẽt voluit ex fructibus
d. molẽdini (ad vxorẽ, vel post eã ad. d. monasteria ꝑuentu
ri) fieri certa actamina, ꝛ certas expẽsas, de qbus in testõ
in Capi. illis qbus molẽdinũ relinq̃t vxori, ꝛ. d. monaste-
rijs, vñ cũ descendentes masculi deficinat, ac ẽt desit vxor,
nisi molẽdinũ ad. d. monasteria ꝑueniret, onera ꝑdicta im-
10 pleri nõ possent, † cũ igit̃ (si recte testãtis mẽtẽ intueamur)
voluerit ipse in casuꝫ, q euenit ꝑdicta onera impleri dr̃ vo-
luisse ẽt, ꝙ molendinũ ad monasteria ꝑueniat, cũ al'r nõ sit,
q sit illis grauatus, cũ. n. voluerit onera impleri voluit ẽt il
lud, p qõ ad implemẽtũ tale ꝑuenitur, ꝛ sic monasteria ꝑdi
cta ad molendinũ admitti iuxta regulã. l. ij. ff. de iurisd. om.
iudi. l. nec is. §. j. ff. de acq. here. l. si inter legatũ. ff. de suitu.
ꝛ. l. veteres, ꝛ ibi not. ff. de itine. actuq̃ꝫ priu. cum similibus.
¶ Confirmat̃ ista rõ cõcludẽter ex alio, naꝫ qñ descenden-
tes eius deficiãt, ꝛ ẽt vxor, voluit testõr monasteria ꝑdicta
teneri ad certã q̃titatẽ grani, ꝛ vini singulis annis domine
Mariette eius filie si vidua remaneret, vt patet ex discursu
pluriũ capitulorum testamẽti, maxime in illo ꝑpe fin. qõ in
cipit. Et ancho ðchiaro, che qñ aduenisse el caso che la dit
ta Marietta ꝛc. si igit̃ testõr in. d. casu voluit. d. mõasteria
grauare, seq̃ ꝙ verisimile ẽt sit, ꝙ voluerit ad ea molendi-
num ꝑuenire, ne alias dicant̃ grauata, ꝛ nõ honorata. ꝯtra
regulã. l. ab eo. C. de fideicõ. ꝛ. l. sed ꝛ si sic. in. fin. ff. de lega.
11 iij. † Alioqn nõ teneret̃ ad granũ, ꝛ vinũ ꝑdictũ, ꝛ sic iudi-
cia testõris fierẽt irrita, ꝙ nõ est credẽduꝫ eũ voluisse iuxta.
l. si miles q destinauerat. ff. de milit. test. vñ cũ casus ille eue-
nerit (qꝛ descendentes masculi testõris, ac ẽt vxor eius de-
sunt) seq̃ ex voluntate testõris molẽdinũ predictũ ad ꝑfa-
ta monasteria ꝑtinere. ¶ Tertio hoc ꝓbat̃ rõe ꝓhibite de
tractionis legitime sup. d. molẽdino, noluit. n. testõr aliquo
mõ, ꝙ eius filij ꝓ legitima capent. d. molẽdinũ, vt pluries i
testõ dixit, ꝛ maxime in fi. vbi ꝑcise ꝓhibuit ad molẽdinum
pro. d. legittima recurri, nam ex hoc ostenditur enixa, ꝛ pre
cisa voluntas eius, ꝙ si descedentes eius masculi deficiant
molendinum illud non sit sub libera voluntate. d. suorum
descendentium, sed subiaceat dispositioni pro se facte, ꝛ
restitutioni ex causa fideicõmissi secunduꝫ ꝙ ipse ordinaue-
rat, ꝛ consequenter, ꝙ deficiente vxore sua deueniat ad. d.
Monasteria, semper enim testator hoc videtur consideras-
se, vt scilicet in defectum suorum descendentium molendi-
num perpetuo sit. d. Monasterioꝝ post eius vxorem, ꝛ ꝓ-
pterea prohibuit. d. Monasteria tale molendinum aliena-
re, vt patet in testõ in illo verbo, ꝛ che nõ possino mai li det-
ti frati

ti frati vendere ⁊c. ℭ Quarto hoc suadetur ratione saluta ris remedij pro anima testatoris ab eo ordinati, nam decreuit testator, ꝙ qlibet ex.d. Monasterijs seu eoꝝ Monaci pro anima ipsius testatoris, ⁊ pro remissione suorum peccatorum dicant singulis annis missas.s. Gregorij, ac ēt in qualibet ebdomada duas missas pro quolibet monasterio, vt pꝫ in testō in ver. grauando li detti frati o vero mo

12 naci† vnde cū aīa sit cūctis rebus preferenda.c.precipimꝰ xij.q.j.c.cū infirmitas de peniten. ⁊ remiss.c.solite de ma.

13 ⁊ obe.† ⁊ nemo presumat immemor proprie salutis, vt.c. sancimus.j.q.vij. ⁊ dixit Specu.in tit.de excep.⁊ repli.§.ij. ver.quid si probaꝛ ⁊c.vbi ex alio in casu nostro res esset dubia dꝫ volūtas testatoris interpretari, vt anime sue, ⁊ ꝓprie saluti sit ꝓpitia ⁊ ꝯñr, ꝙ velit missas predictas celebrari ꝑ remissione suorum peccatorum, hoc aūt Monaci predicti non facerent, nec facere tenerētur, si ad.d. Monasteria molendinū nō perueniret, ergo pōt dici voluntatē testōris eē

14 vt Monasteria admittantur, vt.s. ℭ †Et ex predictis oībus.v.loco predicta cōprobanꝛ rōne verosimilis mētis testantis, ⁊ qꝛ si istū casum euentuꝝ cogitasset, verosimiliter sic respondisset, lꝫ.n.verba testātis in specie istū casuꝫ nō exprimant, qñ.s.prius decederet vxor, q̄ꝫ aliquis ex filijs, tñ si fuisset interrogatus, qđ si vxori superuiuat vnus ex filijs ⁊ postea deficiant oēs descendentes ab eo considerati certe verosimiliter, vt ex predictis ꝯstat rñdisset, se velle Monasteria ad Molendinum admitti, merito igitur nos ita iudicare debemus iuxta.l.tale pact.§.fina. cū ibi nota. ꝑ glo. ⁊ alios.ff.de pact.facit.l.titius.§.lutius, vbi bar. ⁊ alij dicūt.ff.de lib. ⁊ posthu. vbi ēt multa ꝯgerit Jas.in.j.nota. ⁊ tradit insignis doct.dñs Franci.de Cur.in consi.lj.super testamentis.ij.col.versi.confirmatur premissa ⁊c.cuꝫ itaqꝫ ex his omnibus cōstet ēt in casum q euenit testatorē voluisse molendinum ad monasteria predicta peruenire, vt eius voluntati pareamus concludendū est in in fauorē.d. Monasteriorum, substitutioni de eis facte locum esse. ℭ Et ex his (vbi recte animaduertaꝛ) apparebūt virtualiter sublata que in ꝯriū allegata fuerunt, saltem pro maiori pte. ℭ Ut tñ iustitia clarius elucescat singulis particulariter responderi pōt, vt.j. ⁊ ex infra ponendis solutionibus veritas iam

15 formate conclusionis clarior reddeꝛ. ℭ †Non ob.igiꝛ supexistentia Hippolyte filie illegittime.d. Nicolai, qm̄ rñdeꝛ eā (ēt si legitima esset) nō fuisse cōsiderata a testatore, nec posită in ꝯditione ad exclusionē substitutorū Monasteriorū, illa.n.verba o descendenti da epsi ⁊c.posita in substitutione Monasteriorū ꝑdictorū debēt oīo inteligi de descēdētibꝰ masculis cū ponanꝛ disiunctiue ad verba illa precedentia ⁊ che nissuno delli mei figli ⁊c.q̄ absolute tñ de masculis

16 intelliguntu (r vt.j.dicaꝫ)† si qđē vna pars disiunctiue, siue alternatiue aliā declarat, vt.l.j.vbi Barto. ⁊ alij.ff.de reb. dub. ⁊ plene dixit.s.primus cōsulēs. Jlla aūt verba, che nissuno delli mei figli ⁊c.ꝙ tantum de masculis intelligi debeant, plene ostensum est ꝑ consulentem, ⁊ maxime ex eo ꝓbatur, qꝛ testator in ꝑmis solū filios masculos Nicolaum ⁊ Joānē tadeū fecit heredes vniuersales, Mariettaꝫ vero filiam feminam, ⁊ legitimam ꝑ prius instituerat in re certa, ⁊ prohibuerat, ne amplius de rebus suis peteret, postea disposuit dicens, Ancho iudico che li detti mei figli morēdo ⁊ di loro rimanessero figli maschi legitimi o bastardi ⁊c.ꝑ q̄ verba dum dixit, li detti mei figli demōstraꝛ, ꝙ tñ de Nicolao ⁊ Jo.tadeo locutus fuit, ⁊ sic đ masculis quos solū instituerat heredes vl̄es, ⁊ de quibus proxime erat locutus sic.n.illa verba li detti ⁊c.importãt, relata ad proxime dicta argu.l.pluribus in prin.ff.de ver.ob.cum alijs adductis per consulentem. ℭ Et vltra eum in simili tradit Corne.in consilio.ccxxx. quamq̄ꝫ in hac.ix.colum.iij.volu. Et similiter in sequen.versiculo.cum testator vtatur eisdem verbis, videlicet li detti mei figli ⁊c.intelligiꝛ loq tñ de masculis faciēdo relationē ad ꝓxime dicta, vt.s. ℭ Ex qbus infertur, ꝙ eodē modo de filijs masculis dn̄t intelligi verba alterius capituli sequentis, dū in eo dr̄, che nissuno delli miei figli ⁊c. loquitur enim de eisdem filijs, de qbus.s.locutus fuerat, cuꝫ sequentia ex ꝑcedentibus declarētur.l.si seruus pluriū.§.fi.de leg.primo sed.s̄.de masculis tantum (vt est dictuꝫ) dixit, ergo ⁊ ibi similiter tantum de masculis loqtur, solum itaqꝫ filij masculi testatoris positi sunt in conditione ad exclusionem substitutorum. ℭ Quod ex alio etiam clarissime demonstratur (pro vt etiam tetigit primus consulens) nam testōr inter certa disponēdo ꝑsupponit filiā eius Mariettā superuiuere, ⁊ vxorem. ⁊ post eā Monasteria ad molendinum ex substitutione admitti, dū disponit, ꝙ si vidua remāserit ipsa Marietta ⁊ nō supersint filij, vel descendentes ex eis prius mr̄, ⁊ postea Monasteria predicta teneanꝛ ei ad certam annuā q̄ꝫtitatē grani, ⁊ vini, prout ēt.s̄.dixi, si igiꝛ hoc presūpponit testator aperte ostenditur, ꝙ in illis verbis ⁊ che nissuno delli miei figli ⁊c.tātū de masculis intellexit. ℭ Quo posito sequitur, ꝙ ēt sequentia verba, videlicet o descendenti de epsi ⁊c.similiter tñ de masculis sint intelli

17 genda per.s̄.dicta. ℭ †Et hoc eo maxime dicendū est, qꝛ ipsemet testator.s̄.tantū descendētes masculos ex suis filijs expressit, vnde sicut ibi cū sit mentio de filijs filiorū exprimitur qualitas masculinitatis, sic ēt, ⁊ in sequentibus dicendū est arg.l.qui filiabus.ff.de leg.j. ⁊ eorū que tradit Bar.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad treb. prout cōcludit quasi in terminis nostris dñs Abb.in consi.xxxvi. videtur primo ꝙ sic, col.fi.versi.nec ob.si dicaꝛ ⁊c.j.vol.vbi pro hoc allegat ēt.l.fin.§.cui dulcia.ff.de vino trit. ⁊ ole.lega. ⁊.l. si seruus plurium.§.fi.de leg.j. ⁊ hoc ēt tetigit ꝯsulens primus. ℭ Et vltra eum dico hoc necessario dicendum sumēdo argu.ab eo, ꝙ testator simili modo loquendi vsus tantum de masculis sensit, nam quando fecit heredes vniuersales Nicolauꝫ, ⁊ Joā. tadeum filios eos inuiceꝫ substituit per hec verba, videlicet ⁊ qualunqꝫ di loro morisse senza figlioli rimanga del luno in laltro, ⁊ sic posuit in conditione simpliciter filios filioruꝫ non exprimendo masculos in quo cum sit substitutus alter filius testatoris debet interpretari senza figlioli, cioe maschi ⁊c. iuxta ea que plenissime tradit patruus ⁊ dñs meus Soci.in repe.l.cum auus.ff.đ condi. ⁊ demon.col.xlv.cum.viij. seq.maxime dum refert illud consiliū Pau.de cast.qđ incipit visis, ⁊ diligenter examinatis ⁊c.vna cum conclusione quā ipse postea ponit in col.lij.ver.quartus casus ⁊c.quā ēt firmat in ꝯsi.xiiij.iij.volu.si igitur testator ponendo simpliciter filios filiorū in conditione absqꝫ eo ꝙ de masculis exprimat soluꝫ de masculis intelligit in illa prima substitutione, eodem modo debet intelligi, quod voluerit in substitutione de qua agimus, tantum đ masculis intelligere, argumento.l.liberorum.§.

18 quod tñ cassius.ff.de lega.iij. ℭ †Facit qꝛ verba que sunt dubia, ⁊ ad diuersos sensus trahi possūt, debēt intelligi ꝭm ꝯsuetudinē ꝓferētis.vt voluit Bar.cōiter approbatus in l.centurio col.ix.ver.vel quid si in precedentibus ⁊c.ff.de

19 vul. ⁊ pupil. ℭ †Preterea qñ filij filiorum ponunꝛ in conditione ad exclusionē substituti, esto ꝙ nō habent voluntatem dispositiuā dicuntur tñ habere qualē qualē voluntateꝫ defuncti, qui cogitauit ad eos bona sua peruentura ex dispositione parentū eoruꝫ tacita, vel expressa. ⁊ propterea ꝑ testatorē dicunꝛ prelati substituto, vt.l.lucius in fi.ff.de heredi.insti. ℭ Ubi ergo filij filiorum essent tales, q talē voluntatem testatoris non haberent saltem presumptiue licet filij sint non debēt excludere substitutum, qꝛ non habent il

20 lud propter qđ exclusio causatur, †sed in proposito.d. Hippolyta, licet sit filia Nicolai, ⁊ sic neptis testatoris non habet talem voluntatem eius, qđ patet, qꝛ cū testator filiā propriam legitimam, ⁊ naturalem noluerit substitutis preferre sed tantum filios masculos, ⁊ eos non, qꝛ filij sint simpliciter, sed qꝛ masculi, nō creditur ēt voluisse preferre istā Hippolytam neptem, qꝛ in ea non est qualitas masculini sexus ne alias diceretur testator plus neptem, q̄ꝫ filiam propriam dilexisse contra.l.si viua matre.C.de bon.mater.ergo sequitur, ꝙ illa non dicitur vocata ad exclusionem monasterioꝝ substitutorum. Et ita per hanc considerationeꝫ eā plenius declarando hanc partem in simili defendit dñs meus Soci.in.d.cōsi.xiiij. ℭ Et ex hs omnibus saltē simul iunctis. clare constat.d. Hippolytam, vel eius superexistentiam nō esse impedimento.d. Monasterijs qn ad prefactuꝫ molendinum admittanꝛ, ⁊ lꝫ alias verba illa o descendenti di epsi per se tñ ꝯsiderata ēt feminas comprehenderent, vt in contrariū dicebaꝛ, tñ in casu isto pp rōnes ꝑallegatas soluꝫ de masculis intelligunꝛ, videmur.n.hic esse in materia diferen

ti inter masculos, & feminas ex mente testatoris, quo posito ēt verba cōis gñris solū de masculis intelliguntur, vt est gl. singularis in.c.hec imago sup ver.in homine.xiiij.q.v.quaz ita declarando sequitur dominic.de.s.Gemi.in.c.generali. de elec.lib.vj.iiij.col.versi.qd intelligo verum, & hoc generaliter voluit Bar.in.l.j.ff.de pecu.si bene consideretur & ita declarat, & sequitur Are.in cōsi.xxxix.in facto dicit̃ &c. ij.col.ver.p hac decisione. ¶ Et propterea.d.meus Soci. in consi.lxiij.visis testamento &c.ix.col.iij.vol.concludit in casu suo, q verbum attinentes non continet feminas propter rationem differentie de qua per eum. ¶ Non ob.mo
21 do que secūdo loco p̃ Monasteria allegabantur, † nam lz Monasteria non fuerint substituta Joāni tadeo, sed vxori testatoris. Ex quo tñ prius decessit Monasteria in locum eius subintrantia dicunt̃ admitti, eo qd apud ipsum Joānē tadeum heredem remanserit.d.molendinum cum onere restituendi.d.Monasterijs prout fuerat grauata vxor testatoris, vt est tex.in.l.varia.§.pro.ij.ff.de cadu.tol. & ita in effectu voluit Bar.in.l.q̃diu la vltima.ff.de acqui.here.per il
22 lum tex.in versi.is aūt qui tertio &c.qui tex.clare vult, † q si deficiat primus substitutus, & deinde institutus, vocatur qui scdo loco fuerat substitutus, & idē probat̃ ēt in.l.coheredis in prin.ff.de vulg. & pup. & cū Bar.in.l.q̃diu transeunt Bal. Jmo. & Ang.qui dicit se ita ɔsuluisse, & sequitur ēt Pa.de cast.qui similiter dicit se ɔsuluisse, & q ambo Raphaeles ita consuluerunt, & ita in specie predicta referendo concludit patruus, & dñs meus Soci.in cōsi.lij.vt veraz testatricis &c.in vltima col.vult.n.ipse, q qñ fit substitutio fideicōmissa. & fiunt duo gradus, licet primus gradus deficiat, secūdus tñ vocat̃, vt patet ibi per eū in verbo quartus & vltimus casus &c.vnde cum ita sit in casu nostro, qr filij, & heredes testatoris, si absqz liberis masculis decedāt sint p fideicō.grauati ad molēdinuz vxor testatoris q̄ simil̃r post eius mortē erat fideicō. grauata.d.Moāsterijs, debēt.d. Monasteria admitti licet vxor predecesserit per rationem predictam & ex quo nūc reperit̃ conditio impleta vtriusqz
23 fideicōmissi saltē in effectu, † & lz vxor realiter nō senserit cōmodū ex.d.fideicōmisso, non tñ onus, qd ei erit iniunctū infringit̃, qr satis est, q erat a testatore honorata, nec ipsa aliquo modo fuisset ad illud onus obligata, nisi realiter sensisset ex testō cōmodū, sed onus ei iniunctū remāsit apud Joānem tadeū plenissime a testatore honoratum per.d.§.pro. ij. & hoc modo dicitur satisfactum regule.d.l.ab eo.C.de fi
24 deicō.cum simi. ¶ † Nec ob.d.l.qui habebat de vulg. & pupilla. & regula per eam sumpta, & in contrarium allegata qr illa procedit in pupillari substitutione, prout ibi illum tex.declarant, & intelligunt Bar.Bal.Pau.de cast. & alij, & eleganter tradit dñs meus Soci.in.d.consi.lij.col.pen. ver.secūdus casus &c. & allegat rationes, qr scilicet spes substitutionis pupillaris non transmittitur, nos autem loquimur in fideicōmissaria substitutione, in qua per rationē predictam aliud est, vt est dictum. ¶ Nec ob.etiā decisio Oldra.in.d.consi.clxxvij.qr(vltra q loquitur in diuersis terminis a casu nostro) & propterea ex ea non potest argui.l. naturaliter.§.nihil cōmune.ff.de acqui.posse.cuz similibus Responderi potest, q illa decisio non est de iure vera, & sapit iniquitatem, & plurimum aduersatur voluntati testatoris, & illam in specie reprobat Areti.in.d.l.quamdiu, & in l.si mater.§.fina.ff.de vulg. & pupil. & respondet ad omnes, rationes Oldra.vt per eū videri pōt, ad quē me remitto, & similiter eam reprobare intendit Jaso.in.l.j.ff.de vulga. & pupil.colū.viij.dum se remittit ad dicta pro Areti.in locis predictis, & ita alias dum pisis legerē apud insulā corsice cōsulendo illā decisionē Oldra.reprobaui, quā ēt inspecta maxima equitate reprobat Ang.in ɔsi.xciij.visis inspectis omnibus &c.iiij. & .v.col.sed super hoc nō insisto, qr(vt dixi)casus Oldra.est diuersus a casu nostro. ¶ Demuz nō ob.qd. iij.loco allegat̃ p̃ Monasteria, qm̃(vt egregie dixit primus
25 ɔsulēs) † expressio talis ɔdōnis nihil dz opari, qr eadē tacite inerat p regulā.l.iij.ff.de leg.j.nā si vxor Andronica simpliciter fuisset grauata post mortē suā, vt ipsa teneret̃ put testator ordinabat, inerat necessario ɔdō.s.si ipsa dcedat post mortē filioꝝ testōris sine liberis masculis decedentium, cū alias ad eā molēdinuz nō erat peruentuꝝ, vt in pcedenti capitulo testamēti appet, & onus eidē iniūctū cēset̃ factū in eū casum quo ipsa grauari potuit, & molendinuum ad eā peruenerit, & sic recte cōsiderādo conditio, que exprimitur in illis verbis, Morendo poi la mia dōna &c.prout in ɔsiium allegabat̃, oino tacite inerāt ad validitatē fideicōmissi, put testator voluit ergo(vt dixi)eius expressio, nihil dz operari
26 † sed qñ sic simpliciter fuisset grauata licet ipsa pdecesserit, & sic nō potuerit potiri fideicōmisso, tñ onus illi iniunctum remaneret apud heredes vna cū.d.molendino, cū onere tñ restituendi, put erat grauata ipsa vxor, vt.d.l.vnica.§.pro. ij.de cad.tol.put voluit Bar.in.d.l.quādiu, & tradit Areti.in cōsi.clvj.diligenter visis, ergo idē dicendum est in casu isto, vt plenissime demonstrauit primus consulens, ad quez me remitto.q optie hāc ɔsiderationē defēdit ab oibus q̄ in ɔsiū allegari possent. ¶ Sed vltra ɔsulētē aliter, & ɔcludēter ad argumētū rñdet̃ negādo, q simus in ɔdōne volūtaria, imo dico, q sumus in necessaria ad actū, nā si tacite inerat, vt mō dixi, ergo dr̃ ad actū necessaria, igit̃ seqt̃, q non refert, qd ex eqpollentibus fiet p doc.Bar.cōiter approbatā in.d.l.gallus.§. & quid si tm̃.ff.de lib. & postu.equipollens aūt est(quo ad voluntatē testatoris)q Joānes tadeus decesserit sine liberis post mortem vxoris ei qd est expressuz videlicet si vxor postea decedat, nam cum testator voluerit necessario, & oino deficiētibus eius liberis masculis molendinū puenire ad Monasteria predicta saltē post mortē vxoris cū venerit tunc casus, q liberi predicti deficiāt, & non sit vxor q̄uocūqz euenerit, non refert, qlibet enim modus (siue vxor precedat, siue postea) in hoc dicitur equipollere
27 merito Monasteria debēt admitti. ¶ † Et vltra dico posito, q expressa ɔditio a testatore sit voluntaria, tñ sufficere debet casus, qui euenit, vt sic substitutio in illum casum expressum facta trahatur ad casum, qui euenit pp omnimodā voluntatē testātis, nā hoc tolleratur ēt in cōditione voluntaria.qñ in ea testator respexerit effectū, put virtualiter voluit Bar.in.d.§. & qd si tm̃, si bene ɔsideret̃, put eū ɔsiderat, & declarat ita firmādo.d. & patruus meus Soci. ibi in vlti.not.refert, & sequitur Excellentis.etate nostra Jurisconsultus, & cōpater meus.do. Phylip.deci.in cōsi.ccxxvij. in casu ad me transmisso &c.col.fi.ver.non ob.qd.s.dr̃ &c. sed in proposito nostro dico q testator in hac conditione, Morendo poi la detta mia dōna &c.dr̃ cōsiderasse effectū vt.s.nec ipsa, nec liberi ipsius testantis masculi extent, put patet ex sequentibus verbis, Et che nissuno delli miei figli o descendenti di essi sopravenisse, &c. & qr volebat deficientib9 liberis ei9 masculis(iuxta supius declarata)q vxor dū viueret haberet molēdinū, & post eius mortē q haberēt monasteria predicta, vt ex rationibus.s.adductis constare potest, qui effectus nūc ɔsideratur & repitur, qr nō reperiūtur, nec vxor nec liberi testatoris, merito cōcludēdū est substitutionē d.d.moāste. fcāz in casuz q euenit, oino locū habere.

Maria.Soci.iunior.J.V.D.Senis.

✣ CASVS ✣

¶ Domina Tagia de istia in eius vltimo testamento iure institutionis reliquit domine Mariane eius filie florenos cētum, casaienum quendam, & alia quedam bona, vt in.d.testamento latius apparet. Jn omnibus autem alijs suis bonis suum heredem vniuersalem instituit Vrsatum eius maritum & hoc testamento sic condito cuius copia trasmittitur, decessit.d.testatrix.

¶ Et post predictus Vrsatus heres institutus predicte testatricis hereditatem adiuit, & bonorum hereditarioꝝ possessionem pro aliqua parte accepit. Modo domina Mariana predicta dicens testamentum non valere in eius preiudicium, eo q ipsa non fuerit in eo instituta heres vniuersalis, intendit auferre Vrsato predicto hereditatem, & bone testatricis matris eius.

¶ Queritur, an sit audienda.

✣ SVMMARIVM ✣

¶ Voluntas testantis pro lege seruatur.

¶ Et institutus in re certa habetur pro legatario, & quo respectu

respectu.

¶ Filia in rebus certis instituta non potest impugnare testamentum, sed solum petere supplementum legitime.

1 Dispositum per testatorem, vt.l. seruari debet.
2 Arbitrium morientium, dummodo legi non repugnet, debet liberum concedi.
3 Interpretatio fauore vltime voluntatis, presertim quo ad heredis institutionem; in testamentis fieri debet plenior.
4 Filia preterita a matre an possit eius testamentū annullare.
5 Institutus in re certa, alio herede vniuersali instituto, potius legatarius dicitur.
6 Filie sufficit ꝙ relinquatur aliquid iure institutiōis, ad hoc vt testamentum non possit rescindere.
7 Filio hodie legitima iure institutionis relinqui debet.
8 Filius cui minus legitima relinquitur potest ad eius supplementum agere.
9 Filius quando preteritur, vel exheredatur, debet inseri causa.
10 Institutus in re certa, alio vniuersaliter instituto, quo ad onera non dicitur heres.
Sed dicitur heres, vt a querela excludatur.
11 Filio licet non relinquatur iure institutionis an conseruetur testamentum, ⁊ heredis institutio.

CONSILIVM XCI

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie.
Presentis ꝯsultationis resolutio ita clara
est, vt careat probabili dubitatiōe, igitur cū
veritas aptissima sit, ⁊ per se splēdeat ita vt
verboꝝ non indigeat adminiculo, ⁊ ēt qꝛ consultans instat
paucis agam, ⁊ conclusiue loquar. Dico ergo ⁊ concludo
predictam do. Marianam minime debere audiri, qꝛ valet
testm̄, ⁊ Vrsattus dr̄ de iure heres vniuersalis p̄dicte Tagie testatricis, prout in testō fuit institutus,
1 † quodcunqꝫ.n.
(lege non repugnante) disponitur per testatorem debet velut lex seruari, vt est tex.in.§.disponat.in auc.de nup.colū.
iiij ⁊ in hoc.s.vt testantium voluntates impleantur, vnica,
⁊ precipua dicitur legis intentio, vt in auc.de hered. ⁊ fal.
§.exheredatos.col.j.⁊ in auc.de iurei.a mor.presti.in prin.
2 col.v. † debet si qdem morientium arbitrium (cum iteꝝ nō
redeat modo legi non repugnet) liberum ꝯcedi, vt.l.j.C.de
sa.sanc.eccle. ⁊ publice dicitur interesse suprema hominum
iudicia exituꝫ habere, vt.l.vel negare.ff.quemad.testa.ap.
⁊ propterea dicit tex.in.l.in testamentis.ff.de reg.iur.⁊ ibi
3 declarant doct. † ꝙ in testis plenior debet fieri interpretatio fauore vltime volūtatis, ⁊ presertim quo ad heredis institutionem, vt ibi signanter declarat Excel.doc.do.Philip.deci. ⁊ ex his cum quibus ēt plurima alia congeri possent clare concluditur pro obseruantia testamenti, de quo
agimus, ⁊ vt voluntas testatricis impleatᷣ predictū Vrsattum debere in hereditate, quam adiuit, ⁊ accepit, conseruari, ⁊.d.dn̄am Marianam ab eius petitione excludēdā esse.
4 ¶ Solum ergo remanet difficultas tollere ea, que in contrarium (licet friuole) allegari possent. † Naꝫ cum ipsa dn̄a
Mariana sit filia testatricis, ⁊ videatᷣ preterita, qꝛ non est
exheredata, nec ēt vr̄ instituta, ex quo heres vl'is dr̄ institutus predictus Vrsattus, cum duo heredes vni insolidum
esse non possint.l.qđ ꝯtra.§.vni duo.ff.de reg.iur. vr̄ ꝙ possit venire ꝯ testm̄ matris, ⁊ ip̄m annullare, cū in testō nulla
fuerit allegata cā, cur nō fuerit heres vl'r instituta per text.
5 in auc.non lꝫ, ⁊ in corpe vnde sumitᷣ.C.de inoffi.test. † Nec
vr̄ obstare, ꝙ quedam fuerint ei relicta iure instōnis, qꝛ ꝑꝑ
illud solū dr̄ instituta heres in rebus certis, ⁊ ꝯn̄r, cū alius
sit in testō hr̄s vl'r institutus, illa dr̄ esse nō hr̄s vera, sꝫ legataria potius, vt vr̄ casus in.l.quotiēs.C.de hr̄.insti. vbi declarāt oēs doc. si igitᷣ illa bona nō dr̄ hr̄e, vt hr̄s, sꝫ vt legataria, seqtur, ꝙ nō vr̄ hr̄e iure instōnis, ⁊ ꝑ ꝯn̄s vr̄, ꝙ possit
venire ꝯtra testm̄ ꝑ predicta. ¶ Verū tm̄ predictis nō ob.
que vere nihil obstāt, ꝯcl'onē.s̄.firmatā verissimā, ⁊ indubitatā arbitror ꝑ iura p̄allegata. Nec ob. ꝙ dn̄a Mariana
6 filia testatricis, nō fuerit hr̄s vl'r istituta, † qm̄ rn̄detᷣ hoc nō
esse necessariū ad validandū testm̄, sꝫ tm̄ opus est, ꝙ filie relinquatᷣ aliqd iure, ⁊ titulo instōnis, vt videtᷣ tex.in.§.aliud
quoqꝫ capl'm.in auc.vt cū de appella.cognos.col.viij. ⁊ ibi
gl. ⁊ doc.declarant, ⁊ est casus aptissimus in.§.ceteꝝ.in eo.
tit. vbi expresse dr̄, ꝙ si filius fuerit hr̄s vocatus ēt in certis
rebus, nullo mō dꝫ testm̄ rescindi, sꝫ tm̄ dꝫ filius petere supplemētū legitime, si bona eius iure instōnis relicta ad legitimam nō sufficiāt, ⁊ hoc ad instar antique legis, ita.n.caue-
7 batᷣ ꝑ.l.oīmodo.C.de inoffi.test. † ⁊ in eo solū fit innouatio
ꝙ vbi olim ꝑ.d.l.oīmodo sufficiebat filio aliqd relinquere
ꝑ quēlibet titulū, hodie reqritᷣ, ꝙ relinquatᷣ iure instōnis, vt
in iuribus predictis.s̄.dictū est, vn̄ cū in ꝓposito dn̄e Mariane predicte a matre eius testatrice fuerint plura relicta
iure instōnis, vt ex testō ꝯstat, ⁊ in puncto narratᷣ, seqtᷣ ꝙ
8 testm̄ nullo mō pōt ꝑ eā rescindi. † Fateor tm̄ ꝙ si bona ei relicta nō ascēderēt ad ltīmā eidē iure nature dbitā, posset petere ipsius ltime supplemētū, vt dꝛ in.d.§.ceteꝝ. ⁊ .s̄.dixi.
¶ Et ex his pꝫ exᷣ ꝓpositū all'ari, ꝙ in testō mr̄ nō adduxe-
9 rit cām, cur filiā vl'r nō instituerit, † qm̄ illud est necīuꝫ dūtaxat, qn̄ filius p̄teritᷣ, vel exhr̄datᷣ, vt dr̄ in.d.§.aliud quoqꝫ
capl'm. nō aūt qn̄ filius in aliqbus rebus instituitᷣ, qm̄ tunc
dr̄ satisfactū legi ex eo solū, ꝙ filius fuerit istitutus, vt.d.§.
ceteꝝ. ¶ Nec ob. ꝙ al's institutus in reb9 certis, dꝛ legatarius, ⁊ nō hr̄s, vt.d.l.quotiēs, qm̄ rn̄detᷣ, ⁊ aduertēdū est,
10 † qꝛ aliqn̄ qritᷣ, vtꝝ institutus in rebus certis alio vl'r instituto hr̄de hēatᷣ ꝓ hr̄de, quo ad onera, ⁊ iura hr̄ditaria, ⁊ dōm
est, ꝙ nō, ⁊ ita ꝓcedit.d.l.quotiēs.cū mā ꝓut ibi declarāt
doc. ⁊ de hoc nō q̄rimus in casu nr̄o. Faterer.n. ingenue p̄dictā dn̄aꝫ Marianā in certis reb9 institutā nō hr̄i ꝓ hr̄de,
quo ad onera, ⁊ iura hr̄ditaria, nā illa sequuntᷣ.d.Vrsattū
vl'r institutū ꝑ.d.l.quotiēs. Aliqn̄ vō q̄ritᷣ, vtrū filius in rebus certis institutus, alio hr̄de vl'r instituto, dicatᷣ vere hr̄s
institutus, vt sic excludatᷣ a q̄rela, ⁊ ruptela testi, ⁊ certū ē,
ꝙ sic, vt est casus in.d.§.ceteꝝ, vt.s̄.idixi, ⁊ de hoc q̄rimus
in cāu nr̄o, cū igitᷣ (vt.s̄.dcm̄ est) dn̄a Mariana fuerit in rebus certis instituta, vere dr̄ hr̄s in.d.rebus, ⁊ dꝫ oīno exclu-
11 di a q̄rela, ⁊ ruptela testi mr̄ni ꝑ p̄dicta. † Quinimo fortius
dici posset, ꝙ forte ēt si nō esset exp̄sse dcm̄ iure instōnis adhuc idē eēt dōm quo ad cōseruationē testi, ⁊ vl'is instōnis
hr̄dis, tū qꝛ dn̄e Mariane p̄dicte bona dn̄r in testō mr̄is
relicta ꝓ dote, tū ēt qꝛ in fine testi adest cl'a codicillaris, ꝓut
hec ꝯcludit Corn.in ꝯsi.ccxcviij.incip.an̄ oia.ij. ⁊ .iij.col.j.
vol. quē cū qsqꝫ vidē possit, breuitatis cā, al'r nō referā, nec
sup eo aliqd firmabo, qꝛ hec discussio in casu isto nō est necessaria, ex quo fuit exp̄sse dictū iure instōnis ⁊c. ¶ Remanet itaqꝫ ex p̄dictis clara ꝯcl'o ꝙ dn̄a Mariana p̄dicta volens testm̄ rescindi, ⁊ Vrsattū ab hr̄ditate remoueri, nō est
audienda, quam conclusionem, vt iam dixi, procul ab omni
dubitatione arbitror. Laus Deo.

Maria. Soci. iunior. J.V.D. Senis.

CASVS

¶ Andreas todeschinus de Saietano in eius testamento Jacobum eius filium pupillum heredem instituit vl'em, ⁊ quibusdam suis filiabus reliqt dotes quasdaꝫ iure instōnis ⁊ postea in testō dr̄, ꝙ si.d.Jacob9 decederet sine filijs ltimis, ⁊ nālibus substituit Vrsinā eius vxorē, si supuiueret, si mortua fuerit, ⁊ ipse Jacobus decederet sine filijs legitimis ⁊ naturalibus, ꝙ oēs eius filie preter Hieronymuꝫ coadequentur cum dotibus Pollonie alterius eius filie, ⁊ in residuum omnium suorum bonorum succedat sacristia sancti Francisci de Sarteano pro ornamentis eius.

¶ Modo hoc testamento sic stante, ⁊ iam mortuo testatore, ⁊ domina Vrsina eius vxore, decessit Jacobus agens annum decimum quintum, ⁊ sic iam factus maior quatordecim, post cuius mortē sorores eius velut heredes ipsius bona eius tenebant, vel aliquis ex maritis illaruꝫ pro eis tenebat, ⁊ possidebat, lapso deinde certo tempore fratres sancti Francisci nomine dicte sacristie asserentes se dicto nomine esse heredes petierunt se mitti in possessionem dictorum bonorum, ⁊ eadem die qua petierunt, per iudicem immissi sunt, non auditis iuribus dictaruꝫ sororum defuncti, quarum nomine bona possidebantur.

¶ His sic stantibus queritur, ad quem spectet hereditas dicti Jacobi, et quis debeat in possessione eius permanere.

SVMMARIVM.

¶ De substitutione facta filio, si sine liberis decedat, per verbum succedat, quod sit compendiosa.
¶ Fideicommissarius vniuersalis, an, et quando sit mittendus in possessionem stante etiam statuto de eo.
¶ Et quomodo intelligatur statutum, quod procedatur sine strepitu, et figura iudicij.

1 Substitutio facta filijs, si sine liberis decedant, est compendiosa sub se plures substitutiones comprehendens, videlicet vulgarem, si contingat ante aditam hereditatem decedere, item pupillarem, si impuberes moriantur post aditam hereditatem, item fideicommissariam, si puberes iam facti post aditam hereditatem decedant.
2 Substitutio vulgaris post aditam hereditatem expirat. Pupillaris autem post an. xiiij.
3 Verbum succedat, est verbum commune.
4 Substitutio compendiosa, quando fit per verbum commune, dicitur etiam continere fideicommissariam post etatem pupillarem.
5 Substitutionis fideicommissarie natura est, quod per eam de manu heredis accipitur.
In directa hereditatem propria auctoritate accipere potest.
6 Hereditarie res si per substitutum fideicommissarium inueniuntur occupate sine heredis facto restituere tenetur.
7 Fideicommissarius nullum ius habet super bonis hereditarijs, nisi post, saltem verbo, factam restitutionem.
8 Fideicommissarius ante restitutam, saltem verbo, hereditatem non potest petere se mitti in possessionem rerum hereditariarum per remedium. l. secunde. C. de edic. diui adriani tollen.
9 Statutum dicens, quod ille in quem hereditas per fideicommissum fuit translata mittatur in possessionem dicte hereditatis, debet intelligi postquam, saltem verbo, fuerit restituta.
10 Statuta simpliciter loquentia secundum ius commune intelligi debent.
11 Missio in possessionem fulminanter, et non auditis iuribus quia eo die quo fuit petita immissio, fuit facta, et sic sine cause cognitione, est nulla.
12 Sententia eorum, qui de mane accipiunt processum, et de sero iudicant eodem die, dicitur ipso iure nulla.
13 Satuto si caueatur quod in missione in possessionem, vel in alia causa procedatur summarie, de plano, et sine strepitu, et figura iudicij, probationes tamen legitime, et necessarie, et defensiones admittuntur.
14 Judex non potest pretermittere ea, que sunt de substantia iudicij.

CONSILIVM XCII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, et iustitie. Quoniam coram doctissimo viro res agitur, paucis agam. Videndum ergo in primis est pro resolutione presentis consultationis, que substitutio facta fuerit ipsi Jacobo per Andream testatorem, et patrem eius, et cui substitutioni in presenti casu sit locus, quo declarato videndum erit apud quem debeat esse hereditas dicti Jacobi, vt sic intelligamus quis debeat in possessione permanere.

1 ¶ † Circa primum breuiter instando dico, et concludo, quod substitutio que facta fuit, dicitur compendiosa, quia sub illo verborum compendio fuerunt comprehense plures substitutiones videlicet vulgaris, si contigisset Jacobum decedere ante aditam hereditatem. Item pupillaris, si mortuus fuisset impubes post aditam hereditatem, et de his nulla dubitatio est, vt per Bartolum, et alios in. l. centurio. ff. de vulgari et pupillari. et in. l. precibus. C. de impuberum et alijs substitutio. tradunt Canoniste in capitulo raynutius. de testamentis. in antiquis, et in capitulo si pater. de testamentis. libro sexto. item etiam dicitur in ista compen-
2 diosa comprehensa substitutio fideicomissaria, † videlicet si Jacobus post aditam hereditatem (per quod expirasset vulgaris, vt. l. post aditam. C. de impuberum.) et post decimum quartum annum perfectum (per quod expirasset pupillaris, vt in. §. masculo. instituta de pupillari substitutio.) iam factus pubes decesserit, quod patet quia in casu nostro
3 substitutio ista compendiosa fuit facta † per verbum succedat, quod dicitur verbum commune, vt per Bartolum in dicta. l. centurio. columna finali, versiculo quinto dubitatur
4 cum quo transeunt doctores communiter, † quando enim compendiosa fit pupillo per verba communia dicitur continere etiam fideicommissariam post tempora pupillaris etatis vt plene tradit Bartolus in dicta. l. centurio. in octaua nona et decima columna vbi post longam disputationem ita concludit in versicu. si vero neque mater etc. et cum Bartolo transeunt communiter doctores, licet nonnulli tenuerint, quod sit omni tempore fideicommissaria de quibus ibi per Bartolum et Moderniores, hoc tamen pro nunc aliter non discutiam, quia non facit ad casum nostrum. Ad omnes doctores in dicta. l. centurio. in dicta. l. precibus. in dicto capitulo Rainutius, et in dicto capitulo si pater. in hoc sunt concordes, quod compendiosa facta per verba communia post pupillarem etatem valet iure fideicommissi.

¶ Igitur hec ad casum nostrum applicando, cum Jacobus de cuius hereditate agitur, decesserit iam factus pubes, et agens annum decimum quintum sequitur, quod substitutio eidem facta de sacristia sancti Francisci debet isto casu interpretari fideicommissaria cum fuerit compendiosa, et per verbum commune, succedat, facta.

5 ¶ Quo sic posito, prout rei veritas est, † dico quod de natura fideicommissarie substitutionis est, vt qui per eam vocatur capiat de manu heredis, vel heredis heredis, qui dicitur ad restitutionem ex causa fideicommissi grauatus, vt instituta de fideicommiss. heredita. per totum, et in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari et pupillari. et in toto tit. ff. et C. ad trebellianum senatusconsultum. cum similibus, et tradunt plene Doctores in dicta. l. centurio. et alijs locis supra allegatis, et in hoc differt ista substitutio fideicommissaria a substitutione directa puta vulgari, pupillari, vel simili, quia per directam quando quis vocatur potest propria auctoritate accipere hereditatem, non expectato facto alterius, sed quando per fideicommissariam quis vocatur, non potest per se capere hereditatem, sed opus est, quod ei per heredem
6 grauatum restitutatur, † et adeo quod si res hereditarie sine facto, et voluntate heredis reperiantur, per substitutum fideicommissarium occupate, tenetur heredi eas restituere, quia de manu heredi capere debet, vt probatur in toto titulo. ff. quorum legatorum, et tradunt Bartolus, et alij in. l. pri-
7 ma. ff. de legatis primo. ¶ † Et ratio est, quia fideicommissarius nullum ius super bonis hereditarijs dicitur habere, nisi post factam ei restitutionem hereditatis saltem verbo, vt l. restituta. in principio, et ibi tradunt doctores. ff. ad trebel-
8 lianum. ¶ † Et hinc est, quod licet alias heres, vel substitutus directus possit petere se mitti in possessionem rerum hereditariarum per remedium. l. secunde. C. de edicto diui adriani tollendo. tamen substitutus per fideicommissarium non potest illud petere, nisi prius fuerit ei restituta hereditas saltem verbo, vt singulariter volunt doctores in dicta. l. secunda. maxime Salycetus in prima columna, versiculo quero secundo quid de fideicommissario vniuersali etc. et ibi allegat dicta. l. restituta, et rationem predictam.

¶ Ex predictis itaque, ad casum nostrum ea applicando, concluditur in primis, quod Jacobus qui factus pubes decessit, dicitur in effectu grauatus restituere hereditatem patris eius predicte sacristie, et cum istud onus videatur impositum dicto Jacobo morienti, transit post eum in heredes eius, qui tali onere censentur grauati, vt dicta. l. coheredi. §. cum filie, et consequenter transit in sorores dicti Jacobi, que velut proximiores ei ab intestato successerunt, vt est tex. in auc. cessante, et in corpore vnde sumi. C. de leg. her. Iste ergo sorores dicti Jacobi vti vere, et legitime heredes, eius

eius debet capere bona, et hereditatem ipsius, et ipse postea tenentur ex causa fideicommissi restituere sacristie predicte secundum voluntatem testatoris, vt dicto. §. cum filie. Et tunc predicte sorores, et heredes Jacobi detrahere poterint ex dicta hereditate illud, quod inde detrahendum est tam secundum ordinationem testatoris, quam etiam secundum iuris disputationem, debent igitur sorores predicte, vt heredes Jacobi poni, et conseruari in possessione dictorum bonorum, et sacristia contra eas agere postea debet ad restitutionem ex causa fideicommissi secundum preallegata.

9 ¶ †Nec huic conclusioni ob. statutum Sarteanése sub rubrica de mittendis in possessionem hereditatis defunctorum quatenus vult, quod etiam ille mittatur in possessionem hereditatis, in quem illa fuerit per fideicommissum translata. ¶ Quoniam respondetur, quod tale statutum debet intelligi, postquam fuerit restituta hereditas saltem verbo quia antea hereditas in fideicommissum non dicitur translata, vt dicta. l. restituta, et supra dixi. ¶ Et quod ita debeat

10 intelligi, †probatur etiam quia statuta simpliciter loquentia debent semper interpretari, et intelligi secundum ius cómune iuxta ea, que habentur in. l. si serui nostri. C. de noxali. et in. l. finali. §. in computatione. C. de iure deliberandi. et tradit Bartolus in. l. omnes populi. in sexta questione principali. ff. de iustitia et iure. et ita solent communiter dicere consulentes, vt per Joannem calderi. in consilio nono, quicquid disputetur in titulo de constitu. dixit Corneus in consilio primo. pro decisione. columna finali, secundo volumine, et in consilio vigesimo sexto, si recte in principio, et in consilio sequen. circa primum columna penultima, tertio volumine. patruus, et dominus meus Socinus in consilio decimo, consideratis secunda columna, tertio volumine. et Andreas barba. in consilio vigesimo primo. et quidem viso, columna octaua versiculo, et si quispiam, primo volumine. ¶ Unde cum de iure cómuni fideicómissarius vniuersalis tunc mitti debeat in possessionem quando ei facta fuerit restitutio saltem verbo, vt supra dictum fuit, statutum predictum simpliciter dictás fideicómissarium in possessionem mittendum, debet a iure communi interpretari, et sic debet intelligi, quando prius fuisset ei facta restitutio saltem verbo, cum autem in casu nostro sacristie predicte, seu fratribus predictis eius nomine non fuerit vnquam facta restitutio etiam verbo per dictas sorores, et heredes Jacobi, sequitur quod non potest dicta sacristia, nec aliquis eius nomine petere eam mitti in possessionem cum adhuc ius dicte hereditatis in eam non sit translatum ex defectu restitutionis, debet ergo prius petere sibi hereditatem a. d. sororibus, et heredibus Jacobi restitui, et postea eo facto poterit in possessioné mitti. ¶ Nec predictis obstat si dicatur, quod iam dicta sacristia fuit missa in possessionem, et propterea videtur, quod in ea debeat conseruari maxime per regulam. l. dolo facit. ff. de doli exceptione. Quoniam respondetur in primis, quod d. immissio fuit iniusta, et contra iuris regulas facta, vt patet ex predictis, et propterea retractari nunc debet, cum super hoc vertatur lis inter predictas partes, et hoc est, quod per magnificos dominos dicitur in effectu commissum honorando

11 Potestati Sarteani. ¶ †Secundo etiam respondetur, quod d. immissio fuit ipso iure nulla, et inualida, eo quod fuerit fulminate facta, et non auditis iuribus dictarum sororum, et sic non precedente legitima cause cognitione, quod patet, quia eodem die fuit facta talis immissio, quo de ea fuerat facta petitio, et per consequens dicitur fulminata, et facta sine cause cognitione, et per consequens dicitur nulla per ea, que tradunt Bartolus, et alij in. l. prolatam. C. de sententijs et interlocutorijs omnium iudicum. et Geminia. in. c. ponderet. quinquagesima distinctione, vbi expresse di-

12 citur, †quod sententia eorum, qui de mane accipiunt processum, et de sero eodem die iudicant, dicitur ipso iure nulla tanquam fulminata, et lata sine cause cognitióe, et ad hoc plura allegari possent, de quibus plene per Andream barbat. in consilio sexto, illud in medium adducam secunda et tertia columna, quarto volumine, vbi videndum est, et per Ludouicum bologni. in consilio. xxxvj. presupposita igitur secunda columna, versiculo tertio facit et c.

13 ¶ †Nec obstat si dicatur, quod talis immissio ex forma statuti fieri debet summarie de plano, et sine strepitu, et figura iudicij, et ideo dicatur, quod nó debet dici nulla, propterea quod eodem die facta sit quo fuerit petita. Quoniam respondetur, quod licet per talia verba statuétes voluerint, quod in tali immissione non seruetur ordo iuris, et solemnitates multe iudiciarie, non tamen voluerunt sic causam abbreuiare, vt probationes necessarie, et legitime defensiones fieri nó possint,

14 †non enim potest iudex pretermittere ea, que sunt de substantia iudicij, vt est textus in clementina sepe, de verborum significatio. et ibi plene per Cardinalem, et voluit Bartolus in extrauagan. ad reprimendum super dictis verbis, ita etiam voluit Cumanus in consilio septimo, visis compromisso prima columna, et tradit Ludouicus bologni. in dicto consilio. xxxvj. tertia columna, versic. nec obstat si quis obstinate dicat et c. Et hoc etiam probatur ex verbis eiusdem statuti dum requirit, quod fiant citationes eorum, qui possident, et generaliter eorum, qui sua putauerint interesse, vt sic possint comparere, et contradicere, et iura sua allegare, cur talis immissio fieri non debeat, hec autem impossibile est, quod vna die fiant, ergo talia verba non validabunt talem immissionem sic fulminanter factam.

¶ Ultra etiam dici potest, quod iste sorores, que vere possidebant, non fuerunt particulariter citate, prout ex forma dicti statuti requirebatur, et ille Martialis, qui vt tutor fuerat citatus (licet forte non esset, saltem legitime) tamé subito cum fuit citatus perquirendo iura dictarum sororum quesiuit consulere peritiores, vt iuridice dicte immissioni contradiceret, et cum ea allegare vellet die sequenti, vel alia, inuenit immissionem tam fulminanter factam, et tunc bonis verbis fratrum illorum fisus expectabat gratiam Dei circa iura dictarum sororum, que nunquam venit, et sic quodammodo delusus fuit. Et propterea nunc sorores predicte iura sua prosequuntur, et vt ex predictis patet ipse debet predictam hereditatem possidere, et in eius possessione manuteneri, prout ipse petunt. Laus Deo.

Socinus nepos Senis.

CASVS

¶ Decessit olim Hieronymus de Istia intestatus superstite sibi domina Tagia eius vxore, et domina Mariana vnica eorum filia, transiuit domina Tagia ad secundas nuptias. et demum moriens in suo testamento domine Mariane eius filie pleraque iure institutionis reliquit, et secúdum eius virum heredem vniuersalem instituit, et cum tali testamento decessit absque filijs ex secundo matrimonio.

¶ Modo queritur de tribus.

¶ Primo quis fuerit heres dicti Hieronymi, et ad quem bona eius pertineant.

¶ Secundo vtrum domina Mariana volens testamentum domine Tagie matris eius comprobare, vt omnia sibi particulariter in dicto testó relicta consequi possit, sit audiéda.

¶ Tertio quid debeat lucrari secundus maritus domine Tagie ex illius predecedentia sine filijs.

SVMMARIVM

¶ Filius patri ab intestato succedit ante omnes.

¶ Et relicta in testamento non reprobato peti possunt.

¶ Et statutum de lucro dotis non procedit in bonis paraphrenalibus.

1 Hereditas patris ab intestato decedentis iure suitatis ad filium pertinet.

2 Filius institutus in re certa per matrem non potest contra eius testamentum venire.

3 Testatoris voluntati satisfaciendum est.

4 Filius agere potest ad legitime supplementum, si bona sibi per matrem relicta ad eius legitimam non ascendant.

5 Filius preteritus potest testamentum matris approbare, et sibi in eo relicta petere.

6 Statutum quod maritus lucretur certum quid de dote vxoris, non procedit in bonis paraphrenalibus, que vxoris morte ad eius heredes transeunt.

7 Statutum ꝙ lucretur vir medietatem dotis vxoris morte decedentis sine filijs, an habeat locū, si vxor ex alio matrimonio habeat filios.
8 Verbis statuti claris standum est.

CONSILIVM XCIII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. Miror profecto predictas questiones maxime duas primas in dubium reuocari, eo ꝙ earum resolutio in iure clarissima sit, igitur ne patentem veritatem pluribus verbis obnubilare videar, paucissimis agam, & conclusiue loquar, veritas enim ipsa per se splendet, & verborum non indiget adminiculis, vt. l. prima. C. si min. ab here. se absti. & vbi etiam plura scribere vellem, minime possem, propter nimiam instantiam
1 consultantis. ¶ † Ergo quo ad primam questionem breuiter concludo apertissimi iuris esse hereditatē predicti Hieronymi ab intestato decedentis pertinuisse, & pertinere ad dominam Marianam vnicam eius filiam, que iure suitatis ex. l. duodecima tabula. patri eius dicitur vniuersalis heres extitisse, vt. l. prima. §. suos. ff. de suis, & legitimis, & institu. de heredit. que ab intestato deferuntur. §. primo. & de hoc hodie est casus in auctētica in successione. C. de suis & legitimis, & in auctentica de hereditate que ab intestato. §. primo, collatione nona, quibus clare dicitur, ꝙ in successione patrisfamil. intestati decedentis prima causa est filiorum, qui si supersint omnibus anteponendi sunt, & cum de hoc neminem credam dubitare, vlterius non instabo.

¶ Et sic concludo in hac prima questione ꝙ bona omnia que fuerunt dicti Hieronymi pertinent, & spectant ad dictam dominam Marianam vnicam eius filiam, & eius ab intestato heredem vniuersalem.

2 ¶ † Circa secundam questionem nisi me fallit memoria, recolo elapsis diebus in hoc, vel simili casu consuluisse ꝙ domina Mariana non possit venire contra testamentum matris eius (loquor de iure communi) attento, ꝙ illa fuit vocata iure institutionis, licet ad certas res, prout videtur casus in. §. ceterum. in auctentica vt cum de appel. cognos. columna octaua. Et que tunc dixi, nouiter confirmo.

¶ Quantum vero ad illud, de quo in presentiarum queritur, arbitror euidentissimam esse resolutionem, & probabi-
3 li dubitatione carere, † dico enim & concludo dictam dominam Marianam omnino audiendam, & omnia que sibi a matre in testamento relicta sunt consequi debere, vt testatricis voluntati satisfiat, que omnino attendēda est. l. in cōditionibus. ff. de conditio. & demonstratio. l. tertia. C. de liberis preteritis. & in. §. disponat. in auctentica de nuptijs. collatione quarta. cum similibus. voluntas enim defuncti circa interpretationem testamenti dicitur totum facere, vt l. ex facto. la grande circa medium. ff. de heredibus instituēdis. & propterea signanter inquit Baldus in. l. quidam. C. de neces. serui. here. insti. ꝙ voluntatem testatoris in testamentorum interpretatione pedetentim sectari debemus,
4 vti venator leporem, † quinimmo dico, ꝙ si bona relicta domine Mariane predicte non ascendant ad eius legitimā iure nature sibi debitā, poterit illa agere ad ipsius legitime supplementum, vt. l. omnimodo. C. de inoffi. testam. & probatur clare in dicto. §. ceterum. Si igitur domina Mariana intendit consequi que particulariter ei relicta sunt, non
5 video quin debeat audiri, † Hoc etenim procederet etiam si ipsa posset dici in testamento matris preterita, quoniam & tunc posset testamentum matris approbare, & sibi in eo relicta petere iuxta ea, que traduntur per Bartol. & alios in. l. filio preterito. ff. de iniusto rupto testamento.

¶ Concluditur itaq; in hac secunda questione ꝙ domina Mariana petens que sibi a matre relicta sunt, audiri debet per predicta. ¶ Fateor tamen ꝙ si vellet contra testamentum matris venire inspecto iure communi non posset, vt alias consului. ¶ Modo venio ad tertiam questionem in qua (vt etiam feci in predictis) breuiter, & conclusiue loquē
6 do dico, & concludo in primis, † ꝙ omne lucrum, ꝙ fecit, seu facere potest predictus secundus maritus domine Tagie tantum considerari debet respectu dotis, quam illa eidem secundo viro tradidit, de qua debet aliquod instrumētum constare, vel alia legitima probatio, illius enim quantitatis, que in dotem data fuit, vel extimationis rerum in dotem traditarum debet ipse secundus vir certam partem lucrari. Non autem de alijs bonis, si que domina Tagia habuisset, que dicto secundo viro in dotē non dedisset, sed essent apud eum tanq̄ bona paraphrenalia, nam illa integra debent esse heredum dicte domine Tagie, & ratio est, quia statutum de lucro dotis cum sit exorbitans a iure cōmuni debet stricte interpretari, & solum q̄tum verba eius patiuntur dicitur disponere, vt tradit Baldus in. l. testamentum non ideo. C. de testamentis, & tradunt communiter doctores in. l. quicquid astringende. ff. de verborum obligatio. & in. l. tertia. §. hec verba. ff. de negocijs gestis. cum similibus. de quibus per dominum Franciscum curtium in consilio vndecimo, prima columna, sed predictū statutū solum loquitur de dote, ergo &c.

7 ¶ Secund dico, & concludo, † ꝙ licet quando simpliciter statutum diceret, ꝙ vir lucretur dimidiam partē dotis vxore precedente sine filijs, dubitari posset, an habeat locum etiam si vxor ex alio matrimonio habeat filios, vt per Baldum in. l. ea lege tertia columna. C. de conditione ob causam, & in consilio. cxxij. quarto volumine. & Petrus de anchar. in consilio. ccclxxx. in secunda questione, ac etiam per dominum Bartholomeum Sociñum patruum, & dominum meum in consilio. lij. tertio volumine. Tamen in casu nostro ista disputatio cessat, quoniam vt mihi asseritur in loco extat statutum, quod vltra procedit, videlicet ꝙ si mulier ex primo marito filios habeat, & decedat apud secundum maritum sine filijs ex dicto secundo marito, ipse superuiuens secundus lucrari debeat tantum tertiā partem do-
8 tis, † vnde cum statuti verba sint clara, eis standum est, nec vlterius est locus disputat. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legatis tertio. & l. prospexit. ff. qui, & a quibus. cum similibus. ¶ Sit ergo conclusio in hac tertia questione, ꝙ secūdus vir domine Tagie solum lucrari dicitur tertiam partem dotis, quam ipse recepit, vel extimationis rerum ab ipso in dotem receptarum. Laus Deo.

Maria. Soci. iunior Senis legens.

CASVS

¶ Proponitur in facto quod quidā Nicolaus Petri andree della bastia de insula Corsice habens dominam Claram eius vxorem pregnantem condidit testamentum & inter cetera materno sermone disposuit, vt infra videlicet.

¶ Item lassa, & iudica ogni, & tutti suoi beni alla sua herede se fosse maschio o femina, che di ello nascera per hauere la sua mogliere grauida, & volendo la sua mogliere nominata Clara stare in casa, & non pigliare marito la lassa donna & madonna in casa sua sopra a ogni, & tutti suoi beni quanto la sua propria persona. Et non sia persona veruna la possa discacciare volendo ella stare, & quando ella nescisse, & non volesse stare in casa sua, vuole non li sia dato cosa alcuna delli suoi beni.

¶ Item iudica, & lassa che qñ la sua hēde venisse māco senza herede se lassa li suoi beni allo suo nipote carnale, qui dicebatur Andreas filigliuolo di Juliano suo fratello carnale.

¶ Et quando lo suo nipote venisse manco sensa herede, Atando, (idest tunc, & eo casu) lassa ogni, & tutti suoi beni a quelli dello suo casale cioe alli piu propinqui parenti &c.

¶ Post mortē testōris ex eius vxore nata fuit filia femina vocata Catherina, qua viuente ille Andreas nepos testatoris ex fratre adhuc pupillus decessit deinde decessit dicta Catherina filia & heres testatoris in pupillari etate superstite sibi domina Clara eius matre, item superstite domina Bartholomea amita predicti Nicolai testatoris, & sic amita magna domina Catherina, item etiam superstite quodam Franco filio domine Baptiste predefuncte, que similiter erat amita Nicolai, & amita magna domina Catherina, & sic fuerat soror dicte domine Bartholomee.

¶ Item presupponitur in facto quod tempore testamenti conditi, sicut & nunc est, nullus alius ex coniunctis dicti testatoris,

statoris, preter dictū Andream, supererat nisi predicta domina Bartholomea, et d. Francus.
¶ Quibus sic stantibus, et presupposita validitate testamenti de pluribus queritur.
¶ Primo quid importent illa verba ad uxorem relata vz. La lassa donna et madonna in casa sua etc.
¶ Secundo utrum domina Bartholomea tanquam de casali testatoris, et proximior coniuncta vocetur et comprehendatur per verba illa ultime substitutionis videlicet. a quelli dello suo casale, idest li piu propinqui parenti. Et ita vocetur ut excludat Francum existentem in remotiori gradu.
¶ Tertio posito quod illa dicatur in illis verbis comprehensa remoto Franco, utrū hodie vigore dicte substitutionis possit aliquo modo vocari ad bona Catherine ultimo loco defuncte, attento quod Andreas decessit ante Catherinam.
¶ Quarto posito quod vocetur, utrum domina Clara dicatur etiam a legitima sua exclusa.
¶ Quinto dato sine preiudicio veritatis quod Bartholomea vigore substitutionis non admittatur. Queritur quis succedet predicte Catherine ab intestato stantibus statutis, quorum copia transmittitur.

SUMMARIUM.

1 Consulens breuitati studere debet.
2 Uxor relicta domina, et massaria, et usufructuaria secundum bulgari consuetudinem debet existentibus filijs habere solum alimenta, et preeminentiam in domo, si autē filij non extant, debet habere usumfructum.
3 Uxor simpliciter quando relinquitur domina, et massaria, vel domina, et dominatrix, vel donna, et madonna, absque eo quod addatur usufructuaria, siue filij, siue extranei sint heredes, indistincte uxor alimenta sola cum preeminentia habebit.
4 Communis usus loquendi circa testatoris verba est inspiciendus.
5 Declaratio ad Bartol. in l. ia. §. si. ff. de lega. ij. versicu. eodem modo.
6 Legatum quod unam formam cepit habere, cum sit unum tantum, non debet accipere aliam formam ex admissione substituti.
7 Testator si vocat illos de suo casali comprehenditur sub hijs verbis amita ipsius testatoris.
8 Uerbum de casali, seu casata exponitur idest de domo.
9 Uerbum domus habet varia significata, sed in dubio pro agnatione, et familia accipitur, si non aliter appareat cōmunis usus loquendi.
10 Femina dicitur esse agnata, licet sit persona, per quam non conseruatur domus, vel agnatio.
11 Filius amite testatoris non dicitur esse de testatoris domo, gente, vel agnatione, cum non matris, sed patris agnationem sequatur.
12 Amita testatoris est ei in tertio gradu, amitinus autem in quarto de iure ciuili, de iure autem canonico amita dicitur proximior, cum illa a communi stipite uno gradu distet, amitinus vero duobus.
13 Persona remotior de iure cononico semper consideratur ita quod amita et amitinus licet testatori in eodem gradu sint tamen amita est proximior in successione amitino preferenda.
14 Fratres utrinque coniuncti, licet cum fratribus vterinis sint in eodem gradu, tamen quia habēt illud plus, quia sunt utrinque coniuncti, proximiores dicuntur, et in successione preferuntur.
15 Computatio gradus de iure ciuili semper in successionibus attenditur.
16 Computatio gradus de iure ciuili est vera, propria, et naturalis per gradus procedens.
17 Proximiores ordine successiuo semper preferuntur, quando aliqui de familia, vel cognatione aliqua ad successionem vocantur.
18 Substitutio si sit facta per patrem filio suo, de nepote ex fratre, si filius sine hērede decesserit, quo nepote sine filijs decedēte substituit illos de casali, si nepos ex fratre decedat, deinde filius, utrum amita, que est de casali, vigore dicte substitutionis vocetur ad bona filij ultimo loco defuncti, attento quod nepos est ante filium defunctus, et infra numero. 25.
19 Substitutio facta in uno casu ad alium non trahitur, limita ut infra nu. 44.
20 Substitutus pupillariter si decedat ante pupillum, an ille qui erat secūdo loco substitutus vocetur, licet postea pupillus decedat, et infra nu. 40. 43. et 45.
21 Substitutio facta primo filio nascituro heredi instituto de secundo loco nascituro, et tali nascituro decedenti in pupillari etate fuerit substitutus frater testatoris, si contingat post primum neminem nasci, frater testatoris, qui nō primo filio, sed secundo tantum fuit substitutus, an succedat primo decedenti, et infra nu. 46.
22 Substitutio quando est alicui facta pupillariter, et isti substituto alter compendiose est substitutus, si deficit pupillaris substitutio, si non potest habere locum vulgaris, quia per primum heredem sit adita hereditas, an qui secundo loco fuit vocatus, possit ex substitutione admitti, et infra nume. 49.
23 Substitutio compendiosa comprehendit pupillarem, quādo qualitas persone, cui sit hoc patitur.
24 Substitutio vulgaris in compendiosa comprehensa adita hereditate locum habere non potest.
26 Substitutio compendiosa plures substitutiones sub diuersitate casuum, et temporum comprehendit, ut infra in discursu et nu. 33.
27 Substitutio compendiosa quomodo in se cōprehēdat vulga. pupillarem, et fideicommissariam.
28 Substitutio compendiosa per verba communia sine tēporum dinumeratione, an cōprehendat pupillarē, quando mater est in medio, ubi secundum communem opinionem cōcluditur quod sic, contra Bar. et sequaces.
29 Substitutio compendiosa, etiam tenendo opi. Bar. quando mater est in medio, non comprehendit pupillarem, quando ex coniecturis comprehenditur testatorem voluisse matrem excludere.
30 Sermo indefinitus uniuersali equipollet.
31 Substitutio prima declaratur per secundam.
32 Substitutio compendiosa, licet sit facta sub hac conditione si sine herede decesserit, tamen etiam comprehenditur pupillaris, et verba sine herede intelliguntur. i. sine filijs.
34 Substitutio compendiosa an comprehendat fideicommissariam, nedum ubi pupillaris ob pubertatem euanescit sed etiam quocunque casu non possit habere locum.
35 Substitutus secundus vocatur in locum primi substituti.
36 Additio vel immixtio, cum sit facti, non presumitur, nisi probetur.
37 Infans sine tutore hereditatem adire non potest, nec in ea se immiscere.
38 Infans si hereditate cum tutoris aucto. non adita decessit perinde est, ac si ei delata non fuisset, et per consequens, ac si non esset natus.
39 L. coheredi. ff. de vulgari et pupillari substitutio. de qua substit. vulgari loquatur.
41 Bartolus appellatur iuris illuminator, et omniū auriga.
42 In substitutionibus interpretandis semper ad earum validitatem debet fieri larga interpretatio, quatenus, tamē testatorem verisimiliter voluisse constare potest.
44 Substitutio facta in uno casu ex verisimili mente testantis ad alium trahitur.
45 Intellectus ad legem qui habebat. ff. de vulg. et pup.
47 Substitutio de aliquo facta alicui nascituro, si decesserit, illa conditio non dicitur impleta, si non nascatur.
48 Nata, et viuentia, occidunt, et pereunt.
50 Fideicommissum caducum effectum per mortem fideicommissarij ante institutum, apud heredem institutum, cum omne restituendi secundo substituto remanet.
51 Substitutio ut iure directo valeat semper debet fieri interpretatio, si verba, et persone hoc patiuntur.
52 Mater exclusa a bonis filij propter pupillarem substitutionem dicitur etiam a legitima exclusa.
53 Substitutio pupillaris, licet testamentum pupilli dicatur

tamen vere loquendo, dicitur testamentum, et prouisio patris.

54 Causa testati facit cessare causam intestati.

CONSILIVM XCIIII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie. Quia in presenti consultatione pro maiori parte agitur de interpretanda voluntate testatoris, periculosum dicitur iudicium. Et quia animum testatoris non videmus, propter nimias subtilitates, ⁊ varium interpretandi modum, sepe erramus, vt inquit Baldus in.l.precibus.in septima columna.C.de impuberum ⁊ alijs substitutio. Uerum tamen voluntatem testatoris pedetentim, vti venator leporem sectando, iuxta eiusdem Bald.singulare dictum in.l.quidam.in fine principij.C.de necessa.seruis here.instit. nostram hanc consultationem, propositis questionibus, vti proponuntur ordi-
1 nate respondendo, clarissime ⁊ aperto iure resoluam, † breuitate in omnibus vtendo, vt consulentem decet, vt in pluribus suis consilijs attestatur Areti. presertim in consi.xlij. ⁊.lxvij.⁊.lxxvj.⁊.lxxxvij.⁊.ciiij.semper in princi. ¶ Circa primam ergo.q.dicet aliquis prima facie dominam Claram hodie debere esse vsufructuariam omnium bonorum.
2 † Nam lz verba illa, dominaz massariā ⁊ vsufructuariā ⁊c. filijs heredibus institutis importent duntaxat alimenta cuz preeminentia, quam vxor in domo habebat viuente testatore marito suo, iuxta consuetudinem bulgari communiter approbatam, de qua per Bar. ⁊ alios communiter in auctentica hoc locum.C.si secun.nup.mul. ⁊ in.l.titia testamento.§.fi.ff.de leg.ij.cum similibus. Tamen si contingat filium premori, etiam quod habeat substitutum, mater eo casu habere debet integrum vsufructum ea ratione, quia ex quo consuetudo illa Bulga.fundatur fauore filiorum filijs mortuis cessat omnis eorum fauor, ⁊ per consequens consuetudo Bulga.non procedit iuxta.l.adigere.§.quamuis. ff.de iure patro. ⁊.c.cum cessante.extra de appella.ita videtur determinare Bar.⁊ alij post eum magis communiter in.d.§.fi.in secunda colum. ¶ Nec videtur obstare quod in casu nostro in testamento non sit appositum verbum vsufructuariam, quoniam videtur posse rñderi quod nō interest quo ex illis verbis vtatur testator, semper enim idem esse videtur, adeo quod si simpliciter dicat relinquo vxorem meam dominam, idem esse videtur ꝙ si alijs vteretur verbis, ita videtur concludere Bar.in.d.§.fi.secunda colum. ibi.eodem modo puto. ¶ Uerum predictis non obstantibus, que vere sunt extra propositum, clarissimuz de iure arbitror, ⁊ ita concludendum est, quod in proposito themate domina Clara solum ⁊ duntaxat habitura sit alimenta.
3 ¶ Que cōclusio probatur apertissime, † quia quando simpliciter relinquitur vxor domina ⁊ massaria, vel domina ⁊ dominatrix, vel domina ⁊ madonna absq3 eo ꝙ addatur vsufructuaria, siue filij, siue extranei fiant heredes indistincte, vxor sola alimenta cum preeminētia quodā habebit, ⁊ hoc non prouenit ex aliqua consuetudine Bulga. sed pro-
4 cedit secundum regulas iuris, † eo quia illa verba secundū commune vsum loquendi (qui est circa verba testatoris respiciendus, vt.l.librorum.§.quod tamen cassius cuz ibi nota.cum similibus de legatis tertio.) solum important illam preeminentiam ⁊ alimenta. Ita singulariter determinat Bar.in.d.§.fi.versi.quero, quid si dixerit testator ⁊c. Et ibi eum in hoc sequuntur magis communiter Doctores, ⁊ idem vult Ang.in.l.prima.ff.rerum amota. Et ponit post alios prestantissimus docto.do. Paulus de monte Pico in eius egregia repetitione.d.§.fi.in.prima.q. ⁊ clarius in tertia questione, colum.xxij.versicu.sed pulchrum est videre, vbi in indiuiduo tangit quando ista verba ponerentur absq3 verbo vsufructuaria. Cum ergo in themate nostro solum dixerit. La lasso donna ⁊ madōna. nec addiderit ⁊ vsufructuaria cessat interpretatio ex Bulgari consuetudine, ⁊ secundum iuris regulas solum habebit alimenta cuz preeminentia. Et procederet hoc etiam ꝙ ab initio extraneus fuisset principalr institutus, ⁊ nullus superesset filius.

¶ Et vltra supra allegata ita in terminis nostris in indiuiduo, vbi scilicet relinquitur domina ⁊ madonna, declarat ⁊ concludit Saly.in.d.auctentica.hoc locum. Et consuluit Abb.in consilio.iiij.in questione, que vertitur secundo volumi.in iij.⁊.iiij.colum.⁊ ponit predictus do. Paul. in.d.§.fi.in prima ⁊ secunda questio. ¶ Faciūt posita per Corne.in consilio.clxxiij.circa primum in secunda colum. tertio.volu. ⁊ magis in terminis ponit idem Corne.consilio.cxij.quanquam videatur, in secunda colū.in.fi.cuz seq. secundo volu. ¶ Et ex his patet adducta supra in contrarium nullo modo obstare, quia illa procedunt, vbi in testamento poneretur verbū qđ importaret de sui natura vsumfructum puta ꝙ addiderit, ⁊ vsufructuariam. Tunc enim proprie loqueremur in casu vbi de Bulgari consuetudine esset disputandum propter verbi illius significationem. Et esset eo casu distinguenduz quis esset institutus an filius vel extraneus, prout in locis preallegatis plene habetur per Bart.⁊ alios. ¶ Nec obstat quod dicit Bar.in.d.§.fin. versi.eodem modo. Quoniam ibi non intendit id dicere, quod supra fuit dictum, alias esset sibi ipsi cōtrarius in hijs
5 que statim dixerat. † Sed mens Bar.hec est. Dixerat supra in versi.quero quid si dixerit, quod vbi reliquerit eam dominam, ⁊ massariam, vel dominam, ⁊ dominatricem, talia verba indistincte, etiam vbi non sint filij instituti important alimenta cum preeminentia. Postea subdit quod si dixerit dominam, ⁊ vsufructuariam filijs institutis, idem est. Postea subdit in dicto versiculo eodem modo. quod id, quod est dictum quando fuit relicta domina in primo casu cum illo adiuncto scilicet, ⁊ massaria, vel dominatrix, vel in secundo, quando fuit relicta vsufructuaria cum precedenti verbo scilicet domina procedit eodem modo, quando fuerit simpliciter relicta domina sine aliquo adiuncto in primo casu. Uel in secundo quando simpliciter fuit relicta vsufructuaria absq3 illo verbo scilicet domina, ⁊ ita singula singulis congrue referendo. In primo casu simpliciter relicta domina indistincte quolibet herede instituto. Uel in secundo simpliciter relicta vsufructuaria filijs institutis habebit duntaxat alimenta cum illa preeminentia, ⁊ ista est vera mens Bartol.ibi, ⁊ hoc modo declarando Bartol.non est opus restringere eius dicta tantum ad casum quando filij essent instituti, prout timore predicte difficultatis facit idem dominus Paulus in dicto.§.finali.columna vigesima secunda, in fine, qui vt per te potes intueri, non subtiliter, ⁊ interne mentem Bartoli respexit. ¶ Et ex his constat in proposito non referre quod filia illa Catherina sit mortua, ⁊ alter, qui sit extraneus, succedat vti substitutus. Posset tamen, ⁊ aliter respōderi. (Posito ꝙ vbi ab initio extraneus fuisset institutus vxor esset habitura vsumfructum, quod tamen est falsum, vt supra demonstrauimus (quod ex quo in casu nostro filia iam fuit heres, ⁊ sic ab eius persona incepit habere robur legatum de alimentis vxori factum, non debet postea considerari quid succedat de ipsa filia, ⁊ an extraneus vti substitutus succe-
6 dat, necne. † Nec legatum quod iam cepit habere vnam formam, (cum sit vnum tantum) debet recipere aliam formam ex admissione substituti. Ita in terminis determinat Bartolus in dicto.§.finali.in secunda columna, versiculo quero pone ꝙ filius. Et Salycetus in dicta auctentica. hoc locum, columna quarta, ⁊ cum Barto.tenent omnes, prout refert, ⁊ sequitur dictus dominus Paulus in dicto. §.finali.columna vigesima nona. In hoc tamen, tanq̄ in non necessario, non me firmo, cum vt supra luce clarius demonstraui, non simus in casu, vbi ex institutione filij varietur importantia legati.

¶ Non aliter ergo in hoc vltimo insistendo, (quia posset fortasse dici ꝙ non sit tantum vnum legatum propter illa verba, volendo ella stare in casa ⁊c. de quo est videndum dictum dominum Paulum in dicto.§.finali.columna trigesima, ⁊ trigesima prima.) concludo in hac prima questio. quod domina Clara solum alimenta cum preeminentia habere debet, non autem vsumfructū. Et vt verum fatear, in hoc nullam video difficultatem. ¶ Nec etiam dicat aliquis ꝙ illa verba importent verum dominiū, quasi exponatur idest domina ⁊ patrona, quoniā hoc esset falsum, tuz q2

tunc heres

tunc heres diceretur in vanum institutus tum vel maxime quia dicta verba secundum communem usum loquendi (in talibus inspiciendum) hoc non important, sed tantum alimenta cum illa preeminentia, et ita in proposito nostro plene declaratur per Bar. et alios in locis predictis, quod etiam clare ostenditur ex verbis testamentis ibi, et non sia persona veruna etc. Frustra enim illa verba apponerentur, si testator reliquisset ei dominium domus, et aliarum rerum, quia nemo illam posset expellere ratione dominij, quod haberet, cum in re sua quilibet sit bonus moderator, et arbiter. l. in re mandata. cum similibus. C. mandati. bene facit. §. sed et maior. versi. dominorum. insti. de his, qui sunt sui vel ali. iu. Et tamen testator ibi vult quod ex suo precepto nemo illam ibi commorari volentem expellat, qui fortasse eo non dicto posset illam expellere. Immo si diceremus dominium esse relictum, illa posset, uti domina quemlibet alium expellere, quod est omnino falsum, et contra apertissimam mentem testatoris. Stet igitur firma conclusio supra facta, ut scilicet illa verba domina, et madonna tantum important alimenta cum honore, et preeminentia, quam habebat vivo testatore. ¶ Circa secundam questionem breuibus utar
7 tanquam super re clarissima, † et conclusiue loquendo dico exploratissimum fore dominam Bartholomeam predictam in verbis illis ultime substitutionis comprehensam vocauit enim testator illos de suo casali, hoc est dicere illos de domo sua, et ex his propinquiores parentes accipiendo verbum illud parentes vulgari modo pro coniunctis. Sed illa Bartholomea dicitur esse de domo testatoris, et ei proximior coniuncta, merito dicitur illis verbis comprehensa, et voca
8 ta. Et quod sit de domo, et sic de casali probatur, † supposito tamen prius, quod illud verbum de casali, seu de casata exponi debeat idest de domo, ut declarat Imol. in. l. ex fa
9 cto. §. si quis rogatus. viij. colum. ff. ad trebellia. † Nam licet domus i iure varijs modis accipi possit, ut ponit Imo. in. d. §. si quis rogatus. viij. colum. in princip. et Corne. consilio. lv. pro decisione. iij. colum. versi. aduertendum est. j. volumi. et in consil. ccxvj. viso testamento. ij. colum. versicu. his tamen non obstantibus. ij. volumi. et in consil. cxcviij. in preposita consultatione. ij. colum. versi. item premittendum. iij. volum. cum similibus. Tamen ut plurimum exponitur pro agnatione, ut ita exponendo notat Jacob. de aret. in. l. j. in princip. ff. ad senatusconsul. sillanian. et illam expositionem dicit ibi Barto. esse notabilem, licet littere non congruat, et illam etiam sequitur Barto. in. l. pronunciatio. §. familie. ff. de verbo. signifi. facit. l. j. et quod ibi dicit Bal. C. si quacunque predit. potest. Et ita sentit Corne. in omnibus consilijs supra allegatis, et expresse ponit Ang. in. d. l. ex facto. §. si quis rogatus. ij. colum. versic. sin autem de isto communi usu etc. ff. ad trebe. Dicens quod cum domus vario modo possit exponi, inspiciendus est communis usus loquendi, quo non apparente, et sic ubi sumus in dubio, domus debet accipi pro familia et agnatione. Et illum refert, et sequitur ibi Imo. in. d. viij. col. Cum ergo dicta domina Bartholo. sit de agnatione testatoris, quia cum illo ex eadem gente et domo prodita fuit, cum per masculos facta consideratione eundem habuerint stipitem ser Antonellum patrem dicte domine Bartholomee et auum paternum dicti Nicolai testatoris iuxta tex. in. d. l. pronunciatio. §. familie. in fi. quod etiam probatur per tex. iuncta glo. in. §. sunt autem agnati. instit. de legi. agna. tut. sequitur concludenter quod sit
10 de domo. Et sic in proposito nostro de casali. ¶ † Nec quemquam moueat, quod illa sit femina, et consequenter persona per quam agnatio, et domus non potest conseruari, cum illi qui ex ea nascuntur, patris non matris familiam sequantur, ut dicto. §. sunt autem agna. in fine. Quoniam hoc non tollit, quin sit agnata, ut clare ponit Cor. in. l. voluntas, in prin. C. de fideicom. et dixit Bal. in. l. si defunctus. C. de suis et legi. loquendo de amita, prout est casus noster. Et ponit etiam Antonius rosell. in arbore consanguinitatis colum. cij. Et hoc nullam habet dubitationem. Et cum in casu nostro, ut mihi presupponitur nullus alius de agnatione testatoris reperiatur, cesset omnis dubitatio, que esset, ubi cum masculo agnato licet remotiori concurreret, de qua plene per Corne. in. dicto consilio. lv. primo volumi. et consilio. xxvj. videtur dicendum, per totum. iiij. volumi concludentem in casibus suis fauore agnationis conseruande masculum esse preferendum, quod tamen pro nunc non firmo. Non tamen ibi
11 negat Corne. quin femina sit agnata † et licet viuat in casu nostro Francus filius premortue amite testatoris, tamen prout est clarissimum, ille non potest dici de domo gente seu agnatione testatoris cum non matris sue sed patris agnationem et familiam sequatur. Et hec procedunt clare ubi volumus quod per illa verba a quelli de suo casale etc. importetur agnatio. ¶ Sed si volumus quod tantum importetur cognatio et parentela generaliter, non autem restricta ad agnationem, prout videntur innuere verba sequentia et primorum expositiua, quando dicit cioe alli piu prossimi parenti, quo casu etiam coniuncti per feminam dicerentur comprehensi. Et tunc licet in generalitate Francus comprehendatur, tamen excluditur interposito themate per dictam dominam Bartholomeam vigore sequentium verborum, in quibus patet quod ex cognatis proximior seu propin
12 quior admitti debet, † constat autem eam esse testatori propinquiorem cum sit in tertio gradu institu. de gradib. Francus autem sit in quarto cum testatoris dicatur amitinus, ut in. §. quarto gradu. eodem titulo. et hoc inspecta computatione gradus de iure ciuili. Sed de iure canonico dicitur Bartholomea proximior, cum illa a communi stipite tantum uno gradu distet. Francus vero duobus, ut de se con
13 stat. † Et licet alias simpliciter loquendo iure canonico inspecto testator ita fuerit in secundo gradu Franco, sicut et Bartholomee, et econtra iuxta tradita per doctores in. c. finali. per illum textum de consanguinitate et affinitate, ita ut semper remotior persona consideretur, quod precise consideratur in matrimonijs, tamen negari non potest quin domina Bartholomea sit proximior, et in successione preferen
14 da per ea, que supra dixi. † Sicut in simili videmus quod licet fratres utrinque coniuncti cum fratribus uterinis sint in eodem gradu, tamen quia habent illud plus, quia sunt utrinque coniuncti dicuntur proximiores, et in successione preferuntur, ut in auctentica cessante. C. de legitimis heredib. et in corpore unde sumitur, et ponit Paul. de castro in. l. fina. C. de verborum significatio. Refert et sequitur Corne. in consilio. cxxxj. premittendum est secunda columna, secundo volumine. ¶ Et quod in casu isto hoc sit verum patet per argumentum ab absurdo, quod est validissimum. l. nam absurdum. ff. de bon. libert. l. in pecudum. ff. de usuris. cum similibus. Notat clarissimus docto. Jas. mainus in. l. diuortio. quinto notabili. ff. soluto matrimonio. Nam si secus diceremus sequeretur quod si decederet pronepos fratris mei, ego et pronepos meus simul admitteremur, cum ille defunctus utrique nostrum fuerit in quarto gradu, quod tamen est omnino absurdum, ut est plus quam clarissimum. Non sunt ta
15 men ista necessaria, † quia semper in successionibus attenditur computatio gradus de iure ciuili, ut est glosa singularis in. §. finali in versicu. generata. institu. de gradibus. quam communiter sequuntur ibi doctores, et dixit Bartolus in.
16 l. secunda. C. de successorio edicto. † et ratio est, quia computatio gradus de iure ciuili est vera, propria, et naturalis procedens per gradus. et ita dixit Corneus consi. ccxlviij. videtur prima facie in secunda columna, primo volumine. ¶ Cum igitur domina Bartholomea sit ipso Franco proximior merito debet illi preferri. Quod procederet etiam, quod per testatorem non fuisset declaratum propinquiores vo
17 cari. † Quoniam quando aliqui de familia vel cognatione aliqua vocantur ad successionem intelliguntur vocati gradatim, et secundum gradus proximitatem, ut scilicet proximiores successiuo ordine semper preferantur. l. cum ita legatur. §. in fideicommisso. de legatis secundo, et posuit Paulus de castro in dicta. l. finali. C. de verborum significatio. et refert Corneus in dicto consilio. cxxxj. secundo volumine, et ponit idem Corneus consilio. cccvj. videtur prima facie. prope finem quarto volumine. ¶ Et per hec sit expedita ista secunda questio, in qua concludo quod domina Bartholomea dicitur in illis verbis, a quelli dello suo casale etc. comprehensa omnino, et ita ut tanquam agnata uno respectu, vel tanquam proximior, alio respectu sit preferenda. d. Franco, qui non est agnatus, et qui est remotior in cognatione.

18 ¶ † Circa tertiam questionem, in qua iacet non mediocris difficultas videtur prima facie dicendum quod domi. Bartholomea vigore illius substitutionis secundo loco facte ẟ illis de casali non possit admitti ad hereditatem ꝛ bona dicte Catherine. ¶ Primo qꝛ illi de casali sunt substituti Andree nepoti, non autem filie ꝛ prime heredi testatoris, merito videtur quod ad bona dicte filie. s. Catherine non veniant tanquam per testatorem eo casu non vocati. Considerauit enim ꝛ disposuit testator, quod heredi suo succedat Andreas nepos, quem tunc viuere cogitauit, ꝛ ei postea sine heredibus decedēti scilicet postq̄ fuerit factus he
19 res primi heredis voluit succedere illos de casali. † Et sic ista secunda substitutio videtur facta tantum in casuꝫ predictum, merito non debet trahi ad alium casum, ꝛ sic ad casum contingentem, vt. l. commodissime, ꝛ ibi per docto. ff. de lib. ꝛ postbu. ¶ Secundo confirmatur per tex. vbi videtur casus ad litteram in. l. qui habebat. ff. de vulga. ꝛ pupil.
20 † vbi in effectu concluditur quod substituto pupillariter decedente ante pupillum qui ei secundo loco fuerat substitutus non vocatur, licet postea pupillus decedat. Et ita dn̄t ibi docto. maxime dum illum tex. summant quod spes substitutionis pupillaris non transmittitur etiaꝫ ad substitutū. ¶ Tertio ista pars roboratur ex his que cōcludit Oldra.
21 in cōsilio. clxxvij. testator in suo vltimo testamento † vbi determinat quod si primo filio nascituro heredi instituto fuerit substitutus secundo loco nasciturus ꝛ tali nascituro decedenti in pupillari etate fuerit substitutus frater testatoris si contingat post primum neminem secūdo nasci, primo decedenti non succedit frater testatoris qui non primo filio, sed secundo tantum fuit substitutus. ¶ Sic ergo videtur dicendum in themate nostro cum illi de casali sint tantum substituti Andree nepoti, non autē Chaterine filie. Et hoc idem in indiuiduo ꝛ p easdē rationes fere ad verbū ꝯcludit Jo. and. in addi. Spec. titu. de testa. §. primo in additione incip. huic questioni versi. occurrit etiam casus nouissimus. ¶ Quarto firmantur predicta auctoritate excellētissimi iurisconsulti domini Bar. Soci. patrui immo patris ꝛ domini mei in suo consilio. lij. vt veram testatricis intentionem. in vltima columna. vbi in tertio casu sue magistralis distinctionis concludit † quod quando primus est pu-
22 pillariter substitutus, ꝛ eidem alter compendiose, si deficit primus gradus, ꝛ sic substitutio pupillaris, si non potest habere locum vulgaris, puta quia per primum heredem sit adita hereditas, qui secundo loco fuit vocatus non potest ex substitutione admitti, vt ibi p eū. Sic ergo in indiuiduo in casu nostro videtur dicendum, quoniam nepos pupilla-
23 riter fuit substitutus. † Eo quia in illa compēdiosa de eo facta comprehenditur pupillaris, cum qualitas persone, cui fit, hoc patiatur iuxta not. in. l. centurio. de vulga. ꝛ pupil. ꝛ in. l. precibus. C. de impu. ꝛ ali. substi. ꝛ eidem illi de casali per compendiosaꝫ, ꝛ deficit primus gradus, qꝛ mortuus
24 est Andreas nepos viuente Catharina. † Et vulgaris in compendiosa comprehensa locum habere non potest quia Catherina iam fuit heres, ꝛ paterne hr̄editati se immiscuit iuxta. l. post aditam. C. de impub. ꝛc. Et ista decisio videtur ponere in proposito themate gladiū ad radices. Ista sunt, que, vt verum fatear, me diutius ancipitem in presenti questione reddiderunt ꝛ propter que in hanc partē primo aspectu inclinabam, presertim auctoritas Domini mei vltimo
25 loco adducta. ¶ † Uerum predictis non obstantibus maturius considerando contrariam sententiam in casu nostro veriorem omnino arbitror, ꝛ menti testatoris magis consonam, vt scilicet domina Bartholomea tanquam de casali testatoris, ꝛ vt propinquior coniuncta admittatur ad hereditateꝫ dicte Catherine vigore illius secunde substitutionis facte illis de casali. ¶ Et pro declaratione presentis cōclusionis p̄supponendum est ante omnia, que sint substitutiones, de quibus in testamento ꝛ quid in eis voluerit te
26 stator. † Quare dico quod prima illa substitutio facta heredi instituto dicitur compendiosa, quia plures substitutiōes sub diuersitate casuum, ꝛ temporum comprehendit, iuxta plene tradita per Bar. ꝛ alios in. d. l. centurio. ff. de vulg. ꝛ in. d. l. precibus. C. de impu. ꝛ al. ꝛc. Tradunt Canoniste
27 in. c. raynutius. extra de testa. ¶ † Nam sub illis verbis, quando lo suo herede venisse manco senza hr̄de ꝛc. comprehenditur primo vulgaris, si id contingeret ante aditaꝫ hereditatem, puta quod non nascatur vel natus non adeat iuxta tradita per docto. maxime Bal. in. l. fin. C. de institu. ꝛ substi. ij. col. versi. quidam credens. Secundo comprehenditur pupillaris, si id contingat post aditam hereditatem, ꝛ impubes moriatur, vt fuit in casu nostro, vt plene traditur
28 in. d. l. precibus. † Et licet longa ꝛ trita sit questio an hoc procedat vbi per verba cōmunia absq; temporum dinumeratione fiat, si mater est in medio prout proprie videtur casus noster, ꝛ Bart. ꝛ sequaces teneant quod eo casu non comprehenditur pupillaris fauore matris, ꝛ refert Corne. in consi. clxxx. principalis dubitatio. in fi. primo volu. licet non firmet. Tamen hodie communis opinio est in contrarium, vt per docto. in. d. l. centurio. ꝛ in. d. l. precibus. vbi hoc nouissime post alios asserunt Corne. col. xiij. ꝛ expressius Jason col. xj. vbi affirmat quod contra Barth. est cōmunis opinio ꝛ idem firmat Corne. in consil. clxxxvij. trita ꝛ vulgata est. q. primo volu. ꝛ consil. xxviij. circa presentem secunda colum. iiij. volu. ꝛ hanc opinionem communeꝫ omnino sequi debemus in cōsulendo, ꝛ iudicando presertim, ꝛ ei inherere veluti carroccio. Et sine difficultate hoc est dicendum in casu nostro ex eo quod testator vniuersaliter de
29 bonis disponit. † Nam etiam tenentes cuꝫ Bar. fatentur ꝙ vbi ista, vel alia similis coniectura argueret testatorem voluisse pupillariter substituere, ꝛ matreꝫ omnino excludere comprehenditur pupillaris dato quod mater sit in medio, vt plene declarat Corn. in. d. l. precibus. col. xiij. ¶ Et licet in prima substitutione testator non dixerit tutti li suoi beni, prout dixit in secunda, tamen sat est, quod loquutus
30 est idefinite. s. li suoi beni. † Et alias sermo indefinitus equipollet vniuersali. l. si pluribus. de lega. ij. ꝛ. l. si plures. de le
31 ga. iij. cum similibus. ꝛ maxime, † qꝛ debet ista prima substitutio declarari per secundam iuxta. l. si seruus pluriuꝫ. in fi. cum similibus. de legat. j. ¶ Quod quidem in casu nostro necessario est dicendum, quia si prima substitutio non diceretur facta vniuersaliter de omnibus bonis, secūda nō posset dici facta in omnibus bonis, vt consideranti recte patebit, quod esset contra intentionem, ꝛ expressa verba testato
32 ris. † Nec etiam quicquam facit quod fuerit apposita conditio, si sine herede decesserit, que de iure exponitur idest sine filijs, vt. l. ex facto. §. fina. vbi per omnes. ff. ad trebel. nā licet pleriq; eo casu propter talem conditionem velint pupillarem non comprehendi, tamen communis opinio et va est in contrarium, vt per Barto. ꝛ omnes presertim Mo
33 derniores in. d. l. precibus. ¶ † Tertio in ea compendiosa comprehenditur fideicommissaria vbi post aditam decederet, ꝛ non posset habere locum pupillaris, puta quia pubertate expirauit, ꝛ ille maior decessit, vt in. §. masculo. institu. de pupil. substi. ꝛ hoc est clarissimum prout firmant communiter docto. in. d. l. precibus. in. d. l. centurio. ꝛ in dicto.
34 c. raynutius. † Et hic ego considerabaꝫ alias legendo. d. l. precibus. ꝙ ista fideicommissaria comprehendatur neduꝫ vbi pupillaris euanescit pubertate, sed etiam quocunq; casu non posset habere locum, quod videtur procedere secundum opinionem Bar. de qua supra. Nam licet ipse neget habere locum pupillarem propter matris existentiam, tamen non negat, immo expresse ponit, quod habebit locum fideicommissaria etiam si decedat in pupillari etate. Quod satis videtur ad propositum. Si quis vellet quod in casu nostro non habeat locum pupillaris, quod tamen dici non potest, ꝛ infra id esse falsum ostendaꝫ, quia tunc diceremus quod haberet locum fideicommissaria, vt. j. tangaꝫ. Et hec de prima substitutione. ¶ Item dico ꝙ similiter secunda substitutio debet dici compendiosa, quoniam potest plures substitutiones continere. Nam primo potest continere vulgarem, hoc est quod illi de casali sint vulgariter substituti Andree nepoti in eo, quod ei in prima substitutiōe erat relictum, si contingat eum decedere sine herede, anteq̄ ex prima substitutione de re facta fiat heres, quod potest contingere, vel quia noluerit, vel etiam quia non potuerit, prout in his casibus habet locum vulgaris, vt. l. cum ꝓponas. C. de heredi. insti. cum similibus. Et recte consideranti ita videtur fuisse casus noster, quia scilicet Andreas decessit sine

herede,

herede, anteq̃ potuerit consequi, quod sibi erat relictum, ex quo nondum decesserat Catherina heres instituta. ¶ Secundo ista compendiosa comprehendit fideicommissariam, vt s. videatur ille nepos rogatus per fideicommissum restituere illis de casali, quod tunc haberet locum, quando ille nepos post acquisitam hereditatem decesserit sine herede, & ista, ni fallor, est vera & necessaria declaratio illarum substitutionum. ¶ Secundo principaliter supponendũ est primam substitutionem de nepote factam cum ipse decesserit viua Catherina, euanuisse & caducam factam esse, vt in l. vnica. §. & cum triplici. & §. sin autem aliquid sub conditione. C. de caducis tollendis. ¶ His ita suppositis conclusio s. firmata probatur. ¶ Primo per textum & eius generalitatem in l. coheredi. in principio. ff. de vulga. & pupill. vbi dicit, quod si decedat primus substitutus, siue ante institutum siue post substitutus secundus debet admitti. Et hoc
35 ex eo tantum est, † quia secundus substitutus dicitur vocatus in defectum primi, & in eius locum subrogatus, vnde ad casum nostrum hoc trahendo, dña Bartholomea tanquam de casali secundo loco vocata dicitur in defectum Andree, & in eius locum subrogata. Igitur sequitur vt eo deficiẽte debeat do. Catherina succedere, sicut successisset Andreas vbi viueret, pro quo facit quod vulgo dicitur, subrogatiua sapit naturam eius &c. vt. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. ¶ Et si dicatur q̃ ille tex. loquitur in vulgari substitutione, prout ibi videntur ponere doctor. in casu vero nostro vulgaris expirauit per aditionem hereditatis,
36 vt. s. tetigi. † Respondetur, & primo potest dici quod in casu nostro ista aditio seu immixtio non probatur, & cum sit facti, nõ debet presumi. l. in bello. §. facte. ff. de capt. & post
37 li. reuer. † & maxime hoc videtur verum, quia illa Catherina per se (quia fuit pupilla, immo infans) adire vel se immiscere non potuit, nec vllum habuit tutorem, qui pro ea id faceret, & hoc probatur in §. neq̃ tamen. insti. de aucto. tuto. iuncta l. si infanti. C. de iure deliber. & hoc plurimum est cõsiderandum, nam ex hoc solum videtur iuridica pars d. do.
38 Bartholomee, † quia, cum Catherina predicta nõ habuerit tutorem, vel si habuit, non tamen probatur aditio, & cum decesserit infans, vt mihi narratur, perinde esse debet, ac si ei hereditas nunq̃ fuerit delata, vt proprie dicit text. in dicta. l. si infanti. versicu. si vero, vel non sit tutor. & per consequens est ac si non fuisset nata, quo casu illi nepoti diceretur hereditas delata, & nunc do. Bartholomea vti substituta posset illam acceptare. Et pro his optime facit quod consuluit Bartol. consil. clxxviij. Perusinus quidam &c.
39 vide per te. ¶ † Vel secundo dato sine preiudicio, q̃ vulgaris de nepote facta expirauerit, respondetur quod licet, in dicta. l. coheredi. loquamur de vulgari, loquimur tamen de vulgari secunda idest de ea vulgari, que fit de secundo substituto, & per illam ille vocatur, & fateor quod vocatur ad primam vulgarem, quia scilicet ad eam vocaretur etiam primus substitutus, si viueret. Hoc autem dico esse in casu nostro, quoniam domina Bartholomea venit per illam secundam vulgarem de illa factam vti de muliere de Casali, eo quia ille nepos non potuit morte preuentus succedere, secundum quod supra declaraui. Et licet nõ vocetur ad vulgarem sed ad pupillarem, idest quia ille nepos, si viueret per vulgarem non vocaretur posito quod expirauerit, sed vocaretur per pupillarem, & sic ista secunda substitutio per quam vocatur domina Bartholomea dicitur vulgaris quo ad nepotem sed pupillaris quo ad ipsam Catherinam heredem institutam, vt infra dicam. ¶ Secũdo probatur supra firmata conclusio, per. l. quandiu. vltima, versicu. is autem, qui tertio &c. ff. de acquiren. heredit. qui text. non indiget inductione, quia clarissimus est, & per illum textum, Barto. ibi in indiuiduo in terminis nostris
40 determinat, † q̃ si decedat, qui primo substitutus fuit pupillo viuente adhuc ipso pupillo, & postea decedat pupillus, quod secundo loco substitutus vigore pupillaris admittitur ad successionem pupilli subintrans in locum primi substituti. ¶ Et si dicatur quod secundo loco vocatus non potest directo per pupillarem succedere pupillo, cum eo modo non fuerit vocatus. Respondet Bart. ibi q̃ immo potuerit ex persona primi substituti, vt supra ego dixi, adeo dicit ibi Barto. q̃ ille secundus gradus substitutionis respectu primi substituti dr̃ vulgaris in gradu vero pupilli hr̃dis
41 dicet̃ pupillaris. ¶ † Et sic ex his pz, q̃ iuris illuminator, & oĩum auriga Bar. casum nostrum in terminis resoluit in fauorem domine Bartholomee, & hanc decisionem Bartol. cõmendat, & sequitur ibi Angel. dicens se ita Florentie consuluisse vna cum domino Joãne de ritis, & domi. Philippo de consciis, & subdit q̃ ita postea fuit iudicatum, idem tenet ibi Joannes de imola, dicens conclusionem Bartol. menti tenendam, quoniam vidit pluries de facto, & idem ante eos sequitur ibi Bald. idem tenet ibi Paul. de cast. in secunda columna, dicens quod dum esset Bononie consuluit Vincentie ẽm opinionem Barto. & q̃ plures alij cõsuluerunt, licet de Barto. mentionem non fecissent, & idem tenet ibi Areti. in decima, & vndecima columna, dicens q̃ opinio Barto. est communis & verissima, quicquid in contrarium dixerit ibi Roman. qui prout ibi dicit Aretin. nimis enormiter errauit, & istam opinionem sequutus est idem Barto. vt multi referunt, in quodam suo consilio incipien. quidam nomine meus. quod tamen consilium non reperitur inter impressa, & hoc solum fundamentum sufficeret ad victoriam dicte domine Bartholomee, cum predicta opinio sit verissima, & communis a qua per iura vulgaria nephas esset, maxime in iudicando, recedere. ¶ Et vltra supra adducta, idem tenuit Pau. de castro, in consilio mihi. ccclj. presens dubium videtur formari. in secunda columna, & Jas. may. in l. prima. octaua columna, versicu. vndecimo, & vltimo. ff. de vulgari & pupillari. dicens quod secundum hoc sepe, & sepius consuluit, & semper consuleret, & idẽ in effectu quo ad casum nostrum tenuit Alexand. consilio primo, perspectis verbis testamenti. prima columna, & fin. primo volumine, & ita eum allegat Jas. in loco preallegato, & ante eum allegatur in apostil. ad Bar. in dicta. l. quã
42 diu. ¶ Tertio roborantur predicta, † quia in substitutionibus interpretandis semper ad earum validitatem fieri debet larga interpretatio, quatenus tamen testatorem verisimiliter voluisse constare potest, argumẽto. l. quotiens. ff. de rebus dubiis. cum similibus, & est glo. singularis & communiter approbata in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthumis. & ita ad hoc propositum ponderat Jas. in dicta. l. prima. octaua columna, & ita per illam glosam, dixit Bald. in l. cum proponas. colum. fin. & post eum ibi Pa. de cast. & Alexand. C. de heredibus instituendis. & dixit celeberrimus doctor dominus Franciscus curt. senior, in suo cõsilio septuagesimo quinto, dominus Ludouicus lotar. in vltima columna, vbi ad hoc plura congerit. Unde cum in casu nostro simus in interpretatione substitutionis, ad eius validitatem fieri debet larga interpretatio, cum omnimoda mens testatoris circa hoc appareat, vt recte consideranti patebit. Non enim aliud in suo testamento voluit testator, nisi quod vbi nec filij nec eorum descendentes, item nec nepos ille vel eius descendentes reperirentur, illi de suo casali vocarentur, & ita verba testamenti important, vt de se clarum est. ¶ Rursus & quarto in fauorem domine Bartholomee, vt supra secundo loco substitute optime facit qđ consuluit Corne. consilio trigesimo quinto, in casu isto pul-
43 chre. in tertia cõclusione, colum. fina. † vbi vult quod si Trigiola quedam que erat coheres & substituta cuidam domine Antonie, viua illa Antonia decesserit, & post decedat Antonia, illi, qui fuerant substituti domine Trigiole habebunt etiam portionem Antonie, ex eo quia illi erant inter cetera, vulgariter substituti illi Trigiole, propter quod dicuntur ad vnguem positi & subrogati in locum eius, & ideo admittuntur per illam substitutionẽ ad omnia, ad que Trigiola ipsa, si viueret, admitteretur. Et pro eo optime facit doctrina Barto. in dicta. l. quandiu. communiter approbata, vt supra dixi, & miror q̃ tantus vir oblitus fuerit barto. allegare, qui casum eius determinat, & idem voluit bal. consilio centesimo sexagesimo secundo quidam fuit substitutus. primo volumine. Sic ergo dicendum est in casu nostro, q̃ domina Bartholomea subintrans & subrogata in locum nepotis predefuncti admittatur ad successionem

Catherine,sicut ipsa viuens admitteretur. ⁊ hoc consilium
multum facit pro hijs,que dixi supra in primo fundaméto.
¶ Reliquũ est vt respondeatur ad allegata in contrariũ,
quibus,si recte quis predicta intueatur cognoscet clarissi-
mum responsum. Uerum vt clarius veritas appareat sin-
gulis seriatim respondebo. ¶ Ad primum ergo responde
tur secundum omnes doctores supra allegatos quod im-
mo in casu,qui euenit,illi de Casali dicuntur substituti etiã
Catherine,ex quo in locum Andree subrogantur,qui erat
illi substitutus. ¶ Nec obstat.d.l.commodissime.quia ne-
gatur quod substitutio sit facta tantum in casum de quo su-
pra in argumento,quia vt ex predictis patet,fuit facta etiã
44 in casum,qui euenit. ¶ †Et posito quod id verba non im
portarent(quod tamen est falsum)dico quod ex verosimili
mente testatoris traheretur omnino ad istum casũ,qui eue
nit, iuxta notata per doctores in dicto.§. ⁊ quid si tantum.
ponit Barto.in.l.si mater.§.finali.ff.de vulgari ⁊ pupilla-
ri. ⁊ Angel.in dicta.l.quandiu.in fine,Cuma.consil. cxxj.
Gerardus quondam. ⁊ Fulgosi. consilio decimo quinto,
proponitur quod montes ⁊c. cum multis similibus, ⁊ ita
huic primo argumento respondent in terminis Bar. Pa.
de castro,Imo.⁊ alij in dicta.l.quandiu.⁊ Corne. in dicto
45 consilio trigesimo quinto,in fi. ¶ †Secũdo non obstat.l.
qui habebat.nam primo respondetur quod ibi secũda sub-
stitutio fuit mera pupillaris,de qua tantum ibi agitur, ita
videtur velle Barto.in dicta.l.qui habebat. ⁊ aliq ibi post
eum,⁊ Paul.de cast.in dicta.l.quandiu. ⁊ refert Corn. in
dicto cõsilio trigesimo quinto,in fi.in casu vero nostro fuit
compendiosa,in qua etiam vulgaris comprehenditur, im-
mo ista secunda nullo modo potest dici pupillaris, cum ille
nepos esset extraneus. ¶ Uel secundo ⁊ verius responde
tur,quod in dicta.l.qui habebat.mater ⁊ soror non vocan-
tur,quia defecit conditio,sub qua vocate erant, quia cum
essent substitute,si filia decesserit ante nubilem etatem, ⁊ sic
in pupillari etate, ⁊ filia pubes facta decesserit, expirauit
substitutio de eis facta propter defectum conditionis,vt.l.
meuius. ⁊ per totum.ff.de conditione ⁊ demonstratio. ita
clare voluit Bart.in dicta.l.qui habebat.⁊ Bal. Angel.
⁊ Imo.in dicta.l.qnandiu. ⁊ ponit expresse Corne. in di-
cto consilio trigesimo quinto, ⁊ expressius Bald. in dicto
consilio centesimo sexagesimo secundo, primo volumine,
vbi dicit ꝙ iste est verus intellectus in dicta.l.qui habebat.
Quod aperte monstratur,quia illa decisio,si quis recte in-
tueatur,fundatur in eo quod filia pubes facta decesserit,ita
probat ille text.in versiculo quero cum filia pubes ⁊c. iun-
cto versicu.secundum ea que proponerentur. In casu vero
nostro,conditio nedum non defecit,immo adimpleta est,
quia scilicet ille Andreas nepos sine liberis, ⁊ per conse-
quens sine herede decessit,vt narratur in themate.
46 ¶ † Tertio non obstat consil. Oldrad.centesimo septuage
simo septimo, ⁊ alia supra ad idem allegata,quoniã respon
detur primo quod eius decisio non videtur vera, nec ratio-
nes per eum allegate procedunt,vt ex predictis liquebit re
cte considerãti,⁊ breuitatis causa in hoc non instabo, ⁊ hãc
decisionem Oldrad. in specie reprobat Areti. in dicta.l.
quandiu. ⁊ in dicta.l.si mater.§.fina.⁊ omnibus eius ratio
nibus respondet,vt per eum videri potest, ⁊ similiter eam
intendit reprobare Ias.in dicta.l.prima.octaua columna,
de vulga.remittens se ad dicta per Areti.in locis supra al-
lega. ⁊ in veritate illa decisio est iniqua ⁊ contra omnimo-
dam mentem testatoris. Potest tamen ⁊ secundo respon-
deri(dato quod illa decisio sit vera, absq; tamen preiudi-
cio)quoniam illa procedit, sicut ⁊ diximus supra, circa.l.
47 qui habebat.†videlicet quia cõditio,sub qua ille Bernar
dus frater testatoris fuerat vocatus, non fuit impleta,nam
ipse vocatus fuit si secũdo loco nasciturus decesserit sine fi-
lijs,quod non potest dici impletum,cum ille non fuerit na-
48 tus. Nec enim dicitur perijsse,qui non fuit natus , † dunta-
xat etenim orta ⁊ viuentia occidunt ⁊ pereunt,iuxta.l. de-
cem.cum similibus.ff.de verborum obligatio.⁊ ita conside
rat ibi Oldrad.in vltima ratione, ⁊ similiter Ioan. andre.
in loco allegato, ⁊ ita in proposito ponderat Aretin.in di-
cta.l.quandiu.columna fina.versicu.aduerte tamen,dicẽs,
quod in similibus terminis,ita consuluit Ange.consilio no
nagesimo tertio,quod consilium incipit visis inspectis om-
nibus. ⁊ hoc ponit ibi Ange.in quarta ⁊ quinta columna,
quod tamen dicit procedere de rigore iuris. Sed equitate
inspecta,secus dicit inferens vocatum,si posthumus nasca
tur ⁊c.admitti ex equitate etiam eo non nato. Et ꝯsequen
ter recte intuendo ex decisione Ange.posset inferri contra
Oldradum. ⁊ Ioãnem andre.in allegatis locis, vt scilicet
eorum decisio nõ sit vera,prout dixi supra in prima solutio-
49 ne. ¶ †Deniq; non obstat quarto loco decisio domini mei
Soci.in dicto consilio quinquagesimo secundo, quoniam
veritati inherendo,quam semper preomnibus venerari de
bemus,dico quod licet illa videatur prima facie iuridica
decisio,tamen est a veritate aliena,quoniam,prout ex predi
ctis liquet apertissime,ille qui secundo loco vocatur com-
pendiose,dicitur etiam vulgariter substitutus,ita vt mediã-
te vulgari succedat in id,quod testator reliquit primo substi
tuto,siue id primus habere noluerit siue non potuerit, iu-
xta.l.cum proponas C.de heredibus instituen. Unde cũ
morte preuentus non potuerit pupillariter succedere debet
merito ad id vocari secundo loco substitutus vigore vulga
ris de eo facte comprehense in compendiosa. ¶ Et non di
co ꝙ succedat vigore vulgaris facte pupillo, sed vigore pu
pillaris ad quam debet admitti subintrans locum primi
substituti. ¶ Et ex his patet non referre quod pupillus
fuerit factus heres vel vulgaris illi facta alio modo euanue
rit, ⁊ per hanc rationem ineuitabiliter ostenditur falsa deci
sio,de qua per Socin.ibi,⁊ contra eam videtur(vltra pre-
dicta)tenere Iason in.l.prima.ff.de vulgari ⁊ pupilla.octa
ua columna. ¶ Preterea vbi esset aliqua dubitatio, con-
tra eam est communis opinio scribentium,post Bartol. in
dicta.l.quandiu. ⁊ in alijs locis supra allegatis,a qua com
muni opinione,nunq̃ iudex debet recedere per iura vulga
ria. ¶ Non omitto ꝙ posset aliter responderi, videlicet,
ꝙ in casu nostro non fuit adita per Catherinam hereditas
⁊ consequenter non euanuit vulgaris substitutio illi facta,
prout dixi supra in primo fundamento pro domina Bar-
tholomea facto,quo dato vero in nullo obstaret decisio il-
la Soci.cum ipse tantũ in eo se fundet quod expirauit vul
garis. Non instabo tamen super hoc,quia solutio primo lo
co data est ipsa veritas. ¶ Remanet itaq; ex predictis fir-
ma, ⁊ verissima conclusio,⁊ menti testatoris omnino con-
formis,quod domina Bartholomea,tanquam de Casali,
⁊ proximior coniuncta subintrans in locum Andree nepo
tis,debet per pupillarem admitti ad bona ⁊ hereditatem
dicte Catherine,quecunq; fuerint, ⁊ vndecunq; ei fuerint
acquisita,⁊ ita omnino tenendũ est. ¶ Si quis tamẽ per-
tinaciter(fatue tamen ⁊ contra iuris regulas) vellet quod
pupillaris facta Catherine per mortem nepotis expiraue-
rit,potest dici quod remaneat fideicommissaria salua, que
in compendiosa comprehensa tunc habet locum, quando
pupillaris non potest habere locum,vt dixi supra in premis
50 sis,†quo stante cum fideicommissum illud nepoti relictum
per eius mortem fuerit effectum caducum , vt supra etiam
dixi dicendum est quod dicatur remansisse apud Catheri-
nam cum onere restituendi secundo substituto, ⁊ sic domi-
ne Bartholomee,per textum,in.l.vnica.§.pro secundo.C.
de caducis tollendis. ⁊ dicit Bartol.⁊ sequuntur omnes,
in dicta.l.quandiu.in fi.de acquirenda hereditate, ⁊ ponit
dominus meus Socin.in dicto consilio quinquagesimo se-
cundo, ⁊ Bald.consil.cclxxix.factum tale proponitur. pri
mo volumine , ⁊ in consilio octuagesimo primo, quamuis
primus,quarto volumine,ita etiam tenet Guido pape, in
questione.cccccl. ⁊ his diebus consului in pulchr. questio.
in ciuitate Señ.⁊ idem ante me in eadem questione consu-
luerat tempestate nostra monarcha iuris domi. Philip.de
ci.mihi compater honorandus,⁊ alij excelleñ. docto. ⁊ ita
expost iudicatum fuit, ⁊ sic sequitur quod in omnem casũ
domina Bartholomea debet admitti. ¶ Uerum nullate-
nus puto discedendum a conclusione supra facta,vt scilicet
admittatur per pupillarem, quam indubitatam ⁊ vti euan
gelium verissimam arbitror. Pro qua vltra predicta facit
51 †quia semper,si verba ⁊ persone patiunt̃,debet fieri inter-
pretatio

pretatio vt substitutio iure directo valeat, vt est casus, & ibi ponunt omnes in.c.si pater.de testamentis, libro sexto.

52 ¶ †Modo deuenio ad quartam questionem in qua concludenter loquendo, dico quod domina Clara mater dicte Catherine per pupillarem substitutionem exclusa, dicitur exclusa etiam a legittima, casus est ineuitabilis in dicto.c. si pater.in versicu. siue partis iure nature debite. & ita dicunt omnes doctores ibi, & in dicta.l.centurio. & in dicta.l.pre=

53 cibus. ¶ †Et ratio est, quia substitutio pupillaris licet de hereditate filij tractans dicatur testamentū pupilli, vt in.§. igitur. & in.§.liberis.institu.de pupillari substitutio. tamen vere loquendo dicitur testamentū & prouisio patris. & hinc est quod in eo mater preterita non habet querelam inofficiosi testamenti, vt est tex.in.l.papinianus.§.sed nec impuberis.ff.de inofficioso testamento.per quem text. & per dicta ibi per scribentes conclusio supra firmata, redditur clarissima, & quia in hoc nulla est difficultas vlterius non insto. ¶ Aggredior nouissime quintam & vltimā questio. in qua vt verum fateamur non esset aliquid dicendum, cum vt superius clarissime est probatum, habeat locum pupillaris

54 substitutio. †Et sic potest esse locus cause testati, & propterea cessat penitus causa intestati, vt.l.quandiu.la secunda. ff.de acquirenda hereditate. &.l.antequam.C.communia de successio. & idem vult statutum mihi transmissum, sub rubrica, delli poderi & stanti di Corsica, in vltimo versicu. ibi, & se aduenisse che lo habo &c. ¶ Uerum postquam in puncto ponitur ista quest. vt ad vngnem consultanti morem geram, licet hoc sit impertinentissimum, conclusiue loquendo dicam quid sentio. Dico igitur primo quod ad hereditatem domine Catherine, vbi non esset ei facta pupillaris substitutio, deberet admitti, qui de cippo paterno ei esset proximior, & per consequens eadem domina Bartholomea, ita sumitur ex predicto statuto in versicu. & se non viuessero alcune ditte persone &c. Nam si excluduntur ibi sorores vterine, que in eodem statuto aliquando matri preferuntur, fortius dicitur exclusa mater. ¶ Preterea patet ex alio quia infra in eodem statuto mater admittitur ad certam portionem, vt statim subdam. Ergo sequitur quod ab vniuersali iure succedendi dicitur exclusa argumento.l.cum pretor. in principio.ff.de iudic. ¶ Secundo dico quod mater debet pro sua legittima admitti ad tertiam portionem, si tamen non contraxit secundas nuptias, vt patet ibi in statuto in versicu. & se la mamma dello suo figlio. ¶ Tertio dico quod dicta mater potest & in vita & in morte libere de dicta tertia parte disponere, ex quo non supersunt filie sue defuncte aliqui ex cippo, qui illi secundo gradu coniungantur, vt probatur in eodem statuto in versicu. & in caso che ella morga &c. iuncto quodam versicu. precedenti incipien. & se la mamma dello suo figlio. in fi. quando dicit della quale ella possa fare in suo piacere &c. ¶ Nec credat aliquis quod quando statutum facit mentionem de secundo gradu, velit in eo nō existentes excludere a iure succedendi, quia tunc esset contra multa superius dicta, nam voluit tantum excludere nō existentes in secundo gradu ab illo iure recuperandi illam tertiam matri datam post mortem matris. nam vt supra dixi statutum matri imposuit onus restituendi illam tertiam solum his, qui secundo gradu filio suo coniunguntur, quibus non existentibus dedit liberam licentiam de ea tertia disponendi, non tamen admisit eam ad integram successionem filij sui. ¶ Et ista sunt vera, & procedunt attento predicto statuto & iure municipali, quod in loco est seruandum, vt.l.omnes populi.cum materia.ff.de iusti.& iur. Fateor tamen quod circunscripta illa.l.municipali, & iure communi inspecto. mater, tanquam proximior, absque aliqua hesitatione vniuersaliter omnibus exclusis admitteretur, vt in auct. defuncto.C.ad senatusconsultum tertullianum. & in corpore vnde sumitur. ¶ Placuit hec ita per conclusiones percurrere, vt consultanti satisfacerem. Uerum, tanquam non necessaria, in proposito themate, non veniunt discutienda, cum locus omnino sit testamentarie successioni per predicta. ¶ Concludo ergo quod domina Bartholomea vti propinquior coniuncta & de Casali domine Catherine defuncte, admitti debet vniuersaliter ad hereditatē domine Catherine, & ad bona vndecunque quesita etiam per mortem Andree, exclusa penitus domina Clara matre domine Catherine, & etiam illo Franco filio amite magne domine Catherine. Laus Deo.

Mar. Soci. iunior. Pisis legens. 1517.

SVMMARIVM.

¶ Substitutio facta in re certa, an & quando valeat vt pupillaris.

1 Actus agentium, non operantur vltra eorum intentionem.
2 Uoluntas testatoris dicitur illa, quam verba demonstrant.
3 Limitata substitutio, an limitatum producit effectum, & infra nume. 30.
4 Permissum in vno in alijs denegatum censetur.
5 Uerba deueniat, & reuertatur, cum sint communia, an possint trahi ad totum patrimonium, quādo substitutio est facta alicui in re certa, & infra nume. 31.
6 Dispositio particularis ad vniuersum non trahitur, vide infra nume. 32.
7 Substitutio licet sit facta per verba importantia pupillarem substitutionem, tamen si verba in substitutione posita repugnāt substitutio in pupillari, non erit pupillaris substitutio, & infra nu. 29. vide tamen infra nu. 38.
Et per que verba substitutio pupillaris inducatur.
8 Substitutio facta per hec verba si in pupillari etate decesserit, an inducant substitutionem pupillarem, & infra numero. 41.
9 Uerba testatoris quando sunt dubia, facienda est illa interpretatio, per quam voluntas testatoris reddatur conformis statutis loci, etiam ab intestato loquentibus, vide infra nume. 35.
10 Substitutio facta alicui in re certa instituto per verba directa ciuilia, puta sit heres in centum, est substitutio directa suo tempore.
Si autem per verba quecunque non ciuilia, non erit substitutio sed particulare relictum, & hoc quando non apparet testatorem voluisse pupillariter substituere.
11 Substitutio facta per testatorem volentem pro filio testari, & sit dictum talem substituo in fundo, talis substitutus admittitur ad omnia bona pupilli, licet fuerit substitutus in re certa, quia substitutio in re certa ad vniuersum trahitur, sicut institutio.
12 Argumentum valet ab idemptitate rationis.
13 Uerba ista, si in pupillari etate decesserit, sunt modus & forma, quibus substitutio pupillaris fieri solet.
14 Uerba tanquam note passionum animi nostri denotant mentem loquētis, que ex eis percipitur, & cui verba ipsa conueniunt.
15 Testatoris intentio ex verbis arguitur, an voluerit pupillarem facere substitutionem.
16 Lex arbitratur patrem pupillo substituendo velle directo pupillariter substituere.
17 Una coniectura aliam tollit.
18 Lex interpretatur voluntatem defuncti ad id dirigi, quod benignius est filie.
19 Substitutio pupillaris dicitur fauorabilis filio.
Fideicommissaria autem damnosa, quia per eam filius grauatur.
20 Paterna affectio, semper est intenta prouisionibus filiorum.
21 Uerbum deueniat, licet alias sit commune, & habile, non directam & obliquam substitutionem, tamen positum cum hijs verbis, si decesserit in pupillari etate, dicitur verbum directum, & ius hereditatis directo, importat.
22 Uerbum succedat, licet sit commune, tamen additum verbo impuberi, puta succedat impuberi, dicitur directum, nec amplius est habile ad fideicommissum.
23 Uerbum heres esto, dicitur ciuile directum, & tantum se habet ad ius directum hereditatis, & non ad ius directum legati.

24 Substitutio facta impuberi per verbum deueniat est pupillaris, lz in re certa facta sit, ⁊ i. nu. 26.
25 Bona testatoris filio quesita dicuntur res certa respectu vniuersorum bonorum ipsius filij.
27 Substitutio dubia, maxime si sit liberis facta, directa censeri debet.
28 Substitutio pupillaris operatur, ꝙ pupillus testatus decessisse dicatur.
31 Intentio testatoris ante omnia est attendenda, etiam contra subtilem verborum importantiam.
32 Verbum reuertatur, licet proprie dicatur, quando res aliquando apud nos fuit, tamen largius accipitur etiam pro eo, quod nunquam nostrum fuit, sed ad nos nouiter venit.
Idem est de verbo reddatur.
33 Substitutio facta per hec verba si filius meus in pupillari etate decedat bona reuertantur in Sempronium erit directa vel obliqua substitutio, licet nil vnquam fuerit de dictis bonis apud Sempronium.
34 Verbum in vna dispositione positum proprie ⁊ improprie capi potest.
36 Prouisio hominis legis prouisionem tollit.
37 Ab opin. cōmuni non est recedendū, nec in consulēdo nec in iudicando.
39 Verba precaria, ⁊ obliqua non important substitutionem directam.
40 Verba obliqua quandoqꝫ interpretantur in directam substitutionem, quando voluntas testatoris ita precise apparet, vt aliter non possit interpretari, vt puta si dixerit, restituat Gaio, quem pupillariter substituo.

CONSILIVM XCV

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie. Proponitur in facto, quod in testamento inter cetera domine Clare filie testatoris fuerunt legati floren. 800. pro omni suo iure, in quibus fuit heres instituta eidemqꝫ fuit facta substitutio in hec verba, videlicet ⁊ si dicta domina Clara decesserit in pupillari etate, volo ꝙ dictum legatum per me ei factū deueniat ⁊ reuertatur heredi meo seu heredibus meis subscriptis, instituto postea herede vniuersali, ⁊ ita absoluto testamento decessit testator, deinde adhuc impubes domina Clara decessit, habens aliunde nonnulla bona. Queritur vtrum heres testatoris substitutus vt supra, tanꝙ pupillariter substitutus, capere possit vniuersaliter omnia bona dicte domine Clare, an vero tanquam fideicommissarius, solum petere possit a venientibus ab intestato ad hereditatem domine Clare dictos. 800. florenos.

¶ Et profecto videtur prima consideratione dicendum eam substitutionem non posse dici pupillarem, sed quod solum fuerit fideicommissaria in illis. 800. floren.
1 † naz actus agentium, nihil preter intentionem eorum operantur. l. non omnis. ff. si certum petatur. ¶ Presertim hoc erit in testamentis, in quibus voluntas testatoris omnia regit ⁊ primū locum obtinet, vt. l. in conditionibus primum locum. ff. de conditione ⁊ demonstratione. ⁊ totum deniqꝫ facit. l. ex facto. la grande. circa medium. ff. de heredibus instituendis.
2 † Voluntas autem illa dicitur, quam verba demonstrant, iuxta. l. labeo. ff. de suppellect. legat. vnde dicitur a verborum significatione non esse regulariter recedendum. l. non aliter. in principio, de legatis tertio, ⁊ in. l. prima. §. si is, qui nauem. ff. de exercit. Sed sic est in casu proposito ꝙ verba important substitutionem illam valere tantum in illo legato florenorum. 800. vt patet ibi legatum per me ei factum ⁊c. ergo ita erit talis substitutio interpretanda. ¶ Comproba-
3 tur hoc secundo, † quia cum testator limitauerit seu restrinxerit illam substitutionem ad illud legatum, videtur omnino velle quod inde limitatus oriatur effectus, iuxta. l. in agris. ⁊ quod per illum textum, dicunt doctores. ff. de acquirenda rerum dominio. ⁊ consequenter, vt substitutio illa dicatur limitata seu restricta ad dictum legatum florenorum. 800. maxime cum (vt mihi supponitur) testator optime sciret dictam dominam Claram iam habere alia bona que eidem a matre prouenerant. Hoc enim sciens, cū substituendo solum legatum illud incluserit, cetera bona videtur a substitutione omnino exclusisse, cum inclusio vnius ex
4 pluribus propositis sit exclusio alterius, † ⁊ quod in vno permittitur in alijs censetur denegatum, vt. l. maritus. vbi glo. nota C. de procuratoribus. facit. l. cum pretor. in principio. ff. de iudic. ⁊. c. nonne. extra de presumptio. ⁊. l. cum de lanionis. §. cum fundum. ff. de fundo instructo. cum concordan. allegatis in dicta. l. maritus. ¶ Tertio confirma-
5 tur, † quoniam verba illa deueniat ⁊ reuertatur, apposita in substitutione, cum sint communia, secundum Bartol. in. l. centurio. columna fina. ff. de vulgari ⁊ pupillari. ⁊ ita ibi tenent omnes, ex quo in proposito themate fuerunt adiecta certe rei, videlicet illis. 800. florenis, non possunt trahi aliquo modo ad vniuersum patrimonium domine Clare, secundum quod in terminis ibi declarat Barto. in dicta. l. centurio. columna vndecima, versicu. quero vlterius quid si substitutio. ⁊ ibi cum Barto. transeunt communiter doctores, vt ibi per Alexandrum, columna trigesima, ⁊ per alios moderniores dicentes opinionem Bartol. communiter teneri. Sequitur ergo quod non potuit predicta sub-
6 stitutio valere vti pupillaris, † quoniam tunc dispositio particularis traheretur ad vniuersum contra predicta, ⁊ contra. l. cogi. §. ⁊ generaliter. ff. ad trebellianum. vbi Dyn. ⁊ Barto. notant. ¶ Rursus ⁊ quarto roborantur predicta, quoniam verba illa, reuertatur heredi meo ⁊c. omnem dubitationem videntur tollere, illud enim dicitur reuerti ad nos, quod aliquando apud nos fuit, sed iam discesserat, vt est notum. Hoc autem proprie ⁊ in terminis conuenit de legato florenorum. 800. quod iam apud ius hereditarium fuit per tale legatum diminutum iuxta diffinitionez legati traditam in. l. legatum est. de legatis primo. Alia autem bona domine Clare, cum nunquam in iure hereditario fuerint, non possent dici reuerti ad heredem. Ergo de eis non videtur testator sensisse, ⁊ consequenter non videtur, ꝙ talis substitutio fuerit aliquo modo pupillaris.

¶ Nec predicte conclusioni videtur obstare quod testator in substitutione dixerit, si in pupillari etate decesserit, ⁊ sic vsus fuerit verbis conuenientibus ⁊ proprijs ad pupil-
7 larem substitutionem, † quoniam videtur posse responderi, quod ex eo non sequitur, ergo fuit pupillaris substitutio. Si ex alio verba in substitutione posita ipsi pupillari repugnarent, vt est casus in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari ⁊ pupillari. vbi non obstante quod fuerit dictum impubes ⁊c. substitutio dicitur fideicommissaria, quoniaz ita ex alijs ver-
8 bis perpendebatur. † Et quod ista verba non inducant in casu nostro pupillarem substitutionem videtur esse omnino de intentione Barto. in dicta. l. centurio. in quinta columna, versicu. quid si testator substituit aliquem compend. ⁊c. vbi restringit. l. coheredi. §. finali. eodem titulo, procedere tantum, quando substitutio fuisset facta per verba directa ciuilia, puta talis sit heres, prout proprie loquitur dic. §. fina. vnde si fuissent verba communia, non fuisset pupillaris, ⁊ tamen ibi presupponitur fuisse adiectam conditionez, si intra pubertatis annos decesserit, ⁊ si ita voluit Barto. similiter videntur voluisse omnes simpliciter sequentes eū. ⁊ aliqualiter clarius videtur velle Alexand. in dicta columna, trigesima, ⁊ Salyce. ab eo relatus quando fm Salyce. reprobat Bald. qui dicebat eo tantum casu importari pupillarem, quando fuerat dictum, si in pupillari etate decesserit, vult enim ibi Alexand. indistincte opinionem Barto. esse veram, ⁊ ita expresse tenet Barto. in dicta. l. centurio. columna duodecima in principio, ⁊ ita reperio ꝙ in terminis consuluit insignis doctor dominus Petrus philip. corne. in consilio quadragesimo, incipien. circa hanc consultationem. secunda columna, tertio volumine, ⁊ in consilio nonagesimo quarto, post dominum Petrum de vbald. incipien. dominus Petrus. primo volumine in principio, ⁊ ita etiam dicit subtilissimus doc. do. Bartholomeus soci. patruus ⁊ preceptor meus in consilio. cxvij. incipien. viso testamento domini Iubilei. in tertia columna, versic. ali-

quando

quando ⁊ quarto.in quarto volumine nouiter impresso.
¶ Adde ꝙ pro ista opinione sepe consuluit Bald.vt pa-
tet in consilio.clxx.incipiente pater instituit filium. primo
volumine,⁊ consil.ccxcvj.incipiente premittendum est ad
euidentiam.quarto volumine,⁊ consil.cx.incipiente substi-
tutio facta in prelegatis.⁊ consil. cxxj. incipiente proponi
tur quidam Laurentius.versicu.venio ad tertium. quinto
volumine,in quibus negat esse pupillarem,tam ⁊ si dictum
fuerit,si in pupillari etate decesserit,maxime quando pupil
lus erat in certa re institutus.idem tenere videtur Philip.
franc.in.c.si pater.columna quinquagesima quarta, de te-
stamentis libro sexto,versicu.quinto queritur.ita etiam te-
net Alexand.in consilio.cclij.in fi.sexto volumine.
¶ Ista sunt,que pro ista opinione plurimum vrgere pri-
mo aspectu videbantur.¶ Que nouissime videtur ex alio
9 comprobari,† quia vbi ista questio esset dubia, ⁊ sic nõ con
staret,quid testator senserit,illa est facienda interpretatio,
per quam voluntas testatoris redditur conformis statutis
in loco existentibus etiam loquentibus ab intestato, iuxta
tradita per Barto. ⁊ alios in.l.heredes mei.§.cum ita.ff.
ad trebellianum.ponit Jas.in.l.omnes populi.in sexta co-
lumna.ff.de iustitia ⁊ iure. ⁊ Felyn.in.c.ius generale.in se-
cunda ⁊ tertia columna,prima distinctio. ⁊ ita etiam con-
suluit Barto.in consilio incipiente quidam accepit a quo-
dam Abbate. ⁊ eum sequitur Imo.in.l.finali.ff.de condi-
tione ⁊ demonstratione.⁊ ita etiam tradit dominus Cor.
predictus in consilio. cclxxvj. incipiente viso suprascripto
themate.tertia columna,tertio volumine cum similib. Vn-
de cũ in Cathalonia,vbi quest.vertitur,extet constitutio ꝙ
bona prouenientia a linea materna pertineant ad coniun-
ctos per matrem,vt huic constitutioni sit conformis volun
tas testatoris,dicamus eum noluisse facere pupillarem,cuꝫ
per eam in omnibus bonis pupilli succedatur, vt est notissi
mum, ⁊ sic coniuncti per matrem,qui non sunt substituti il-
lis bonis maternis priuarentur,quod non erit interpretan-
do vt solum fuerit fideicommissaria,ergo ⁊c. ¶ Verum
predictis non obstantibus in proposito casu contrariam
opinionem probabiliorem,⁊ in iudicijs attendendaꝫ arbi-
10 tror ex infra dicendis. ¶ † Et pro intelligentia conside-
randum est quod aliquando quis post mortem filij voca-
tur ad certam rem simpliciter,puta quandocunqꝫ filius de
cedat,Titius accipiat centum,non aliter constito quod te-
stator voluerit facere testamentum pro filio , ⁊ sic pupilla-
rem substitutionem, ⁊ tunc secundum Barto. ⁊ alios in di
cta.l.centurio.in locis preallegatis debet distingui, qr aut
fuit ille vocatus per verba directa ciuilia,puta talis sit he-
res in centum, ⁊ eo casu importabitur directa pupillaris
suo tempore,aut per alia verba quecunqꝫ fuerint obliqua
communia vel directa non ciuilia, ⁊ eo casu erit tantuꝫ par
ticulare relictum, ⁊ iste sunt magis communes opiniones.
Licet ego in dicta.l.centurio.etiam in primo casu tenueriꝫ
esse particulare relictum,iuxta.l.quotiens.C.de heredibus
instituendis.presupponendo ꝙ eo modo vocatus non di-
citur substitutus,sed simpliciter in re certa institutus,sub il-
la conditione vel die incerta.s.quando filius morietur. sed
ad presens non expedit disputare,⁊ ad ibi dicta me remit-
to,Et pro nunc non est recedendum a communi opinione,
maxime si quo casu de ea in iudicio esset disputandum.
¶ Aliquando vero,quando quis post mortem filij voca-
tur,constat quod pater voluerit facere pupillarem substitu
tionem, ⁊ sic testamentum pro filio, iuxta.§.liberis.institu.
de pupillari substitutio. ⁊.l.patris ⁊ filij.ff.de vulgari ⁊ pu
11 pillari.† puta quia dictũ fuerit,talem pupillariter substituo
in fundo,vel talis pupillariter sit heres in centum.⁊ isto ca-
su dicendum est quod si filius decedat in pupillari etate,ille
talis ita pupillariter substitutus admittatur per pupillareꝫ
ad omnia bona pupilli iure directo,licet fuerit tantuꝫ sub-
stitutus in certa re,quoniam ex quo in ea substitutione,non
fuit sibi datus coheres vniuersalis substitutio in re certa tra
het ad se vniuersum detracta certe rei mentione,sicut dici-
mus de institutione,que fieret in testamento proprio, vt in
.l.prima.§.si ex fundo.ff.de heredibus instituendis. ⁊ isto
argumento in terminis nostris vtitur iurisconsultus in.l.co
heredi.§.finali.de vulga. ⁊ pupilla.in hijs enim,que perti-
nent ad conseruandas tabulas pupillares,iudicatur, ac si ab
ipsomet filio sibi ipsi testamentum factum fuisset,vt.l.papi-
nianus.§.sed nec impuberis.ff.de inofficioso testamento.
12 † Quod etiam probatur per locum ab identitate rationis,
iuxta.l.final.C. ad.l.falcidiam. ⁊.l.illud.ff.ad.l.aquiliam.
⁊.l.a titio.ff.de verborum obligatio. ⁊.c. constitutionem.
de regu.libro sexto, ⁊.c.cum dilecta.de confirma. vtili, vel
inuti.cum similibus.Ratio enim quare in dicto.§.si ex fun
do.institutus in fundo totum accipit est,quoniam ne testa-
tor decedat pro parte testatus, ⁊ pro parte intestatus con-
tra.l.ius nostrum.ff.de regu.iur.causa testati etiam in re sin
gulari tanquam fauorabilior trahit ad se causam intestati,
que ratio omnino viget ⁊ in testamento pupilli, ne.s.alias
dicamus eum pro parte testatum,⁊ pro parte intestatum de
cessisse.Constito itaqꝫ hoc quod pater voluerit pupillari-
ter substituere arbitror predictam conclusionem omni pror
sus dubitatione carere.¶ Hoc ita posito dico quod in ꝓ-
posito casu probabiliter dici potest constare de intentione
testatoris,quod voluerit dicte domine Clare pupillariter
substituere,vt statim demonstrabo.Ergo consequenter di-
cendum est,non obstante quod talis substitutio fuerit fa-
cta tantum in dictis florenis.800. ⁊ sic in re certa trahetur
ad vniuersa bona ipsius pupille per predicta.¶ Quod au
13 tem ita testator senserit,deducitur.¶ † Primo quia cum
illa verba,si in pupillari etate decesserit,sint modus ⁊ for-
ma,quibus solet fieri pupillaris substitutio,vt institu. de pu
pilla.substitu.in principio, ⁊.l.qui liberis.in principio.ff.de
vulgari ⁊ pupillari.testator istis verbis vtendo in substitu-
tione creditur velle etiam facere substitutionem , cui pro-
14 prie illa verba ⁊ peculiariter conueniunt † cum verba, tan-
quam passionum nostri animi note,eam fuisse mentem lo-
quentis arguant,que ex eis percipitur, ⁊ cui verba ipsa con
ueniunt,vt.l.labeo.versicu.idem tubero.ff.de suppellec.le-
ga.facit.l.non aliter.cum similibus,de legatis tertio, ⁊ per
consequens cõcluditur quod pater voluit pupillariter sub-
15 stituere in casu nostro.† Et quod ex dictis verbis talis ar-
guatur testatoris intentio,videtur de intentione gl. magne
in fi.prout eam sepe ad hoc allegant doctor. in.l.precibus.
.C.de impuberum, ⁊ ali.substitutio. ⁊ ita etiam dixit Bar
to.in consilio octauo incipiente,factum tale proponitur.in
versicu.tamen in questione proposita.ad hoc allegans di-
ctam glosam, ⁊ ita etiam dixit Pau.de cast.in.l.prima. se
cunda columna.ff.de vulgari, ⁊ pupillari .⁊ ibi Aretin.pa-
truus meus Socin.⁊ alij, ⁊ expresse dicit Aretin. in quin-
ta columna,versicu.aliquando supra facta substitutio. ⁊ pa
truus meus,columna septima,quod alias illa verba fru-
stra a testatore dicerentur apposita contra.l.si quando. de
legatis primo, ⁊ idem etiam voluerunt alij plures infra al-
legandi in terminis pro opinio.ista,⁊ ideꝫ clare dixit Bal.
in.l.si quis ad declinandam. in tertia columna.C.de episc.
⁊ clericis.in ver.sed ponamus quod distinxit tempora, vbi
similiter allegat dictam glosam. ¶ Secundo hoc ideꝫ pro
16 batur,† quia lex interpretando voluntatem testatoris, que
semper attendenda est,vt iam dixi arbitratur in dubio te-
statorem velle substituendo pupillo pupillariter substitue-
re. ⁊ ideo quando verba substitutionis possunt ipsaꝫ pupil
larem importare ⁊ persona,cui fit patiatur,semper interpre
tatur quod sit directa pupillaris,vt est text.in.c.si pater.de
testamentis,libro sexto.Vnde cum in proposito casu ver-
ba illa,deueniat ⁊ reuertatur,sint communia ẜm Barto.
in dicta.l.centurio.prope finem,⁊ dixi in tertio argumento
pro alia parte,⁊ ponit dominus Corne.in consilio.clij. inci
piente in hac consultatione. ⁊ in quinta columna. cum con
cordantibus per eum allegatis, ⁊ consequenter possint im-
portare etiam sensum directum, ⁊ dicta domina Clara fue
rit pupilla,dicendum est ex interpretata mente testatoris
substitutionem pupillarem factam fuisse.Et contraria con-
iectura,que sumi videbatur ex eo,quod in certa re facta fue
rat substitutio,iuxta dicta in illo tertio argumento tollitur
per aliam sibi contrariam,⁊ quidem potentiorem,que sumi
tur ex illis verbis,si in pupillari etate decesserit, vt.s.dixi.
17 † ⁊ alias vna presumptio seu coniectura aliam tollit iuxta.l.

diuus.& ibi glo.ff.de in integrum restitutione.facit.l.finali. .C.de calumniat.& tradit Azo.in summa.C.de probat.ij.
18 colum.¶ †Tertio roborantur predicta,quia lex semper interpretatur voluntatem defuncti ad illud in dubio dirigi, quod benignius & fauorabilius est iuxta regulam.l.semper in dubijs.ff.de regu.iur.& in hijs,que fauorem continét, lex ita se intromittit eã roborando,vt etiam a rigida verborum significatione discedat.Non ita in continétibus grauamen
19 .l.cum quidam.ff.de libe.& posthum.†Cum ergo dispositio testatoris continens pupillarem substitutionem,dicatur fauorabilis pupillo,quoniam per eam sibi de herede prouidetur,vt est clarum,continens vero fideicommissum dicatur damnosa,quoniam per eam filius grauatur,vt.l. coheredi.§.cum filie.ff.de vulga.& pupillari.& vtrunque traditur per docto.in.l.ex tribus.C.de inoffi.testamen.in dubio dicemus testatorem voluisse potius filio consulere & prouisio
20 nem pro eo facere,quam eum grauare.†Et ita etiam dictat naturalis & paterna affectio semper filiorum prouisionibus intentata,argumé.l.in fideicommissi.§.cum pollidius.ff.de vsur.& l.filijs matrem.C.de inofficio.testamen.& l.penu. in fi.ff.de curato.furiosi.& ita in terminis per hanc rationem & iura predicta dixit eleganter Bald.in consilio. xxxv. incipien.pater filio suo.ij.volumi.Igitur cum in proposito casu de hoc disputetur,que.s.fuerit voluntas testatoris, cum verba trahi possint ad pupillarem & ad fideicommissum dicendum est patrem voluisse potius.d.Clare filie sue per pupillarem prouidere & fauere,quam per fideicommissum grauare eam.Hoc idem etiam in simili casu per hanc rationem paterne affectionis voluit Bald.in consilio.ccccxxij. incipi. verba testamenti dicunt.primo volumi.¶ Et ex his recte intuenti satis aperte,& iure ita interpretante demonstratum est,quod pater.d.Clare voluit ei prouidédo facere pupillarem substitutionem,& consequenter ex.s.dictis indubitáter infertur dictam substitutionem vniuersaliter valere detracta certe rei mentione.¶ Quarto quod in casu nostro predi
21 cta substitutio sit pupillaris aliter probari potest,†nam verbum deueniat,de quo in nostro themate,licet alias sit commune & habile ad directam & obliquam substitutionem, iuxta doct.Bartol.in dicta.l.centurio.colum.pen. & .s.dixi. Tamen quando reperitur positum cum illa forma verborum,si decesserit in pupillari etate,prout est in testamento, de quo agitur,dicitur verbum directum, & tantum potest ius directe hereditatis importare,secundum quod notabiliter declarat Barto.in consil.ccxlj.incipien.pater filio imberi &c.prope finem.versicu.non ob.¶ †Quod confirmo
22 quia & alibi licet verbum succedat,sit commune, tamen si cum verbo impuberi iungatur,puta succedat impuberi &c.dicitur directum,nec amplius est habile ad fideicommissum, prout singulariter declarat Bald.in.l.fina.prope finem.C.de sacrosan.eccle.versicu.idem dico de verbo succedat. idem etiam ponit etate nostra clarissimus doct.Iaso. mainus, in dicta.l.centurio.colum.xiiij.licet de Bal.mentioné non faciat.Et nota quod intentio Barto.& aliorum est quod tunc verbum illud commune dicatur directum quo ad effectum, ita
23 vt etiam directum ciuile dicatur,quoniam† quemadmodum heres esto dicitur directum ciuile,secundum Barto. in dicta.l.centurio.quia tantum se habet ad ius directum hereditatis, & non ad ius directum legati,ita omnino dici debet de verbis illis deueniat,vel succedat cum adiunctis,de quibus.s.vt.s.dicantur directa ciuilia,sequendo distinctionem Barto.quoniam ex illis adiunctis solum important ius directum hereditatis.Et quod ita senserit Barto.suadetur,quoniam cum in dicto consil.sentiat quod per dictum verbum deueniat,cum illa forma,si in pupillari etate &c.licet esset adiectum certe rei,puta bonis ipsius testatoris, vt erat casus eius,tanquam per verbum directum importetur pupillaris,voluisse videtur quod sit directum ciuile,cum alias ipse in directis non ciuilibus contrarium dixerit in.d.l.centurio.colum.v.in versicu.quid si testator substituit aliquem compendiose.¶ Hoc ita posito res nostra, & conclusio.s. firmata redditur clara & indubitabilis,secundum opini.Bart. in loco proxime allegato,quam quasi omnes communiter sequuntur,concludentem quod licet substitutio fiat in certa re,si tamen fiat per verba directa ciuilia intra pupillarem etatem,erit pupillaris.Sic ergo erit in casu nostro.¶ Rursus,& quinto quod in proposito casu sit pupillaris & trahatur ad vniuersum,plurimum facit,immo videtur in terminis decisio Bartol.in.l.si ita scriptum.§.qui filio.ff.de bo.
24 poss.secund.tab.†vbi vult quod substitutio facta impuberi per verbum deueniat,sit pupillaris, & tamen ibi fuerat facta in re certa. Dixerat enim testator,si filius decesserit in pupillari etate,bona ipsius testatoris deueniant in Sem
25 proniuz,†bona si quidem testatoris filio acquisita respectu vniuersorum bonorum ipsius filij dicuntur res certa, vt declarat Alexan.in.l.i.iij.colum.ff.de vulga.& pup.in versic. nec obstat si pro opinione Bal. &c.& idem voluisse omnino videtur in consil.xlv.incip.habita super his, de quibus. co
26 lum.iij.iiij.& seq.i.volu.†Sicut ergo Bart. ibi concludit, quod non obstantibus illis verbis bona ipsius testatoris &c. ex quibus videbatur argui posse testatorem non sensisse de vniuersis bonis pupilli,erit suo tempore pupillaris, ita & hic non obstante quod dixerit legatum a me ei factum &c. debebit dici suo tempore pupillaris,& ista decisio verum faciendo in indiuiduo videtur determinare casum nostrum, & idem etiam voluit Bar.in preallegat.consi.ccxlj.& cum Bar. tenet simpliciter Alexan.in apostill.ad Bar,in.d.§.qui filio.idem in effectu voluit Ange.si recte ponderetur in consi.cxlviij.incip.dñs Quiricus do.Caroli.in.iij.& iiij.colum. & per totum,idem & clarius seu generalius loquens tenuit Pau.de cast.in.l.i.in fi.ij.colum.ff.de vulga. & pupilla.versi.sed si habebit alia bona,dicens quod licet sit facta substitutio in re certa etiam per verba communia,si tamen sit facta cum cómemoratione pupillaris etatis erit pupillaris,quoniam ex illis verbis,si decesserit in pupillari etate,perpendimus testatorem illud voluisse, & hoc in terminis sequitur ibi Areti.colem.v.in dicto versi.aliquando est facta substitutio.& dñs & patruus meus ibidem colum.vij.versi.aliquando & secundo.& idem Areti.in consi.clv.incip.periculosum est. in.x.colum.versi.ne ob.doctri.Bar.idem etiam concludit do.Mathesil.in notab.mihi.cxlix.incip.nota vtile dictum. idem preterea concludit do.Corn.in consil.cxxxviij.incipi. viso suprascripto.in.ij.dubio.iij.volu.& in consi.xcv.incipi. in hac consultatione.iiij.colum.ij.volu.idem nouissime voluisse videtur acutissimus doctor conciuis,& aliquando concurrens meus Lancel.politus,hodie optimi exempli religiosus ordinis predicatorum in suo trac.substitutionum,in materia compendiose.in.x.colum.versic.queritur secundo quid si testator,dum respondet ad.d.l.coheredi.§.fi.de vulga.& pupil.hoc idem dixit etiam excellens modernus do. Lancellotus galiaula,in sua solemni repetiti.d.l.centurio. colum. lxj.versi.non ob.si dicas.vbi subdit quod ista est mera veritas.Et licet ipse expresse non loquatur,quando substitutio fuit facta in re certa,tamen idem omnino sentit,quia allegat & sequitur Bart. Aretin. & patruum meum.s.allegatos,& idem etiam dixit postea.colum.lxv.versi.non ob.l.si ita.§.i.&c. & recte intuenti ex.s.allegatis constabit esse magis cómunem opinio.quod vbi sit dictum,si in pupillari etate decesserit,sit pupillaris substitutio,licet per verba sui natura communia & in re certa facta fuerit substitutio, secundum quam(licet aliqui tenuerint contrarium)iudicandum est per iura vulgaria.Et consequenter concluditur in casu nostro quod cum substitutio fuerit facta sub cómemoratione pupillaris etatis,licet fuerit facta per verba communia, & in illis florenis.800. & sic in re certa debeat omnino dici pupillaris.¶ Nouissime arguitur sic posito,non tamen concesso quod in ambiguo sit decisio presentis casus per rationes & auctoritates hincinde allegatas,& sic quod sit dubium,an ista
27 substitutio fuerit pupillaris vel ne,† dubia substitutio, si maxime sit liberis facta,censeri debet directa,secundum glo.in.l.verbis ciuilibus.in fi.ff.de vulg.& pupil.ergo &c.Et isto argu. in simili dubietate vtitur Bal.in dicto consil.ccccxxij.i.vo
28 lumi.¶ Adde quod concurrit fauor cause testati,†cum per pupillarem pupillus dicatur decessisse testatus,alias secus, & ita hoc in simili considerat Ias.in.d.l.centurio.colu.xxj. versi.cum etiam faueatur cause testati.¶ Superest modo vt ad allegata in contrarium respondeamus, & licet ex supra dictis

dictis omnia sint virtualiter sublata, tamen vt omnia cla- rius appareant singulis ordinate respondetur, vt infra.

29 ¶ †Non obstat ergo primum fundamentum, quoniam dico clare constare, quod pater voluit pupillariter substituere, cum dixerit si decedat in pupillari etate, per predicta vnde si valet vt pupillaris, nihil inducitur, preter intentionem te statoris, immo secundum eius voluntatem, et quidem sum- pta ex verbis. Nec obstant illa verba legatum per me ei fa- ctum, quia reiecta illius legati mentione substitutio pupillaris vniuersaliter valebit argu. d. §. si ex fundo. arguendo de in- stitutione prima ex testamento patris ad substitutionem et testamentum filij, vt. s. dixi. ¶ Nec mirum, nam et in casu Bar. in. d. l. si ita. §. qui filio. testator dixerat bona mea de- ueniant, et tamen reiecta bonorum meorum mentione va- let in totum seu in omnibus bonis pupilli iure pupillaris.

30 ¶ †Secundo non obstat regula. l. in agris. de acquiren. rer. domi. cum alijs adductis. s. quoniam respondetur quod non procedit vrgente verisimili mente in contrarium simul et legis dispositione. Nam quatenus ex illis verbis surge- bat presumptio quod non esset pupillaris, talis presumptio euanescit propter aliam ei repugnantem et potentiorem sum ptam ex commemoratione pupillaris etatis, vt dixi in secun- do argumeto pro ista parte. et (hoc posito. s. quod voluerit pupillariter substituere) licet eam limitauerit ad certam rem, tamen non procedit regula. d. l. in agris. quia lex repugnat, que vult quod mentio certe rei, et sic limitatio institutionis vel substitutionis non attendatur. Immo reiecta certe rei men tione in totum valeat institutio, vel substitutio, vt. d. §. si ex fundo. et. d. l. coheredi. §. fi. de vulg. et pupill. ¶ Et hoc eo- dem modo tollitur regula. d. l. cum pretor. supra de iudi. et. c. nonne. extra de presumptio. cum similib. in contrarium al legat.

31 ¶ †Successiue non obstat tertium fundamentum, quoniam fatendo illam opinion. Bartol. esse communem et veram pronunc (aliter de ea non disputando) dico quod non procedit, quando contrarium constaret fuisse de intentione testantis, que vt. s. dixi ante omnia est attendenda etiam con tra subtilem verborum importantiam. l. iij. C. de liber. pre- teri. et. l. quoniam indignum. C. de testamen. et. l. si quis he- redem. in fi. C. de institu. et substitu. sub condi. fac. Satis au tem euidenter constat in casu nostro quod pater voluerit pu- pillariter substituere per iam dicta, ergo etc. ¶ Et ista limi tatio seu potius declaratio ad dictam communem opinionem est omnino necessaria, vt. s. non procedat, si fiat expressa com- memoratio pupillaris etatis, et videtur de intentione Bar tol. si ei communi opinioni iungatur doctri. Bartol. com- muniter approbata in. d. §. qui filio. nec est nouum vt ali- quando dispositio in certa re facta trahatur ad vniuersum, vt. s. dixi. ¶ Et. l. cogi. §. et generaliter. ad trebel. cum ibi traditis per Dyn. et Barto. loquitur in fideicommissis et legatis particularibus, non autem procedit in institutioni- bus, vel substitu. vt satis clarum arbitror, et constat ex pre- dictis. ¶ Rursus non obstat quartum argumentum, quoniam

32 multifariam respondetur. † et primo quia licet verbum, re- uertatur, proprie significet, vt in argumento, tamen in mate ria nostra largius accipitur et ponitur etiam pro eo, quod nun quam nostrum fuit, sed nouiter ad nos venit, et sic pro pri- ma acquisitione, sicut in simili dicimus de verbo reddatur.

33 l. verbum reddendi. ff. de verbo. signi. †pone enim quod di- catur, si filius decedat in pupillari etate, bona reuertantur ad Sempronium, qui nihil vnquam habuit de bonis illius filij, nonne tunc substitutio valebit vel iure directe pupillaris vel iure obliquo? secundum varias opiniones, de quibus in. d. l. centurio. per Bar. Alexan. et alios, quando loquun tur de compendiosa facta a pagano per verba communia, certe dubitandum non videtur cum tale verbum inter com munia numeretur per Barto. et alios in. d. l. centurio. et ta men ibi significaret illud ad Sempronium reuerti, quod nun- quam fuerat apud ipsum, quemadmodum ergo in casu illo tale verbum assumitur preter propriam et strictam eius si- gnificationem, vt saluetur mens testatoris, ita dici debet in casu nostro. ¶ Secundo respondetur, quod cum illud ver bum secundum iuris interpretationem respiciat omnia bona pu- pilli, licet ex eis aliqua sint, in quibus proprie non cadit reuer sio, tamen quia aliqua etiam sunt, que proprie reuerterentur, vt bona habita a testatore seu ex eius dispositione ab here

34 de, †non inconuenit quod in eadem constructione ponatur partim proprie et partim improprie iuxta. l. ij. de offic. pro- consul. et leg. et. l. pater seuerinam. §. conditionum verba. ff. de condit. et demon. facit. l. plautius. vbi glo. ff. de procura. cum simi. sicut in simili dicitur in. c. raynaldus. de testamen. secundum glo. in verbo legauit. ¶ Vel tertio potest responderi, quod in testamento, de quo agimus, non est solum illud verbum reuertatur, sed dicitur deueniat et reuertatur. vnde esto quod ex importantia verbi reuertatur alia bona non veniant, vt in argu. venient tamen vigore illius verbi deueniat, quod non ita stricte significat, et proprie in verbo deueniat, loquitur Barto. in. d. §. qui filio. et in. d. consi. ccxlj. et dixi. s. in quar- to argumento. ¶ Vel et quarto respondetur, quod ideo testa tor dixit, reuertatur, etiam assumendo verbum in propria significatione, quoniam secundum expressionem testatoris tantum in illis. 800. florenis videbatur facta substitutio, qui proprie ad heredem dicerentur reuerti, vt dixi in argumento. Ve- rum ista sua expressio facta de legato florenorum. 800. non alterat naturam pupillaris substitutionis, quia non attenditur, ex quo satis aperte constat quod voluerit pupillariter substi- tuere, vt. s. pluries dixi, vnde lex reiecta illa expressione cer te rei vult valere in totum, et quemadmodum valet pupilla ris substitutio in omnibus bonis pupilli non obstante de- monstratione certe rei facta per testatorem, sic etiam vale- bit non attenta rigida significatione illius verbi reuertatur. ¶ Nouissime non obstat quod vltimo loco dicebatur men tem testantis debere interpretari, vt sit conformis dispositi-

35 rioni iuris in loco obseruandi, †quoniam primo dico quod illud posset procedere, vbi aliter non constaret testatorem voluisse illud, per quod recederetur ab illo iure. Sed in pro posito nostro constat quod voluit pupillariter substituere,

36 vt. s. dixi, ergo etc. †prouisio enim hominis tollit prouisionem. l. l. fi. cum simi. C. de pact. conuen. et hoc, ni fallor, est satis clarum. ¶ Vel secundo responderi potest quod illud proce- deret (posito quod essemus in dubio) nisi alia potentior fauora biliorque iuris presumptio illi repugnet, prout est in casu no- stro, nam lex quando potest semper, et fauorabiliter inter- pretatur substitutionem, vt valeat iure directo, licet per eam veniant non successuri ab intestato, vt est casus in. d. c. si pa ter. de testamen. libro sexto. ¶ Quod clarius in proposito nostro demonstratur isto exemplo, pone quod fuerit dictum, quandocunque decesserit, talem substituo, cum verbum sub- stituo sit dubium, quia est commune negari non potest, quin vi deamur esse in dubio, an. s. filio decedente impubere valeat vt pupillaris, et tamen communis opinio et vera est, saltem matre non existente quod valet, vt pupillaris, non considera- to quod per eam priuantur hij, quibus ex iure in loco seruando venirent ab intestato, vt ponit Barto. et omnes in. d. l. cen turio. in. iij. questio. principa. dum tractant de compendio- sa facta a pagano per verba communia. Ex his ergo patet et probatum et defensatum, quod in proposito themate de bet illa substitutio interpretari pupillaris, ex quo facta fuit cum commemoratione pupillaris etatis. ¶ Et licet aliqui quos. s. retuli in calce quarti argumenti pro parte contra- ria tenuerint quod immo non obstante tali commemoratione,

37 erit fideicommissum, †tamen. s. firmata opinio est magis com muniter approbata, et ideo eam in consulendo et iudican- do sequi debemus, iuxta tradita per Barto. in. l. fina. C. de pen. iud. qui male iud. et per Cano. in. c. ne innitaris. de con- stitu. pro quo est tex. optimus in. l. i. ff. de offi. questo. ibi cre- brior apud veteres. et dixit Corne. consi. lv. incipien. reperio me alias consuluisse. ij. colum. ij. volu. et consi. clxxxvj. incip. quamque presens consultatio. i. colum. iij. volu. vbi multa alle- gat, et inter cetera dicit esse optimum text. in. c. in canoni- cis scripturis. xix. distinc. et habetur per Andr. bar. in con- si. xix. incip. preclare scribitur primo Regum. in. vj. colum. ij. volu. tradit Alex. in. l. cum prolatis. ff. de re iudi. et Fely. in. c. i. colum. xxiij. de constitu. et alibi per illos, et per alios

38 in infinitis locis. ¶ †Nec obst. d. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. et pupill. in quo est maximum fundamentum tenen tium contrariam opinio. cum et ibi fuerit facta mentio im- pubertatis, et tamen non valet vt pupillaris, quoniam responde-

39 tur quod ideo ibi non potest esse pupillaris, †quia verba omnino

repugnant,cum fuerint verba precaria ⁊ mere obliqua, ea
enim non important directam substitutionē,iuxta tradita
per Bar.quem cōmuniter sequuntur doc. in.d.l.centurio.
40 col.vi.versi.scđa principal.quest. ¶ †Et si dicas, immo ⁊
ipsa,quandoq; interpretantur in directam substitutionem si
de voluntate testatoris ꝯstat iuxta doctri.Bart.cōiter ap-
probatam in.l.querebatur.ff.de mil.testa.Dicam illud so-
lum habere locum,vbi ita precise testatoris voluntas appa
ret,vt aliter nō possit interpretari,puta qđ dixerit restituat
Gaio,quem pupillariter substituo.⁊ in his terminis loqui-
tur ibi Bar.⁊ in.d.§.cum filie,lʒ ex cōmemoratione impu
bertatis satis constare diceretur, ꝙ voluerit pupillariter
substituere,non tñ ita precise,vt aliter verba non possint de
clarari(solum.n.conditionē possunt importare, vt.s.dixi.)
hoc aūt non sufficit ad omnino impropriāda verba obli-
qua,⁊ita loquitur.d.§.cum filie.Sed in casu nostro fuit fa-
cta substitutio per verba cōia,que si important pupillarem,
non impropriantur,⁊ ideo sufficit sola illa presumptio pu-
pillaris substitutionis,que ex cōmemoratiōe pupillaris eta
tis percipitur,vt ex.s.dictis constat.⁊ ita est de intentione
Alex.in.d.l.centurio.col.xxviij.versi.non ob.gl.in.d.l.pre
41 cibus.†vbi vult ꝙ glo.illa volens ꝙ per cōmemorationē
pupillaris etatis inducatur pupillaris,procedat ⁊ sit vera,
qñ fuit facta substitutio per verba directa vel cōia, nō si per
obliqua. ¶ Concludo ergo ex omnibus predictis in pro-
posito themate iudicandum esse predicte Clare succedi per
pupillarem substitutionem, ⁊ sic in omnibus eius bonis.
Laus Deo Clementissimo.

Soci.nepos Pisis legens.1517.

SUMMARIUM.

¶ Legato vsufructu omnium bonorum veniunt ēt ea in quibus proprie non cadit vsusfructus.

¶ Et verba illa relinquo vxorem dominam ⁊ vsufructuariam quid importent.

1 Uxor relicta domina ⁊ vsufructuaria filio herede instituto, habet alimenta ⁊ preeminentiam in domo extraneo vero herede, habet vsumfructum.

2 Et istum vsumfructum habebit, ⁊ in pecunijs, que vsu ꝯsumuntur, lʒ in eis non sit vsusfructus, sed quasi.

3 Legatarius pecunie vel aliarum rerum, que vsu consumuntur, debet cauere, ꝙ finito vsufructu tantam pecuniam, quaʒ accepit, restituet, vel q̄nte alie res fuerint extimate.

Uxor relicta vsufructuaria que vltra prelegatum reperitur heres pro parte, quō constituet vsumfructum in bonis coheredis, ⁊ quomodo ea diuidet.

4 Legatum vsufructus rei mee non valet.

5 Usufructus proprie in immobilibus consistit.

CONSILIUM XCVI

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ⁊ iustitie. Uiso testamēto magistri Bernardini vanguette de Niccia tria veniunt discutienda. ¶ Primo quid importet legatum factum ab ipso testatore domi.Bartholomee eius vxori, ibi, duʒ dicitur. Item dictus testator attento amore ⁊c. quatenus ipsa relinquitur donna, dña ⁊ vsufructuaria omnium bonorum. ¶ Scđo posito ꝙ importet verum vsumfructuʒ omnium bonoꝝ, nunquid ēt comprehendantur pecunie ⁊ alie res, que vsu consumuntur. ¶ Tertio ex quo vltra istud prelegatum ipsa reperitur heres pro parte, queritur quō bona sint inter eam ⁊ coheredem diuidenda, ⁊ sic quō in bonis
1 coheredis poterit constitui vsusfructus. ¶ † Circa primā quest. dico ꝙ lʒ alias qñ vxor relinquitur dña ⁊ vsufructuaria si reperitur institutus heres filius testatoris ex antiqua interpretatione vulgari, dicantur ei tm̄ alimenta relicta cuʒ quadam preeminentia, prout habebat viuente marito, vt tradunt doc. in.l.titia.§.titia.ff.de leg.ij.⁊ in auc.hoc locū. C.si scđo nupse.tñ quādo relinquitur heres extraneus, illa verba important verum vsumfructū, vt per doctor. in locis
predictis,⁊ita est dōm in casu nostro,vt.s.ipsa do.Bartho
lomea dicatur relicta vera vsufructuaria,cū non reperiatur
institutus filius testatoris. ¶ Et ꝙ ista fuerit intentio testa
toris clarissime probatur ex seq. verbis ibi. ita tñ ⁊c. dum
dicitur ꝙ ea defuncta, vult testator ꝙ vsusfructus cum pro
prietate consolidetur. qđ debet exponi, idest ad proprieta-
tem reuertatur, ꝙ proprie consideratur in vero vsufructu,
vt in.§.finitur.insti.de vsufru. ¶ Istud idem etiam colligi-
tur ex alijs verbis positis post institutionem heredum, ibi
dum dicitur vsufructibus eidem do.Bartholomee ad vi-
tam reseruatis. Cum igitur vna pars testamenti declaret
aliam.l.qui filiabus.ff.de leg.i. ⁊ precedentia a sequētibus
declarentur.l.si seruus plurium.§.fin.eod.ti.vbi verba ip-
sius legati aliquod dubium haberent(quod negatur)absq;
dubio concludendum est eidem do.Bartholomee esse le-
gatum vsumfructum omnium bonorum,cum ex seq.verbis
2 hoc apertissime demonstretur. ¶ †Circa secundam quest.
que nullam habet difficultatem,concludendum est, ꝙ non
solum rerum immobilium, ⁊ aliarum,in quibus proprie cō
stituitur vsusfructus,dicitur ius vsusfructus relictum, sed
etiam in pecunijs ⁊ alijs rebus,que vsu consumuntur.
¶ Et lʒ in eis proprie non cadat vsusfructus,tñ per cautio
nem constituitur,quasi vsusfructus,vt senatus censuit,pro-
3 ut est casus in.§.constituitur.institu.de vsufru.† vbi expresse
dicitur,ꝙ si pecunie vel aliarum rerum,que vsu consumun-
tur,relinquatur vsusfructus,res ille tradi debent legatario,
qui cauere debet de restituenda tanta pecunia, quantam re
ceperit vel quante alie res fuerint estimate,cum finiet vsuf-
fructus, ⁊ sic per illū tex.determinatur ista secunda questio.
¶ Nec ob.ꝙ testator nō expresserit ꝙ rerum,que vsu con
sumuntur,legabat vsumfructum, ⁊ sic non videtur ꝙ appa-
reat de eius voluntate,qꝛ respondetur, ꝙ idem est in casu
nostro,ex quo expressit omnium bonoruʒ.l.i.⁊ ibi glo.C.de
vsu. ⁊ habi. ¶ Circa.iij.q.similiter dico nullam esse diffi-
cultatem,qm̄ in primis fieri dʒ diuisio omnium bonoꝝ mo
bilium,⁊ imobiliuʒ inter ipsam.d.Bartholomeam ⁊ Si-
monē eius coheredem, ita vt quilʒ coꝝ habeat dimidiam
partem,exceptis tñ bonis comprehensis in illo prelegato.
d.do.Bartholomee facto,in ver.item vlterius.d. testator
legauit ⁊c. Illa.n.bona iure prelegati erunt propria in totū
ipsius do.Bartholomee,⁊ sic in ceteris facta diuisione eue
niet,ꝙ do.Bartholomea,pro sua dimidia parte non erit
4 vsufructuaria,sed plene domina,†qꝛ prelegatuʒ illud vsuf-
fructus pro parte sua valere non potest.l.qui filiabus.§.fi.
cum.l.seq. ⁊ concordan.ibi alleg.ff.de leg.i. ¶ Solū ergo
remanet validum legatum respectu partis pertinentis ad
Simonem coheredem, ⁊ sic in bonis que in eius partē ve
nient do.Bartholomea est habitura vsumfructum, donec
5 vixerit. ¶ Et de omnibus bonis fieri dʒ inuentariū,† ipsa
aūt do.Bartholomea tenebitur in primis cauere de vtēn-
do ⁊ fruendo bonis imobilibus ⁊ alijs, in quibus proprie
cadit vsusfructus,arbitrio boni viri,vt no.insti.de vsufr. in
prin.cum simi.bona vero, que vsu ꝯsumuntur debent exti-
mari,⁊ ita extimata vna cū pecunia hereditaria ꝓ parte d.
Simonis dari debent do.Bartholomee, ⁊ illa cauere dʒ,
ꝙ qñ finietur vsusfructus pro pecunia restituet tm̄dem ⁊ ꝓ
rebus estimatis tantam pecuniam,quante res ille fuerint
estimate,vt habetur in.d.§.constituitur. ⁊.s.dixi, ⁊ istis sic
factis erit voluntati testatoris simul ⁊ dispositioni iuris sa-
tisfactum. Laus Deo, ⁊ pijssime virgini.

Mar.Soc.iunior.J.U.D.Pisis legens.

CASUS

¶ Sempronius in testamento filios suos partim puberes, minores tamen annorum.xxv. ⁊ partim impuberes heredes instituit, ⁊ Bertam ipsorum matrem, ⁊ eius vxorem, reliquit tutricem, ⁊ curatricem filiorum suorum, subdens, ⁊ sit gubernatrix, ⁊ administratrix bonorum ipsoꝝ quousq; vixerit, ⁊ dicens, quia de ea bene confido, eidem remisit confectionem inuentarij, ⁊ eam liberauit a redditione rationis sue administrationis, legans eidem omne id, in quo vnquaʒ condemnaretur in reddenda ratione, vel propter non confectum inuentarium, vt in testamento continetur, post mortem Sempronij

tem Sempronij Berta ex arbitrio suo multo tempore administrauit. Modo cum duo ex heredibus predictis (qui tantum supersunt) sint supra annos. xxx. et vnus eorum non intendit eam amplius administrare, sed cum sit idoneus per se sua gubernare velit. Queritur primo.

¶ Utrum mater eo inuito possit libere et ex arbitrio omnia bona administrare, secundo.

¶ Utrum ab eo quod matri deberi potest legitima filij sit prius detrahenda.

SVMMARIVM

¶ Verba ista instituto iam filio videlicet, et mater eius sit gubernatrix et administratrix bonorum eius quousque vixerit, quid importent.

¶ An operentur etiam inuito filio maiore et sagaci effecto, et legitima filij detrahitur etiam de eo quod matri eius relictum dicitur.

1 Cuilibet licitum est de rebus suis ad libitum disponere.
2 Quis in bonis suis in alium translatis potest. l. quam vult imponere.
3 Mulier licet in iudicio procuratrix esse non possit, tamen ad negocia constituitur.
4 Mandatum re integra non finitur morte mãdantis, quando mandatum post mortem confertur.
5 Verba ista testamenti quod mater sit filij gubernatrix, et administratrix bonorum eius quousque vixerit, quid importent, et an operentur etiam inuito filio maiore, et sagaci effecto.
6 Curator datur puberibus vsque ad. xxv. ann. principaliter propter rei familiaris administrationem.
Tutor autem datur principaliter persone.
7 Filius non habet meliorem amicum, quam sit pater.
8 Quod verosimile est attenditur.
9 Filius licet debeat requirere consilium matris vigore testi paterni, tamen illud de necessitate sequi non tenetur.
10 Dispositio ad filios facta, et ad eos relata debet intelligi secundum ipsorum qualitatem, et indigentiam.
11 Mortis hora est incerta.
12 Menti potius est inseruiendum, quam simplici verborum cortici.
13 In vltimis voluntatibus rigor, et forma verborum rejicitur vbi de mente apparet.
14 Quod in fauorem inductum est, non debet in odium, et damnum retorqueri.
15 Curatorem adolescentes inuiti non accipiunt.
16 Natura vnius ex copulatis ad aliud transit.
17 Duo domini vnius rei, vel heredes esse non possunt insolidum.
18 Verba illa dominam, et madonnam, vel massariam quid importent, et infra nu. 21.
19 Verba per se importantia liberam et omnimodam administrationem non possunt importare dominium vel heredis institutionem, quando filius est institutus.
20 Clausula generalis non refertur ad ea, de quibus specialiter erat dispositum.
22 Verbum administratrix quid denotet.
23 Verbum gubernatrix quid importet.
24 Legitima filij in bonis patris debet detrahi etiam de eo quod matri relictum est.
25 Fructus vbi non sufficerent ad alimenta vxoris et filiorum ante omnia deducentur alimenta filiorum.

CONSILIVM XCVII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis et iustitie. Pro resolutione prime questionis, inherendo verbis testamenti, videtur primo aspectu simpliciter dicendum, quod donec mater predicta viuat, possit libere gubernare et administrare bona, que
1 fuerunt dicti Sempronij testatoris. † Licitum. n. fuit ei de rebus suis ad libitum disponere, et eius dispositio velut lex seruanda est. vt in auc. de nup. §. disponat. col. iiij. Nec videtur obstare, quod filij sint maiores. xxx. annorum. et sane mentis, ita vt administratore aliquo non indigeant, quoniam responderi potest, quod ex ordine testatoris illa non est relicta administratrix respectu persone filiorum, nec illud fieri potuisset, sed tantum dicitur relicta quo ad bona, nam dicitur in testamento, quod illa sit gubernatrix, et administratrix bo-
2 norum ipsorum, quousque vixerit, † et alias potest quis bonis suis ab eo in alium translatis legem quam voluerit imponere. l. lege. C. de pact. et. l. quotiens. C. de donatio. que sub modo. Videtur ergo quod testator predicte Berte mandauerit gubernationem suorum bonorum, et ita eam procuratricem liberam constituerit ad negocia sua, potuit enim
3 hoc fieri, † quoniam licet mulier in iudicio procuratrix fieri non possit. l. alienam. C. de procurato. et. l. ij. ff. de regu. iuris. tamen ad negocia recte constituitur. l. iij. §. i. ff. de nego. gest. tradunt docto. in. d. l. alienam. et Barto. in dicta. l. ij. vbi etiam ponit preclarissimus et etate nostra primarius iurisconsultus dominus Philippus decius in. iij. colum. versicu. quinto mulier etc. ¶ Nec videtur obstare si dicatur,
4 † quod mandatum re integra debuit finiri morte mandantis, vt in. §. si adhuc. institu. de manda. et. l. et quia. ff. de iurisdictio. omni. iudi. Quoniam responderi potest, illud non procedere, quando mandatum confertur post mortem, prout in casu nostro factum fuit, tunc enim morte non finitur, imo tunc incipit habere robur, vt probatur in. l. si vero non remunerandi. §. fin. cum. l. sequen. ff. mandati. et ibi declarant Barto. et alij. ¶ Ex his ergo concludendum prima fronte videtur, quod mater predicta donec viuit libere possit bona predicta administrare etiam filijs contradicentibus, et ita quidem vt nullam teneatur reddere rationem sue administrationis vt expresse in testamento cauetur. ¶ Verum tamen predictis non obstantibus in proposito casu, non simpliciter vt supra, sed vt infra dicetur determinandum est, et
5 tota vis consistit vt videamus † quid importent illa verba, sit gubernatrix et administratrix bonorum ipsorum quousque vixerit, et ante omnia aduertendum est, quod duplex potest esse istorum verborum sensus. ¶ Primus vt dicta verba veniant ex quadam exuberantia declaratiue ad precedentia, hoc est exprimendo effectum qui in precedentibus continebatur, nam dixerat testator quod eam relinquebat tutricem et curatricem filiorum suorum, tutoris autem et curatoris offi
6 cium est bona omnia administrare. † De curatore est clarum qui puberibus vsque ad annos. xxv. datur principaliter propter rei familiaris administrationem. vt. l. in copulandis. C. de nup. et ponit glo. magna in. §. interdum. instit. de cura. de tutore autem idem est, quia licet ipse principaliter detur persone impuberis, vt in. §. certe. instit. qui testa. tut. da. pos. tamen etiam rebus et quidem vniuersis preesse debet. vt in. §. datus. institu. de excusa. tuto. et ponunt glo. et doct. in. d. §. certe. Cum ergo testator dixerit relinquo vxorem meam tutricem et curatricem filiorum omnium, et statim dixerit, et sit gubernatrix etc. videtur tantum intelligere, scilicet dum tutrix vel curatrix fuerit, et sic quod officium gubernandi cum ipsa cura finiatur, idest cum filij fuerint annorum. xxv. ¶ Et iste sensus suaderi potest, primo, ratione connexionis verborum, et modi loquendi, videtur enim quod illa verba, et sit gubernatrix etc. debent exponi scilicet illa sic tutrix et curatrix existens. ¶ Secundo quia verosimile est, quod pater voluerit filijs de administratore prouidere pro eo tempore solum quo ipsi recte per se sua bona gerere non presumuntur, et sic tantum vsque ad ann. xxv. non autem postea cum quisque, supra illam etatem, sagax et pru-
7 dens reputetur, † nec credendum est patrem (quo filius meliorem amicum non habet. vt. l. quidam cum filiofa. vbi glo. not. ff. de here. insti.) voluisse filijs maioribus, et sagacibus liberam administrationem auferre, dando sibi gubernatorem, presertim mulierem, que ex sexus fragilitate absque dubio non ita prudens, sed infirmior maioribus filijs presumi de-
8 bet. Hoc ergo quod non est verosimile dimisso, † quod est verosimile attendatur, iuxta. l. non est verosimile. ff. quod met. ca. et. l. qui concubinam. §. qui fundum. de leg. iij. cum si. et est bona gl. per illum tex. in. l. tale pactum. in. §. fi. ff. de pac. illud. n. quod est remotum a verosimile imaginem falsitatis habet. vt inquit Bal. in. l. i. C. de ser. fugi. in fi. et Alexan. in consil. xxvij. in cip. In causa et lite. in fi. ij. volum. ¶ Tertio etiam suaderi potest, quia pater precepit filijs, quod nihil agant sine consilio matris, in quibus verbis continetur, quod aliquando ipsi filij sunt

gubernaturi, qd intelligi potest, cuz fuerint perfecte etatis,
idest maiores. xxv. ann. ergo sequitur q pater eo tpe non in-
tendebat matrem libere gubernare, alioquin cum oia ex ar
bitrio ipsa facere potuisset, frustra fuisset dictuz q sine eius
gsilio filij nihil agant, ⁊ aduertendum est, q licet ita in testa
9 mento dicatur † posito, q filij gubernando teneant require
re gsiliuz matris, tñ non tenentur illud de necessitate sequi,
vt colligit ex nota. dist. Bar. in. l. i. §. si plures. iij. ⁊. iiij. col.
10 ff. de exerci. ⁊ tradit Bal. in rub. C. eo. in. ij. col. ¶ † Acce
dat predictis q ista dispositio pro filijs facta, ⁊ ad eos re-
lata dz intelligi fm qualitatem ipsoz, ⁊ fm eoz indigentiã
arg. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu ⁊ habi. cum simi. ⁊ ex his
iste primus sensus saltem simul iunctis, satis pbabilis vi-
detur, iuxta illud singula que non psunt multa collecta iu-
uant. vt. l. si stipulatus. in prin. ⁊ ibi per glo. ff. de vsur. ⁊ per
glo. in. l. infra. C. de proba. ⁊ in simili dixit do. Bartho. so-
ci. patruus ⁊ dñs meus in gsi. cxxi. incip. In causa reclama
tionis. v. col. ver. preterea ⁊c. in. iij. vol. ¶ Sed vnum est
qd plurimum huic primo sensui obstare videtur, qr. s. testa-
tor dixit q illa sit gubernatrix quousqz vixerit, per que ver
ba expresse velle videtur eius gubernationem, non per eta
tem perfectam filioz, sed sola eius morte terminari, ⁊ cum
verba sint clara non videt in hoc vlterius instandum. l. il-
le aut ille. §. cuz in verbis. de leg. iij. Potest tñ ad hoc rñde
ri, q illud dixerit testator, gsiderans euenire posse, q vxor
eius decederet ante curam finitam omnium filioz, qd lon-
gum tempus comprehendebat cuz ex filijs aliqui tunc eẽnt
11 impuberes ⁊ forte infantes, † ⁊ alias est incerta hora mor
tis, vt habetur in. l. i. ff. de gdi. ⁊ demon. videtur ergo per
verba illa voluisse, q filij tutore vel curatore idigentes quo
usqz mater vixerit alium curatorem non accipiant, ⁊ qq
ista expositio videatur aliqualiter extranea a verboz sono,
tamen cum rões ⁊ giecture preallegate illam oino sua-
12 deant tolerabilis videtur. † Cum menti potius ⁊ verosimi
li sit inseruienduz qz simplici verboz cortici, vt. l. scire opor
tet. §. aliud autem. ff. de excusa. tuto. ⁊ not. glo. in. l. ⁊ si qs.
§. idem labeo. ff. de relig. ⁊ sump. fune. vnde dicebat Ang.
13 in gsil. ccxxij. incip. Bene ⁊ egregie ⁊c. in prin. † q in vlti
mis voluntatibus (prout nos loquimur) omnis posterga-
tur verboz rigor, ⁊ forma, vbi de mente appareat, ⁊ alias
sufficit de mente testantis per coniecturas docere, cum per
eas inducatur liquidissima pbatio. l. licet imperator. in fi.
de leg. i. ⁊. l. si tutor. cum glo. C. de pericu. tuto. tradit reco-
lende memorie auus meus do. Maria. soci. in gsi. xxiij. in-
cip. Circa predictam gsultationem. v. col. versi. xij. proba-
tur ⁊c. ⁊ plene Fely. in rub. de pba. in scda gclusio. ¶ Se
cundus sensus est vt verba illa sit gubernatrix ⁊c. dicuntur
simpliciter plata, put sonant quousqz mater vixerit, ⁊ eoz
effectus vere porrigatur vsqz ad eius mortem, ⁊ tunc ad-
uertendum est. ¶ Quia aut volumus q ista gubernatio
⁊ administratio sit iniuncta matri in fauorem filioz, vt sic
illa sit futura pcuratrix eoz post maiorem etatem, sicut in
minori etate fuit eorum tutrix vel curatrix, prout ordo ver
borum suadere videtur, ⁊ maxime quando postea dicit te-
stator, ⁊ qr de ea bene confido ⁊c. ex quo arguitur cõmissa
administratio cuz gfidentia, ⁊ tunc res (ni fallor) plusqz cla
rissima esset, videlz q filij maiores effecti non compellant
eam habere in pcuraticem, cum satis per se idonei sint, ⁊
predicto eorum fauori (vt. s. per alium eorum negocia ge-
rantur) eis a testatore ordinato ipsi ⁊ ipsoz quilibet renun-
ciare potest. l. si quis in gscribendo. C. de pac. ⁊ de epi. ⁊ cle
14 ri. † alioquin si inuiti compellerent habere matrem in pcu
ratricem in eoz odium ⁊ damnum retorqueretur quod in
eoz fauorez fuerat inductũ gtra. l. quod fauore. C. de legi.
⁊. c. ob gratiam. de reg. iur. lib. vj. ¶ Preterea si duz erãt
minores, si noluissent eam habere in curatricem (qzuis a te
15 statore ita esset ordinatum) non compellebantur † cum in-
uiti adolescentes curatorem non accipiant, vt. §. item inui
ti. institu. de curato. vbi omnes notant, ⁊ licet ibi in ver. pre
cedenti dicatur curatorez in testamento datum gfirmandũ
esse, illud tamen intellr, vbi adolescentes curatorem volue
rint, ne alias inuiti curatorem accipiant gtra. d. §. item inui
ti, ⁊ tñ in ea etate fuissent vt recte sua negocia tueri non po
tuissent, ergo minus possunt compelli (nunc facti maiores)
illam accipere in pcuratricem cum sint eius etatis, vt per
se recte oia gerere possint auc. multo magis. C. de epis. ⁊ cle
ri. cum simi. ⁊ vltra predicta iste intellectus suadetur ex na
16 tura copule dum dicitur, ⁊ sit gubernatrix ⁊c. † nam natu-
raz vnius ex copulatis trahit ad aliud. l. scie. §. gaio. de fun
do instruc. l. fi. §. fin. vbi glo. de vino triti. ⁊ oleo lega. ponit
Saly. in auc. hoc locum. C. si scdo nups. ⁊ Corne. in consil.
v. incip. In hac gsultatione. ij. colum. i. vol. sed tutrix, ⁊ cu
ratrix dicebatur relicta in fauorem filioz, ergo similiter in
eorum fauorem dicatur relicta gubernatrix ⁊ administra-
trix cum hoc ipsi relicto tutricis ⁊ curatricis copuletur.
¶ Aut secundo volumus q ista gubernatio ⁊ admini-
stratio sit a testatore concessa matri quousqz viuat in fauo-
rem eius, ⁊ ad pprium cõmodum, ⁊ adhuc dicendum est,
q ei non concedatur libera illa bonoz administratio, quaz
ipsa petit, ita vt habeat liberam dispositionem fructuũ, naz
illud competit habenti plenum dominiuz, vel saltez vsum-
fructum bonorum, sed neutrum in casu nostro potest dici,
ergo ⁊c. ¶ Non enim primo põt dici mater predicta reli-
cta dña bonoz testatoris vel heres, tuz qr verba ipsa illud
non important, cum ⁊ maxime qr hereditas seu dñium om
17 nium bonoz dicitur relictum filijs heredibus institutis, † ⁊
alias duo dñi eiusdem rei seu heredes dari non possunt in
solidũ. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. cõmoda. ⁊. l.
18 qd gtra. §. vni duo. ff. de regu. iur. † ⁊ adeo quidem quãdo
filij a patre instituuntur heredes, mater non dicitur relicta
domina, vel heres, vt pcedat etiam si expresse testator reli-
querit vxorem suam dominam ⁊ madõnam vel massariaz
vel quid simile dixerit, vt declarat Barto. ⁊ alij in. l. titia
cum testamento. §. titia. de lega. ij. ⁊ plene traditur maxime
per Saly. in auc. hoc locum. C. si secundo nups. mulier. sed
illa verba important solum quendam dominatuz ⁊ preemi
nentiam, quam mulier habebat viuente testatore vt decla-
rat Bart. in. d. §. titia. ⁊ ibi in pluribus locis reassumit insi
gnis doctor do. Pau. de monte pico. maxime in pma, ⁊
scda, ⁊ tertia qõne principali. ¶ Ad predicta facit, quod
voluit Bal. in consil. ccxciiij. incip. Dicta particula testa-
19 menti. ij. colum. v. volu. † vbi concludit q verba per se im-
portantia liberam ⁊ omnimodam administrationem non
possunt importare dñium vel heredis institutionem, quan-
do iam filius est institutus, ea ratione ne alioquin dicamus
duos insolidum esse dños eorũdem rez vt. s. dixi. Et idem
in effectu voluit Pau. de cast. in gsil. lxxj. incip. Ad primũ
breuiter rñdeo. in princi. ij. volu. in nouiter impressis, quod
in antiqua impressione reperitur nume. cc. concludens ex-
presse, q vxor relicta domina ⁊ gubernatrix non dicit he-
res instituta vt dominium habeat, qr iam per testatorez de
20 vniuersali herede erat puisum, † ⁊ alias clausula vna licet
generalis non refertur ad ea de quibus specialiter erat di-
spositum. l. doli clausula. de verbo. obliga. vt ibi per eum.
¶ Scdo non potest etiam mater in casu nostro dici vsufru
ctuaria, ⁊ qr hoc dictum non fuit, ⁊ etiaz (⁊ in hoc stat ius)
qr esto millies, q ita fuisset dictum, vel saltem illa verba gu
bernatrix ⁊ administratrix ex consuetudine loquendi hoc
importarent, vt voluit Pau. de cast. in dicto gsilio. lxxj. in
21 princ. † tamen in proposito casu ex quo filij cõmunes erant
instituti heredes ex interpretatione Bulg. cõmuniter ap-
probata ⁊ vbiqz obseruata fauore filiorum verba omnino
sunt impropianda, vt scilicet non importent vsumfructuz,
sed alimenta potius cum preeminentia illa in domo, quaz
viuo testatore habebat vt not. glos. Barto. ⁊ omnes in di-
cta auctenti. hoc locum. C. si secundo nups. mulier. ⁊ in di-
cto. §. titia. de lega. ij. tradit Alexan. in. l. ⁊ si contra tabu-
las. ff. de vulga. ⁊ pupilla. ⁊ Jas. in. l. cum hi. §. si in annos.
post prin. ff. de transactio. ⁊ Bald. in consil. cxx. incip. Ni-
colaus tuderti. post princ. iij. volumi. Alexan. in consil. lvj.
incip. Perlectis verbis. in. iij. volu. ⁊ Corne. in consil. v. in-
cip. In hac consultatione. in princ. ⁊ in consi. cclvij. in-
cip. Circa primum. iij. colum. i. volumi. ⁊ in consilio. cccviij. in-
cip. Quod dicta domina. iij. colum. iiij. volumi. cum mul-
tis concordantibus allegatis per Alex. in consi. lvij. incip.
Ponderatis verbis. in princi. iij. volu. ¶ Et adeo verum
est, vt fauore filiorum, verba importãtia vsumfructum, im-
propriẽntur, ⁊ solum importent alimenta, vt supra, vt pro-
cedat

cedat etiam si solum testator dixisset, relinquo eam vsufructuariam, vel etiam (quod est fortius) si dixisset relinquo vxori mee vsumfructum omnium bonorum meorum, vt singulariter concludit Areti. in consil. xl. incip. Presupponitur in facto. in primo dubio, ad quem me remitto. Si ergo vxor non est habitura vsumfructum, institutis filijs, quando expresse, & per propria verba sibi sit relictus, minus habebit in casu nostro, vigore illorum verborum gubernatrix & administratrix, que non sonant in vsumfructum, sed solum per interpretationem eum possunt importare. ¶ Remanet igitur ex predictis quod cum per illa verba Berta predicta non posset dici heres, vel domina, nec etiam vsufructuaria, quod ei non competit libere administrationis facultas, sed tantum eidem debentur alimenta cum illa preeminentia in
22 domo, quam ipsa habebat viuo testatore, † & in terminis quod verbum administratrix, ita ex consuetudine interpretetur, voluit Bald. in dicto consi. cccxiiij. ij. colum. versic. tamen cōmunis vsus. nā in casu suo mulier fuerat relicta domina & administratrix, & ipse determinat, quod non dicitur ei concessa libera procuratio, post mortem testatoris, sed solum quod ei debeantur alimenta & soliti honores exhibeant. Et quamquam ipse in casu suo statim videatur dubitare ex qualitate personarum, quia scilicet a quodam principe in eius vxorem erat dispositum, tamen ipse omnino vult quod in priuatis per-
23 sonis predicta locum habeant, † & idem de verbo gubernatrix, sensit Pau. de cast. in d. consil. lxxj. vel. cc. secundum varias impressiones, nam cum ipse ibi concludat, non institutis filijs talia verba importare vsumfructum, sentit clare, quod si filij essent instituti sola alimenta cum preeminentia importarent, quod etiam sentit do. Pau. de monte pico. in. d. §. titia. in. q. lxxvj. dum se remittit ad dictum consil. cc. & hoc expresse dixit idem Pau. de cast. in consi. cccviij. incip. Considerandum est quod filij. ij. colum. versicu. super secundo &c. secundum antiquam impressionem, & secundum nouam reperitur nume. clx. ij. volu. vbi leguntur ista verba. Queritur vtrum mater dictorum filiorum, que a marito suo fuit relicta gubernatrix & domina. (& sic viuentibus filijs erat habitura alimenta) debeat eis mortuis habere vsumfructum &c. & sic pro comperto habet ibi Pau. de ca. quod in casu isto vel simili quod, verbum gubernatrix solum alimenta importare debet. Et ista conclusio in casu nostro (tenendo quod illa verba sint apposita fauore matris & ad eius cōmodū) est indubitata, & ex predictis constat. ¶ Sed si volumus, quod sint dicta in fauorem filiorum, vt in precedenti casu dictum est, quod forte probabilius esset, conclusio fieret, quod nec etiam alimenta mater habitura esset. & quod nullo modo posset inuitis filijs administrare. & ex his omnibus recte consideranti apparebit allegata in contrarium nihil obstare. Et ista sufficiant quo ad primam quōnem. ¶ Circa secundam aduertendum est, quia tenendo primum sensum, circa verba testamenti, de quo supra, vel etiam secundum sensum, secundum primam considerationem, questio ista redditur superflua, cum nihil illis casibus matri debeat, item etiam tenendo, quod ei debeantur alimenta, vt supra dictum est, posset similiter dici superflua, si ex fructibus bonorum testatoris, detractis alimentis matri debitis, supersint tot, vt ad alimenta filiorum, & ad fructus legitime sufficiant, prout in facto credendum est, cum bona hereditaria asserantur esse optimi redditus. ¶ Si tamen presupponeretur, quod fructus ad
24 omnia non sufficerēt, tunc questioni locus esset. † Et omissa disputatione concludendum esset per filios legitimam posse detrahi, nam cum illa debeat filijs illesa cōseruari, & sine aliquo onere. l. quoniam in prioribus. & l. scimus. §. cum autem. cum simi. C. de inoffi. test. ante omnia detrahenda est, nec eam onus prestandorum alimentorum potest aliquo modo tollere vel impedire, secundum quod voluit Salyc. in. d. auct. hoc locum. in vlti. col. versi. quero modo. quod etiā voluit Andre. barba. in consi. lxiij. incip. Preclare scribitur. v. col. versicu. capio secundum articulum. ij. volu. & refert & sequitur do. Pau. de monte pico in. d. §. titia. lxj. q. Amplius dixit Barba. in. d. consi. lxiij. in primo articulo quod vbi fructus non sufficerent ad alimenta vxoris & filiorum ante omnia deducentur alimenta filiorum, & de residuis fructibus venit alenda vxor, & mouetur optima & naturali ratione fundata in verosimili mente testatoris per regulam. l. cum acutissimi. C. de fideicom. vt ibi per eum, & in hoc etiam eum refert & sequitur do. Pau. predictus in. d. q. lxj. quod in proposito nostro esset magne considerationis, si fructus hereditatis non omnibus sufficerent. ¶ Super his tamen vlterius nō insistam, eo quia rem clarā arbitror, ac etiam quia arbitror questionem superflue poni per predicta. Laus Deo.

Socinus nepos Pisis legens.

CASUS

¶ Dominus Petrus de brandis de Nicia iuris vtriusque doctor excellentissimus in suo vltimo testamento inter cetera sic disposuit. Item prelego & iure prelegati relinquo nobili viro domino Jacobo de brandis fratri meo charissimo, videlicet omnia & quecunque bona mea mobilia & immobilia qualiacunque, & quantacunque sint existant & fuerint in ciuitate Nicie eiusque toto territorio, & districtu dieque obitus mei inibi fuerint cōmunia & indiuisa inter me testatorem predictum & d. nobilem Jacobum &c.

¶ Et dictus testator imediate ratione huius prelegati imposuit dicto Jacobo onus soluendi plura & diuersa legata ascendentia ad maximam quantitatem pecuniarum vt ex inspectione testamenti constat.

¶ Et demum suos heredes instituit predictum Jacobū fratrem eius & Petrum de brandis filium fratris eius premortui equis portionibus.

¶ Presupponitur in facto quod testator predictus vltra fraternam charitatem plurimum diligebat predictum Jacobum, & quod ab eo plurima & diuersa beneficia receperat, & quod pro dicto testatore Jacobus predictus plures & diuersas pecunie quantitates erogauerat.

¶ Item presupponitur quod testator tempore conditi testamenti in ciuitate & districtu Nicie non habebat aliqua bona mobilia, neque cōmunia cum d. fratre neque in totū ppria.

¶ Sed statim condito testamento cum esset infirmus, & timeret mori, iussit & mandauit plura sua mobilia, que habebat in ciuitate Aquensi transportari in ciuitatē Nicie, & in domum dicti Jacobi fratris eius, & ita tunc factum fuit. Et cum ex illa infirmitate conualuerit testator predicta bona mobilia recepit a predicto Jacobo fratre, & cum paulo post citaretur a summo Pontifice, & sic Romam profecturus esset timens varios casus & considerans posse mori, antequam in patriam remearet. Iterum & secundo mandauit eadem mobilia Niciam & in domum dicti Jacobi fratris eius trāsportari, quo facto Romam petijt. Et rediens postea predicta bona iterum a fratre recepit.

¶ Demum cum infirmus esset ea infirmitate, qua decessit, timens similiter mori, prout ei contigit, nouiter & tertio fecit & mandauit quod illa bona mobilia portarentur in ciuitatē Nicie in domum predicti Jacobi fratris eius, cui prelegatum de quo supra fecerat, & predictis bonis sic in dicta domo permanentibus decessit testator predictus.

¶ Modo queritur vtrum illa bona mobilia cedāt prelegato, ex quo die obitus testatoris erant in ciuitate Nicie.

SUMMARIUM

¶ De interpretatione cuiusdā legati facti de his, que certo loco fuerint, an scilicet comprehēdat que tempore testamenti non erant, sed tempore mortis.

1 Legatum alicui factum de bonis que sunt in tali loco, comprehendit ea, que ibi reperiuntur, vt ibi sint perpetuo, & non que ad alium effectum, puta venalia, vel ex depositi causa, & vide. j. nu. 25.

2 Qualitas adiecta circa vnum ex pluribus ad alia refertur, & ea qualificat, que per copulam ponuntur in eadē oratione, vt infra nume. 38.

3 Legatum generale precedens restringitur per qualitatē adiectam, vide infra nu. 40. et. 42.

4 Testator in dubio videtur velle minus grauare heredem.

5 Legatum in dubio restringitur ad id, quod minus est.

6 Legatum pannorum lini, & lane, & massaritie domus, per illud verbum domus restringitur ad illa tantum, que domi erant, limita. vt J. nu. 44.
7 Voluntas testatoris per coniecturas reperta omnino seruari debet, qualiacunque fuerint prolata verba, etiam impropria.
8 Verba sub iugo mentis loquentis tanquam sub proprio originali consistunt.
9 Mens testatoris inspici debet, licet verba aliud innuant.
10 Legatum factum alicui de bonis, que in loco aliquo sunt comprehendit, que post testamentum per testatorē sunt portata, & tempore sui obitus reperiebantur.
11 Geminatio & triplicatio in aliquo actu arguit firmam, & deliberatam voluntatem testatoris.
12 Verosimile semper est inspiciendum.
13 Voluntas sicut verbis, ita & facto declaratur.
Immo magis factis declaratur.
14 Factum si verbis, & scripture repugnat, factum superat, & verba ei cedunt.
15 Ignorantia verosimilis in rebus, & in factis proprijs non cadit.
16 Legatum non debet interpretari, vt inutile sit.
17 Interpretatio d̄bet fieri, vt actus potius valeat, q̄ pereat, etiam si recedatur a proprio verborum sensu, vt infra numero. 20.
18 Legatum vxori factum de hijs que sibi testator in vita donauerat, vt sit vtile vxori debet intelligi de donationibus inualidis.
19 Legatum vxori factum donariorum, que portauit ad maritum, intelligitur de his, que nondum erant vxoris, ne legatum inutile reddatur.
21 Legatum perlarum, & indumentorum quorūcunque hactenus vxoris gratia paratorum, si sit factum, perle debentur, licet nō sint parate gratia vxoris, maxime si testator nullas habebat perlas gratia vxoris paratas.
22 Beneficiatus naturaliter est obligatus ad antidota, idest ad remunerandum.
23 Legatum ratione affectionis, & coniunctionis plenius interpretari debet.
24 Legatum bonorum existentium in aliquo certo verificatur in hijs que de mandato testatoris post testamentum ibi tempore eius obitus reperta sunt.
26 Regula. l. si ita. ff. de auro & argento legato. quomodo procedat.
27 Legatum factum cum verbo presentis, & futuri temporis comprehendit non solum ea, que in illo loco erant tempore testamenti, sed & ea, que tempore obitus erant.
28 Verbum dispositiuū censet̄ repetitum virtute ciunctionis.
29 Legatum generale an comprehendat bona communia, & infra numero. 35.
30 Testator si prius leget fundum instructum generaliter, & postea enumeret specialiter aliqua de contentis in generali legato, dicitur id fecisse ex abundanti non ad diminutionem primi legati.
31 Clausula quando habet per se specialem determinationē, clausula subsequens non debet referri ad clausulam precedentem.
32 Statuto si caueatur, q̄ si frater decedat sine liberis, & fratre consanguineo, vel filio fratris agnato teneatur certū quid relinquere sorori, iam ab eo excluse, non ligabitur frater tali statuto, licet solum cum filia femina decesserit.
33 Quod cōmune est, proprie non dicitur meum.
34 Proprium dicitur, quod vni soli competit.
36 Coniunctio, q̄, accipi potest pro disiuncta.
37 Ad veritatem disiunctiue sufficit vnam verificare.
39 Oratio vna nō potest dici, si in ea sunt due clausule, & earum quelibet habeat specialem determinationem.
41 Qualitas quando ad precedentia relata vitiat actum, & reddit inutilem, nunquam refertur.
43 Lex presumit testatorem voluisse heredem duplici prestatione grauare ad legati inualiditatem euitandam.
45 Scripture originali, velut matrici, & prothocollo notarij standum est.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie. Dubia profecto presens consultatio visa fuit, & prima fronte inclinabam in partem negatiuam, vt scilicet bona illa mobilia sic transportata, vt in themate dicitur, prelegato non cederēt.
1 ¶ Et mouebar primo, † quia quando legantur ea, que in aliquo loco sunt, ea cedunt legato, que ibi reperiuntur taliter, vt ibi perpetuo sint, & que ibi esse solent, non autem ea, que casu aliquo ad aliquem particularem effectum in loco posita sunt, puta vt sint venalia, vel ex causa d̄positi, vel ex alia causa, vt est text. in. l. vxorem. §. legauerat. & in. l. si chorus. §. primo. ff. de legatis tertio. in. l. ex facto. la grāde circa medium. in ver. rerum Italicarum. ff. de heredi. instituen, & in. l. generali. §. vxori. ff. de vsufruc. legat. cum concordantibus allegatis ibi in glo. facit. l. prima. C. de verborum significatio. & ita cōmuniter tradunt doctores in omnibus dictis iuribus, vt scribit Corne. in consilio. xiij. incip. Circa primum. prope finem. primo volumine, cum similibus. Sed sic est quod bona ista mobilia, de quibus agimus non solebant esse Nicie, nec testator ea ibi tenebat, immo extra ciuitatem & territorium Nicie ea tenebat ad vsum proprium, & in ciuitate Nicie casu quodam portata videntur, & nō vt perpetuo ibi essent, sed solum durante infirmitate dicti testatoris, vt constare potest ex eo, quod cum alias ea de causa in Niciam fuerint dicta bona translata, semper testator predictus rediens incolumis ea recipiebat vt in themate narratur. Ergo sequitur quod non videntur cedere p̄legato per iura p̄dicta. ¶ Scd̄o mouebar ex alio & in hoc residet oīs difficultas. Nam totum prelegatum v̄r restringi & qualificari per verba illa vltimo loco posita, videlicet, communia & indiuisa inter me testatorem & dominum Jacobum &c. vt sic illa tantum bona mobilia & imobilia videantur prelegata, que sunt communia & indiuisa inter testatorem & prelegatarium. Sed bona ista de quibus agitur non erant communia & indiuisa inter testatorem & prelagatarium, sed erant in totum propria ipsius testatoris. Ergo videtur q̄ nullo modo cedant prelegato.
2 ¶ Et ista interpretatio videtur probari, † quoniam qualitas adiecta circa vnum ex pluribus, refertur etiam ad alia, & ea qualificat, que per copulam ponuntur in eadem oratione. vt. l. seie. §. gaio. & ibi Bartolus. & alij. ff. de fundo instructo. cum similibus. vt tradit Alexander in consilio centesimo incip. Visa inquisitione. prima columna, sexto volumine. & excellentissimus etate nostra iurisconsultus dominus Philippus decius in consilio nonagesimo secundo. incip. viso puncto. prima columna, in fine. Sed in prelegato isto, vna tantum videtur oratio, cum semel tantum dicatur prelego, & iure prelegati relinquo. Et adiectio fit per copulam, ergo &c. Fit enim per illam coniunctionem, q̄, vt patet ibi dieque obitus mei, que exponitur pro copula, et, vt est votum. ¶ Immo fortius videtur, q̄ isto casu non agatur de qualitate vni adiecta ad aliud referenda, sed videtur quod illa qualitas communia & indiuisa &c. simpliciter sit adiecta ad qualificandum totum prelegatum absque eo, q̄ sit opus aliqua relatione, vt sic testator solum videatur prelegasse bona mobilia & immobilia existentia Nicie communia & indiuisa inter se &c. idest que communia & in-
3 diuisa sunt, † tantum enim est dicere prelego bona communia, quantum dicere bona, que sunt communia. Et per consequens videtur concludendum, q̄ per illa verba communia & indiuisa exposita, idest que communia & indiuisa sunt, dicatur restricta precedens generalitas prelegati, iuxta. l. ea tamen adiectio. cum ibi nota. ff. de legatis tertio. tradit Barto. & sequuntur alij in. l. omnes populi. in principio. ff. de iustitia & iure. cum similibus. & sic quod non omnia bona mobilia & immobilia Nicie, & in eius territorio existentia dicantur prelegata, sed tantum ea que ibi fuerint communia & indiuisa &c.
¶ Comprobatur predicta interpretatio, per plura iura, in quibus qualitas in fine posita restringit generalitatem legati

gati precedentem, vt est textus in.l.heres.§.vxori.de lega-
tis tertio. vbi qualitas illa, quod eius causa paratum esset,
minuit generale legatum precedens, ⁊ textus in.l.aure-
lius.§.testator ita.ff.de liberis legatis. vbi per illa verba
quo ad viuet dicitur minutum legatum, quod generaliter
erat factum. ⁊ textus in.l.nam quod liquide.§.finali.ff.de
penu legato. vbi verba illa quod Rome est restringunt ge
nerale legatum penoris. ⁊ textus in.l.quesitum.§.primo.
de legatis tertio. vbi qualitas loci posita per illa verba,
quicquid in predio semproniano habeo, restringit genera
le legatum argenti ⁊ suppellectilis, quod precesserat. Sic
igitur in casu nostro dicendum videtur quod per illa verba
communia ⁊ indiuisa ⁊c. restringatur generalitas prelega
4 ti precedens. ¶ † Accedat predicte interpretationi com-
munis regula dictans quod in dubio testator videtur mi-
nus velle grauare heredem vt.l.vnum ex familia.§.si rem.
5 de legatis secundo. ex qua resultat alia regula, † vt scilicet
legatum in dubio restringatur ad illud quod minus est. vt
.l.nummis.de legatis tertio. ⁊.l.apud iulianum.§.scio.de
legatis primo. cum similibus. ¶ Demum pro predicta opi
nione videtur elegans decisio domini Philippi decij in di
cto consilio nonagesimo secundo. vbi per aliqua ex predi-
6 ctis, ⁊ alia plura determinat, † quod si quis vxori leget om
nes robbas, pannamenta linea, ⁊ lanea, ⁊ alias massari-
tias domus, per illud verbum domus dicitur restrictum le
gatum robbarum, ⁊ pannamentorum ad illa tantum, que
domi erant. Et ex his quilibet prima facie, prout ⁊ mihi
contigit, deduci posset in eam opinionem, vt bona de qui-
bus agimus nō cedant prelegato. ¶ Sed tamen his non
obstantibus diligentius mentem testatoris animaduer-
tens contrariam sententiam probabiliorem de iure arbi-
tror, videlicet ꝙ immo bona predicta cedant prelegato, ⁊
ita sint in totum predicti Jacobi fratris testatoris. ¶ Et
pro fundamento huius cōclusionis, presuppono in primis
ꝙ in interpretatione testamentorum omni diligentia per-
quirenda est ante omnia testantium voluntas, que primum
locum obtinet, vt.l.in conditionibus primum locum.ff.de
conditione ⁊ demonstratione. ⁊ totum facit. vt.l.ex facto.
la grande, circa medium.ff.de heredibus instituendis. eaqȝ
solum dominatur, ⁊ regit omnia. vt.l.cum questio.in fi.C.
de lega. cum similibus. sicut enim venator leporem, ita ⁊ te
stamentorum interpres testatorum mentez sectari pedeten
tim debet, vt inquit Bald.in.l.penultima.C.de necessari.
7 serui.hered.institu. ¶ † Et vbi ipsa voluntas etiaz per con
iecturas ⁊ presumptiones reperta ⁊ intellecta fuerit, om-
nino seruari debet, qualiacunqȝ verba prolata sint. Cum
verba semper intentioni, ⁊ menti proferentis seruire de-
beant, ⁊ non contra, vt.l.scire oportet.§.aliud.ff.de excusa
tione tutorum ⁊c. secundo requiris. de appellationibus. Et
in proposito est textus in.l.non aliter. in principio. de lega
tis tertio. ⁊ in.l.tertia.C.de liberis preteritis.in.l.cuz que
stio.C.de lega. ⁊ in.l.cum virum.C.de fideicommis. cum si-
milibus. ¶ Et adeo hoc est verum, vt procedat etiam si sit
opus verba offendere, ⁊ impropriare, vt per Angelum in
consilio.clxx.incip. Reuocatur in dubium. in principio. ⁊
per Alexandrum in consilio.cxxxix.incip. Circa primum.
secunda columna, sexto volumine. ⁊ tradit Jas. in dicta.l.
tertia.C.de liberis preteritis. facit.l.quesituz. in principio.
ff.de fide instrumentorum. vbi impropriatur verbum, in-
strumentum. vt seruiamus menti testantis. Unde alias si-
gnanter dicebat Angel. in consilio. ccxxij.incip. Bene ⁊
egregie. in principio. ꝙ in vltimis voluntatibus omnis po
stergatur verborum forma ⁊ rigor, quando de mente te-
stantis apparet, allegat dictam.l.tertiam. quam (vt pleriqȝ
de eo dicunt) sepe habebat in ore, vt etiam ad hoc illam al
legat in consilio secundo.incip. Premitto primo. secunda
8 columna. ⁊ alibi sepe. † verba enim sub iugo mentis lo-
quentis, tāquam sub proprio originali, cōsistunt, vt elegan
ter inquit Baldus in.c.mandatum. in principio. de rescri-
ptis. Subdens ꝙ mens loquentis dicit radix ⁊ substantia
9 verborum. † Sola ergo mens, ⁊ voluntas testatoris inspi
ci debet, licet verba aliud innuant, etiam ꝙ mens tacita, ⁊
per coniecturas habeatur, vt.l.cum proponeretur. in fine.
ff.de legatis secundo. cum similibus. que ita concludens
aggregat dominus Philippus decius. in consilio.cxxij.
incip. Et pro tenui. prima columna, in fine. ⁊ notat in simi
li glos. in versicu. remanerent. in.l.si cum ante.C.de dona-
tione ante nuptias. ¶ Hoc ita posito dico ex voluntate te
statoris fuisse ⁊ constare quod dicta bona mobilia prelega
to cedant. Ergo ita iudicandum omnino est posito millies
ꝙ verba primo aspectu aliqualiter repugnare videantur,
quoniam nusqȝ verborum interpretatio tm̄ valere debet,
vt melior sensu ⁊ voluntate testatoris habeatur, vt dicitur
10 in dicta.l.tertia. ¶ † Quod autem ita voluerit testator, ap
paret, quia semper quando ei mors imminebat, voluit ꝙ
bona ista reperirent Nicie, ⁊ in domo Jacobi fratris eius
⁊ prelegatarij predicti, quod solum videtur factum, vt sic
reperta Nicie die sui obitus talia bona cedant prelegato,
attento ꝙ in locum predictum iussu testatoris fuerunt por-
tata, vt videtur casus in.l.penultima.§.finali.ff.de auro ⁊
argento legato. ⁊ notat glos. in.l.cum delanionis.§.sabi-
nus. in versiculo non videtur.ff.de fundo instructo. Et si
quis facti contingentiam diligenter animaduertat, clare
intelliget nulla alia ratione motum fuisse testatorez totiens
mandantem bona illa in domum fratris transportari, nisi
vt dicti fratris iure prelegati efficerentur argumento.d.§.
fina. Et si in terminis illius text. hoc procedit, in quo semel
tantum testator iusserat in locum, de quo ibi, argentuz trā
ferri, multo fortius hoc dicendum est in casu nostro, in quo
11 hanc suam voluntatem ter demonstrauit testator. † Nam
ex ista geminatione ⁊ triplicatione arguitur firma ⁊ delibe
rata voluntas testatoris in eo, quod actus importat, argu
mento.c. ⁊ si Christus. de iureiurando. ⁊.l.prima. ⁊ secun-
da.ff.de appellationib. clementi. quamuis. de appellatio-
nibus. ⁊ eorum, que notat Barto. in.l.cum scimus.C.de
agricolis ⁊ censitis. libro vndecimo. cum similibus. vt tra-
dunt doctores communiter, maxime moderni repetentes
in.l.cum filio. in secunda parte. vbi aliquando dixi.ff.de le
gatis primo. ¶ Et licet testator mandans bona illa in do-
mum fratris transportari, non expresserit verbis quod vo
lebat ea cedere prelegato, tamen istud ex qualitate facti ne
cessario declaratur, cum testator ita precipiendo aliud vel-
le non potuerit verosimiliter loquendo, ⁊ a verosimili ar-
guendo. iuxta.l.non est verisimile.ff.quod metus causa. ⁊
.l.sed ⁊ si susceperit.§.primo.ff.de iudicijs. ⁊.l.cum pater.
12 .§.pater certam.ff.de legatis secundo. cum similibus. † sem
per enim inspiciendum ⁊ amplectendum est, quod est ve-
rosimile per iura predicta. Unde dicimus ꝙ imaginem ha
bet falsitatis quod est remotū a verosimili, vt inquit Bal.
in.l.prima. in fine.C.de seruis fugitiuis. ⁊ tradit Alexan-
der in consilio vigesimo septimo.incip. In causa ⁊ lite. in fi
ne. secundo volumine. ¶ Nec ad mentem alicuius decla-
13 randam necessario requiruntur verba, † quoniam sicut ver
bis, ita ⁊ ipso facto declaratur nostra voluntas, vt.l.pau-
lus respon.ff.rem ratam haberi.l.de quibus.ff.de legatis.
cum similibus. ⁊ tradit Alexander in consilio.ccxxxv. in-
cip. Post redditum. secunda columna, sexto volumine.
¶ Immo dico, quod voluntas ⁊ mens nostra, magis fa-
ctis, qȝ verbis declaratur ⁊ euidentius apparet, cum sepe
verba preter, ⁊ etiam contra intentionem proferantur, vt
est bonus textus in.l.si tamen.§.ei qui.ff.de edil. edicto. ⁊
in.c.dilecti. cum concordantibus ibi adductis. extra de ap
pellationibus. ⁊ ita per illum textum in pulchro casu dixit
Petr. de ancharano in consilio.ccclj. incip. Materia, de
qua queritur. in principio Subdēs ꝙ adeo plus est facto,
14 qȝ verbis demonstrare, † quod si factum verbis ⁊ scr.pture
videatur repugnare, factum superat, ⁊ ei verba cedere de-
bent, ita etiam voluit patruus ⁊ dominus meus Socinus
in consilio.cxcij.incip. Capio difficultatez. tertia columna.
⁊ tradit Jas. in dicta.l.de quibus. in quarto notabili. vbi
etiam allegat Abba. in consilio.ccxxiij. sed mihi est in con-
silio.cxvj.incip. Illud de iure queritur. colum.penul. secun
do volu. ¶ Preterea quod prelegatum predictuz debeat
interpretari taliter quod talia bona mobilia ei cedant, de-
mōstratur presupponendo, pūt in themate narratur, quod
testator tempore conditi testamenti nulla bona mobilia

Nicie, vel in eius territorio habebat, ⁊ hoc ipse recte scie-
15 bat, saltem presumptione iuris, † cuȝ in rebus ⁊ factis pro-
priis non cadat verosimilis ignorantia. vt in. l. finali. ff.
pro suo. ⁊ in. l. quisquis. C. de rescindenda venditione.
¶ Hoc enim ita posito dico, ꝙ cum legauerit bona mo-
bilia, que Nicie fuerint, inspecto eo, quod sequutum est, di-
citur testator habuisse in animo ab ipso initio bona, de qui
bus agimus, prelegare sub nomine mobilium, ⁊ similiter
habuisse in animo ordinare ꝙ tempore mortis eius Ni-
cie dicta bona reperirentur, vt sic in consequentiaȝ iure pre
legati predicti Jacobi fratris eius efficerentur. Et hoc du
16 plici consideratione. ¶ † Primo quia, si aliud diceremus,
sequeretur ꝙ prelegatum predictum rerum mobilium di-
ceretur inutiliter factum ⁊ in nulla re verificaretur. Cū alia
mobilia testator Nicie, nec testamenti, nec mortis tempo-
re habuerit, quod in primis esset contra regulam. l. quo-
17 tiens. ff. de rebus dubiis. † qua generaliter cauetur rem
quampiam sic debere interpretari, vt actus magis valeat,
ꝗ̃ pereat. Et deinde in specie esset contra aliam regulam,
qua dicimus legatum taliter esse interpretandum, vt ali-
quem sortiatur effectum, ⁊ sit vtile legatario, vt est bonus
18 textus in. l. si quādo, in principio. ff. de legatis primo. † vbi
testator legauerat vxori que sibi in vita donauerat, ⁊ tale
legatum vt valeat ⁊ vxori sit vtile intelligitur de donatio-
nibus que non valuerunt, ⁊ ita hanc regulam firmat Ale
xander in consilio. ccxlviii. incip. Ponderatis narratis ⁊c.
secunda columna, sexto volumine, Et per eam infert in ca
19 su suo, † ꝙ si vir vxori leget donaria, que ipsa portauit ad
maritum intelligitur legasse ea, que nondum erant vxo-
ris, ne alias legatum reddatur inutile. Et alias ob hāc cau
sam ne legatum reddatur inutile presumitur testator voluis
se grauare heredem duplici onere contra regularem iuris
presumptionem. iuxta. l. titia. §. qui in vita. ff. de legatis se-
cundo. Ita signanter dicit Paulus de castro in consilio.
ccxlvii. incip. Legatum predictum. Allegat. l. meuius. in
principio. de legatis secundo. ⁊ alia plura iura, vt per euȝ.
20 † Et tantum ista interpretatio ne actus reddatur inutilis
accipienda est, vt procedat, etiam si recedatur a ꝓprio ver
boꝝ sensu, vt ibidem subdit Alex. ⁊ allegat. l. ⁊ puto. §. pri
mo. iuncta glo. in verbo, non communicari. ff. famil. hercis
cunde. facit. l. titia cum testamento. §. lucius. in versicu. mo
destinus respon. de legatis secundo. ⁊. l. cum filiofami. vbi
docto. maxime Cuma. ff. de legatis tertio. Cum igitur in
casu nostro inutile redderetur prelegatum mobilium si bo
na, de quibus agimus non venirent. Sequitur ꝙ vera est
interpretatio de qua supra, scilicet quod cedant prelegato
posito millies ꝙ verboruȝ proprius sensus videatur innue
re contrarium, de quo tamen infra dicam. ¶ Et pro hoc
facit decisio Corne. in consil. ccxviii. incip. Videtur in hac.
21 quarto volumine. vbi in secunda columna. dicit, † ꝙ si le-
gentur perle ⁊ indumenta quecunqȝ hactenus gratia vxo-
ris facta, perle debentur licet non sint parate gratia vxo-
ris, maxime si nullas perlas habebat testator gratia vxo-
ris paratas, vt per eum. Et ratio est, (licet Corne. non ex-
primat) quia alias legatum, quo ad perlas esset inutile, sic
ergo in casu nostro dicendum est de istis mobilibus per pre
22 dicta. ¶ † Secundo quia cum istud prelegatum sit factuȝ
fratri ipsius testatoris, ⁊ vt in puncto narratur, dilectissimo
⁊ a quo beneficia plura receperat testator ob quam causaȝ
dicebatur ei obligatus naturaliter ad antidota, idest ad re
munerandum. iuxta. l. sed ⁊ si lege. §. consuluit. ff. de petitio
ne hereditatis, debet eiusmodi prelegatum plenius ⁊ vbe-
rius interpretari ratione coniunctionis ⁊ affectionis, vt pro-
batur in. l. aurelius. §. titius testamento. ff. de liberis legat.
23 † vbi licet alias in liberationis legato non veniant pecu-
nie, quas tutor in proprios vsus conuerterat, si tamen fiat
patri ratione coniunctionis, ⁊ affectionis dicuntur tales
pecunie cedere legato. facit. l. tutor potitus. §. primo. ff. de
excusatione tutorum. Ita signanter firmat Deci. in consi-
lio sexagesimo nono, incip. Visis duobus. tertia columna.
in fine. loquens in fratre legatario, prout est casus noster,
vt igitur lata fiat interpretatio huius prelegati, dicendum
est ista bona venire. Alioquin nedum non fieret lata inter-
pretatio, immo fieret strictissima. Nam cum verba prele-
gati sint generalissima, dicitur enim bona omnia mobilia,
qualiacunqȝ ⁊ quantacunqȝ fuerint ⁊c. nisi bona ista veni-
rent restringerentur, ⁊ angustarentur nimis ⁊ taliter, vt nul
la mobilia dicerentur prelegata, vt iam dixi, quod per pre
dicta dicendum non est, ergo ⁊c. Et presertim ita dicen-
dum est, quia cum tale prelegatum sit cum maximo onere,
si ista mobilia non venirent propter maximuȝ onus ipsi Ja
cobo iniunctum, nihil aut parum ei prodesset, quod non re
sponderet maxime affectioni, ⁊ obligationi dicti testato-
ris erga dictum Jacobum. Unde vt vtriqȝ dicatur satisfa-
ctum plenius debet hoc prelegatum interpretari, ⁊ sic ꝙ il
la mobilia cedant. ¶ Concluditur ergo ex predictis atten
ta generalitate prelegati, quod bona, de quibus agitur ce-
dunt prelegato. ⁊ dicuntur esse propria Jacobi predicti, ⁊
ista conclusio reddetur clarior ex responsionibus, quas sta
tim tradam ad allegata in contrarium, in quibus consistit
24 omnis difficultas. ¶ † Dico ergo in primis quod nō ob-
stat primum fundamentum, quoniam licet ista bona mobi
lia non solerent Nicie permanere, nihilominus cedunt pre
legato, ⁊ sufficit in proposito nostro, ꝙ mandato testato-
ris fuerint ibi reperta tempore sui obitus, vt est casus in
dicta. l. penultima. §. finali. ff. de auro ⁊ argento legato. ⁊
bene facit. l. iulianus. §. finali. de legatis tertio. ⁊ voluit gl.
in dicta. l. cum delanionis. §. sabinus. ff. de fundo instructo.
¶ Et maxime hoc procedit si aliunde ita esse de volunta-
te testatoris apparet, prout in casu nostro euidentissime cō
25 stat per superius adducta. ¶ † Et allegata in contrarium
procedunt, quia ita est verosimilis mens testatoris, ille eniȝ
qui legat res in tali loco existentes, creditur tantum de hiis
sensisse, que ibi tenere solebat, ⁊ ipse ibi esse voluit, vt ibi
permanerent, ⁊ non de hiis que in loco illo casu posuit ad
aliud, puta vt vendantur, vel ex causa depositi, aut ex ali-
qua extrinseca causa. Tunc enim non censetur ꝙ ea volue-
rit cedere legato, vt in iuribus in contrarium allegatis con
stare potest. ¶ Sed quando constat, ꝙ testator iussit, ⁊
mandauit res in locum illum portari, vt ibi essent tempore
mortis, ⁊ ita legato cederent, prout proprie est casus no-
ster, tunc aliud est, quoniam inherendo voluntati testato-
ris, tales res veniunt in legatum. vt dicta. l. penultima. §. fi
na. cum aliis supra allegatis. ¶ Nec obstat ꝙ testator, qui
prius fecerat bona ista portari, bis ea receperit a predicto
Jacobo, vt in puncto narratur. Ex quo videtur argui, ꝙ
noluerit ea Nicie permanere, quoniam respondetur clare,
ꝙ verum est, quod testator nolebat bona illa permanere
Nicie in vita sua, quia ea tenebat ad proprium vsum, sed
bene intendebat, ꝙ ibi essent, in die sue mortis, ⁊ postea ibi
permanerent cedentia prelegato, ⁊ ipsi Jacobo fratri eius
acquisita, ⁊ ideo semper vbi timuit mori voluit ꝙ dicta bo
na Nicie reperirentur, vt sic secundum ordinem sui testa-
menti cederent prelegato, vt supra plene deductum fuit.
Et per hec tollitur primum fundamentum, ⁊ in hoc nulla
est difficultas, nec quempiam hesitare arbitror.
¶ Secundo non obstat quod dicebatur ista bona cedere
prelegato non posse, quia non erant communia inter testa
torem ⁊ Jacobum prelegatariū, vt videtur requirere ver
ba testamenti ibi, communia ⁊ indiuisa ⁊c. vt plene in ar-
gumento deductum fuit, quoniam licet plurimum videa-
tur vrgere, tamen recte consideranti non obstabit. Et pro
responsione consideranduȝ est diligenter, ꝙ testator in hoc
prelegato primo dicitur generaliter omnia bona mobilia,
⁊ immobilia qualiacunqȝ, ⁊ quantacunqȝ Nicie sint, ⁊ fue-
rint prelegasse vsqȝ ad verbum, dieqȝ obitus mei. ⁊ in tam
generali prelegato dicuntur comprehēsa bona, de quibus
agimus, cuȝ Nicie fuerint reperta tempore mortis testato
26 ris. † Nec obstat, si dicatur verba illa bona mea, que Ni-
cie sint debere intelligi tantum de hiis, que ibi erant tempo
re conditi testamenti. argumento. l. si ita. ff. de auro ⁊ ar-
gento legato. l. fina. §. primo. ff. de legatis secundo. ⁊. l. no
men. §. filio. ff. de legatis tertio. cuȝ similibus. Quia respon
detur ꝙ regula istorum iurium procedit, vt scilicet tempus
conditi testamenti inspiciatur, nisi aliud testatorem voluis-
se demonstretur, cuȝ semper ante omnia eius voluntas in-
spici debeat,

spici debeat, vt supra dictum est. ⁊ hoc clare probatur in dicta .l. si ita. de auro ⁊ argento legato. ibi, si aliud comprehensum non esset. ⁊ ita ibi dicunt doctores, sed in casu isto satis constat aliud testatorem voluisse, videlicet, vt ista bona etiam comprehendantur, que die sui obitus Nicie erát, licet non fuissent tempore testamenti. ergo ⁊c. ¶ Quod autem constet vltra superius adducta quo ad propositum clare ostenditur ex verbis prelegati ibi, sint existant ⁊ fue-
27 rint. † Nam cum non solum verbum presentis temporis ponatur, sed etiam futuri, clare apparet, quod voluit venire in prelegatum sic generaliter factum, non solum que Nicie erant tempore testamenti, sed etiam que erunt postea tempore mortis. Ita enim operatur illud verbum fuerint, quod est temporis futuri, vt probatur in .l. filiam. ff. de auro ⁊ argento legato. ⁊ voluit Barto. in dicta .l. si ita. eodem titulo, in secunda oppositione dum respondet ad dictam .l. filiam. ⁊ idem etiam vult ibidem in octaua ⁊ nona oppositione. ¶ Deinde secundo loco testator post istud prelegatum sic generaliter factum, ⁊ in quo bona, de quibus agimus, dicuntur inclusa subdit, dieqꝫ obitus mei ⁊c. per que verba per illam coniunctionem, qꝫ, ⁊ sic virtualiter per copulam dicitur prelegato predicto addere bona, que Nicie haberet communia cuꝫ dicto Jacobo prelegatario,
28 † vt sic virtute coniunctionis dicatur repetitum verbuꝫ dispositiuum, ac si dixisset, ⁊ prelego, que ibi fuerint communia ⁊ indiuisa ⁊c. iuxta tradita per glosam, ⁊ alios in .l. seie. §. gaio. ff. de fundo instructo. ⁊ per Areti. in §. penulti-
29 mo. instituta de heredibus instituendis. ¶ † Et si quis dixerit, ꝙ iam in generali prelegato etiam bona communia continebantur per .l. si quis seruos. ff. de legatis tertio. cuꝫ dicatur, ꝙ in dispositione partis mee, quod est commune, dicitur meum, vt per Barto. ⁊ alios in .l. serui electione. §. primo. de legatis primo. cuꝫ similibus. Dicam (posito hoc pro vero, de quo tamen infra dicam.) quod hoc non obstabit, quoniam testator dicitur id fecisse, ⁊ addidisse ex abundanti, ⁊ ad eius voluntatem pleniorem demonstrandam non autem ad diminutionem prelegati generalis prius facti, prout de hoc in simili videtur tex. in .l. quesitum. §. fina.
30 ff. de fundo instructo. † vbi dicitur quod si testator prius leget fundum instructum generaliter, ⁊ postea enumeret specialiter aliqua de contentis in generali legato dicitur illud fecisse ex abundanti, ⁊ non ad diminutionem precedentis legati, ⁊ idem probatur in .l. legata. in principio. ff. de suppellectili legato. ⁊ per consequens sequitur ꝙ verba illa, communia ⁊ indiuisa ⁊c. et qualitas per ea importata non respiciunt, neqꝫ qualificant bona mobilia, ⁊ immobilia Nicie existentia prius generaliter prelegata. ¶ Et hoc eo maxime dicendum est, quia illud generale prelegatuꝫ, vsqꝫ ad illa verba, dieqꝫ ⁊c. habet specialem determinationem
31 per se perfectam, ⁊ absolutam. † Quo posito succedit regula quod clausula subsequenter posita, ⁊ sic in casu nostro illa clausula, communia ⁊ indiuisa ⁊c. ad precedentem clausulam, ⁊ sic in casu nostro ad generale prelegatum, non debet referri. Ita signanter firmat Bald. in .l. prima. C. de le-
32 gitimis heredibus. Concludens per istaꝫ regulam, † quod si statuto caueatur, ꝙ si frater decedat sine liberis ⁊ fratre consanguineo, vel filio fratres agnato masculini sexus, teneatur certum quid relinquere sorori iam ab eo excluse, nō ligabitur frater tali statuto, licet solum cum filia femina decesserit, quia dicit ipse, illa clausula, si decedat sine liberis habet per se specialem determinationem, ⁊ ideo qualitas masculini sexus infra posita illam non respicit, ⁊ sic deficit illa conditio etiam ꝑ superexistentiam femine, ⁊ allegat notata in .l. prima. §. deinde. ff. de postulan. ⁊ .l. talis scriptura. ff. de legatis primo. vt per eum. ⁊ ita post eum tradit Alexand. in consilio quadragesimo octauo incip. Uisis ⁊ oportune digestis. quarta columna, primo volumine. ¶ Ulterius considerandum est ꝙ verba predicti prelegati videntur posse aliter declarari. Nam videtur quod testator in primis verbis prelegati, dum dicitur omnia bona mea ⁊c. intellexerit tantum loqui de bonis suis proprie, ⁊ vere, ⁊ sic
33 de hijs, que in totum erant propria ipsius, † cuꝫ sit, ꝙ proprie loquendo illud, quod est commune, non potest dici meum, vt voluit Barto. quem magis communiter sequūtur doctores in .l. serui electione. §. primo. ff. de legatis primo. vbi plene per patruum ⁊ dominum meum Socinuꝫ.
34 † Facit quia illud dicitur proprium, quod competit alicui soli, vt inquit Joan. andre. in .c. si papa. de priuilegijs. de quo per Aretinum in dicto §. primo, secunda columna. Cum vero postea subdit, dieqꝫ obitus mei inibi fuerint cōmunia ⁊ indiuisa ⁊c. dicitur addidisse prelegato, quod in eo prius non continebatur, videlicet, vt in eo veniant etiaꝫ
35 bona communia ⁊c. ¶ † Et licet alias legans aliquas res suas, puta seruos suos, dicatur legare etiam communes, plene legatum interpretando, vt est text. in dicta .l. si quis seruos suos. de legatis tertio. ⁊ tradunt doctores in dicto §. primo. Tamen illud procedit, nisi aliquo modo constet testatorem intellexisse tantum de his qui in totum sui erant, vt est text. ⁊ ibi doctores tradunt in .l. secunda. ff. de conditio. institu. facit. l. iulianus. §. seruos. ff. de legatis tertio. Sed in casu isto ita sensisse testatorem constare videtur. ergo ⁊c. ¶ Istud autem sic ostenditur. Nam prius testator de bonis suis disposuit in versi. omnia bona mea ⁊c. ⁊ statim subdit dispositionem de communibus. Unde dico ꝙ cum posuerit bona communia separatim, ⁊ distincte a bonis suis, arguitur, ꝙ ipse appellatione suorum bonorum in illis verbis, omnia bona mea ⁊c. non intellexit comprehendi bona communia, iuxta singularem glos. in §. iuris precepta. institutа de iustitia ⁊ iure. dum dicit, ꝙ licet alias verba ista, ius suum vnicuiqꝫ tribuere, generaliter accepta, importent honeste viuere, ⁊ alterum non ledere, ⁊ ita capiantur in definitione iustitie in principio illius tituli, tamen dum postea ponuntur iuris precepta illa non important, ex quo in preceptis iuris de illis fit particularis, ⁊ specifica mentio. Sic ergo dicendum videtur in casu no-
36 stro, vt supra dixi. ¶ † Preterea etiam in declarando dicto prelegato potest dici ꝙ illa cōiunctio, qꝫ, accipi debeat pro vel ⁊ sic pro disiuncta, vt .l. coniunctionem. ⁊ .l. sepe ita computatum. ff. de verborum significatio. vt sic virtualiter testator dixisse videatur prelego omnia bona mea vel com-
37 munia inter me ⁊ fratrem meum ⁊c. † quo posito, cum ad veritatem disiunctiue sufficiat vnum verificari. vt .l. si heredi plures. ff. de cōditio. institu. dicemus ꝙ bona cedent prelegato, siue illa fuerint propria testatoris, siue etiam communia cum fratre, vt sic sufficiat vnum ex disiunctiue positis verificari. Sed bona, de quibus agimus, si non erant communia, erant tamen propria ipsius testatoris, ergo debent cedere prelegato. ¶ Et ex predictis constat, ꝙ licet verba huius prelegati primo aspectu sonare videantur, vt sola bona communia dicantur prelegata, tamen cōuenienter recipiunt etiaꝫ declarationes predictas. ¶ Ex quibus infertur, ꝙ cedunt prelegato etiam bona ipsius testatoris. ¶ Unde stante pro constanti in proposito nostro, ꝙ testator voluerit bona ista mobilia, de quibus agimus, cedere prelegato, vt supra est demonstratum, concludenduꝫ est, ita verba debere interpretari, vt menti testatoris deseruiant esto quod iterpretatio procedat cum aliqua improprietate ipsoꝝ verboꝝ per ea que .s. adducta sunt. ¶ Et ex his cō-
38 stat allegata in ꝯtrarium secundo loco non obstare. † Naꝫ quantum ad primum dico, ꝙ illud procedit nisi talis interpretatio repugnet voluntati testatoris, que ante omnia attendi debet, vt supra deductum fuit. ¶ Preterea in casu nostro nō potest dici, ꝙ qualitas communionis sit adiecta vni ex copulatis in eadem oratione, quia dico, ꝙ imo duo sunt copulata, vel disiunctiue posita ꝺm declarationes supra positas, videlicet, bona propria testatoris, ⁊ bona communia inter eum ⁊ fratrem suum, ⁊ sic communio non dicitur qualitas vni adiecta, sed bona communia sunt vnuꝫ de principaliter copulatis, vel disiunctiue positis ꝺm .s. dedu-
39 cta. ¶ † Nec simpliciter potest dici vna oratio, cum sint due clausule, ⁊ quelibet habeat specialem determinationem ꝺm ꝙ supra declaraui, iuxta doctrinam Bald. in .l.
40 prima. C. de legit. here. ¶ † Et ex his etiam patet non obstare quod secundo dicebatur per .l. ea tamen adiectio. de lega. iij. quoniam licet vera sit illa expositio, communia ⁊ indiuisa ⁊c. idest que cōmunia ⁊ indiuisa sunt. Tamen hoc

procedit tantũ respectu scđe clausule prelegati, sed non referuntur ad primam cum per se habeat perfectam determinationem eo maxime, quia vt supra deduxi testator in prima parte prelegati tantum videatur intellexisse de bonis proprijs, ꝛ in secunda addidisse de cõmunibus. ¶ Et ꝙ talis restrictio in casu nostro non procedat, nec ista qualitas communionis possit ad precedentia referri vltra supra deducta ostenditur, quia alias si ita diceremus, prelegatũ bonorum mobilium remaneret inutile, cum alia mobilia non habuerit testator in ciuitate Nicie, vt supra deductũ
41 est. † Extat eniz regula quod quãdo qualitas ad precedentia relata actum vitiat ꝛ reddit inutilem, nunquam refertur, argumento. l. seruo alieno. §. si quis ab impubere. in fi. ff. de legatis primo. ꝛ notat glo. in. l. si quis a filio. in principio. in versicu. duntaxat. eodem titulo. facit. l. titia. §. primo. ff. de verborum obligatio. ibi. Sic tamen vt ex ea repetitione non efficiatur inutilis stipulatio. tradit Barto. in. l. cum seruus. in principio. ff. de conditione institu. ꝛ in. l. talis scriptura. de legatis primo, in secunda parte. versicu. ex qua nota. ꝛ in vltima parte, in versi. item si ex hac repetitione. ꝛ Jas. in dicta. l. si quis a filio. in principio. in prima op. Faciunt, que generaliter supra dixi, legata semper debere interpretari taliter, vt vtilia sint, ꝛ eorũ verba aliquid operentur.
42 ¶ † Nec tertio obstant plura iura in contrariũ allegata, in quibus qualitas in fine posita restringit generalitatem precedentem, quoniam illa iura procedunt, quia non constabat aliter de contraria voluntate testatoris, nec per illam restrictionem reddebatur legatum inutile. Sed in casu nostro secus est. fieret enim inutile prelegatum bonorum mobilium, ꝛ expresse veniremus contra voluntatẽ testatoris, que fuit vt ista bona omnino cederent prelegato, vt supra demonstraui. Cuz ergo semper fieri debeat interpretatio, per quam legatum fiat vtile, ꝛ per quam saluetur voluntas testatoris etiam cum verborum impropriatione, vt supra plene deductum est, sequitur ꝙ in casu nostro restrictio ꝛ relatio predicta fieri non debet. ¶ Et ex his etiam respondetur ad quartum, quia tunc fit interpretatio in minus, ꝛ vt minus heres dicatur grauatus, vt regule ille dictant, quando aliter de contraria voluntate testatoris non appareat. Nam cũ illa tanquam regina testamenti, ante omnia inspicienda sit, ei cedunt omnes alie presumptiones per supra allegata. ¶ Preterea etiaz ille regule procedunt, quando per eas non induceretur inutilitas legati,
43 † quia ad euitandam inutilitatem lex presũmit testatorem etiam duplici onere voluisse grauare heredem, vt declarat Pau. de castro in dicto consilio. ccxlviij. ꝛ supra retuli. Non ergo procedunt regule predicte in casu nostro, quia voluntati testatoris repugnarent, ꝛ inutile prelegatum induceretur, vt ex predictis clare constat.
44 ¶ † Et eodem modo respondetur vltimo loco ad decisionem domini Decij in dicto consilio. xcij. Quoniam. posita eius decisione pro vera, dico ꝙ illa cum omnibus per eum allegatis non procedunt, quando de contraria voluntate testatoris appareat, nec quando alias legatum redderetur inutile per superius declarata. Ex quibus concludo bona illa mobilia de quibus agimus cedere prelegato ꝛ esse propria ipsius Jacobi prelegatarij. ¶ Predicta procedunt stantibus verbis prelegati, vt in publico instrumento testamenti legitur, ꝛ in themate narratur. Sed res indubia esset, si reperiretur copia quedam, seu potius originale testamenti manu propria testatoris scriptum in quo, vt mihi narratur, in prelegato isto non erant illa verba, cõmunia, ꝛ indiuisa inter me testatorem ꝛ Jacobum fratrem meum ꝛc. Et eis sublatis in casu nostro cessaret omnis difficultas. Et illi originali, velut matrici ꝛ protbocollo notarij, standum esset, iuxta tradita in. l. sempronius proculo. ff. de legatis secundo. cum similibus. Attento ꝙ (prout mihi presupponitur) testator in condendo testamento solum dixerit, ego manu propria scripsi meum testamentum ꝛ, prout in eo scriptum dispono. Et ita dixerit notario ꝙ acciperet, legeret, rogaret, ꝛ publicaret. Jstis enim ita stantibus non video in re ista aliquam dubitationem. ¶ Uerum tamen quia, vt asseritur, predictum originale fuit subtractum ꝛ ostendi nõ potest, recurrendum est pro veritate ad ea, que supra etiã stantibus verbis predictis conclusa sunt. Laus Deo ꝛ Uirgini gloriose.

Socinus nepos Pisis legens.

CASVS

¶ Dominus Lactantius cortesius de sancto Geminiano in suo vltimo testamento in quo vnicum filium eius Antonium nicolam heredem vniuersalem instituit inter cetera sic disposuit.

¶ Jtem voluit ꝛ reliquit dominam Hippolytam eius dilectissimam vxorem dominam ꝛ vsufructuariam omnium ꝛ singulorum bonorum dicti testatoris toto tempore vite sue, cum vidua steterit, ꝛ ad regimen, ꝛ gubernationem eius filij, ꝛ heredis, ꝛ dotes suas non petierit, camqꝫ liberauit ab omni, ꝛ quacunqꝫ inuentarij confectione, ꝛ redditione sue administrationis.

¶ Dubitatur modo de viribus, ꝛ importantia predicti legati, ꝛ quid eo mediante consequi debeat predicta domina Hippolyta.

¶ Super qua dubitatione de communi partium concordia per viam compromissi consultus quid iuris respondi, vt in sequentibus continetur.

SVMMARIVM

¶ Uxor relicta domina ꝛ vsufructuaria filio instituto dicitur solũ habere debere alimenta cum preeminentia, etiam quod fuisset liberata a confectione inuentarij, ꝛ redditione administrationis.

1 Judex electus apartibus ad consulendũ non tenetur causas, ꝛ motiua animi sui exprimere.
2 Judex est fatuus, qui causas ꝛ motiua, que eum mouent, in sententia exprimit.
3 Uxor relicta domina, ꝛ vsufructuaria filio herede instituto, ꝛ si sit a confectione inuentarij, ꝛ redditione administrationis liberata, an tantum alimenta habere debeat, ꝛ infra nume. sequenti. ꝛ numero. 8. et numero. 12. ꝛ sequentibus.
4 Dominus alicuius rei in ea vsufructum non habet, quia vsufructus est ius vtendi alienis rebus.
5 Dispositio continens repugnantia non est admittenda.
6 Legatus si fuerit Titio fundus, ꝛ eiusdem fundi vsufructus, Titius eliget, an velit proprietatem, vel vsumfructum fundi.
7 Regula. l. vbi repugnantia. ff. de regu. iur. procedit quando repugnantia est inseparabilis.
9 Uxor dum est in domo mariti eo viuente, quasi domina dicitur.
10 Parentes magis diligunt filios, ꝙ̃ seipsos
11 Filij viuente patre eorum dicuntur quasi domini rerum paternarum.
13 Uxori si sit etiam relictus vsufructus omnium bonorum, habebit tantum alimenta, filijs heredibus institutis.
14 Alimentarius non conficit inuentarium, sed de manu heredis debet alimenta sumere.
15 Dispositio testatoris debet interpretari, vt omnia verba aliquid operentur.
16 Usufructuarius omnium bonorum tenetur regulariter cõficere inuentarium.
17 Legatum ampliatur ex qualitate adiecta legato.
18 Interpretatio diu obseruata est tenenda.
19 Uerba ista dominam ꝛ vsufructuariaz important, ꝙ vxor possit alimenta propria auctoritate sumere, ꝛ non expectare ꝙ ab herede decernantur.
20 Legatum factum vxori, ꝙ sit domina ꝛ vsufructuaria, ꝛ ꝙ non teneatur inuentarium facere, participat de legato alimentorum, ꝛ de legato vsufructus, ꝛ quomodo.
21 Usufructuarius omnium bonorũ tenetur cauere de vtendo, ꝛ fruendo arbitrio boni viri, ꝛ de rebus restituendis, vsufructu finito.

Consilium. xcix.

CONSILIVM XCIX

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. Proposita questio pulchra est, & quotidiana, & super ea doctores nostri maxime antiqui, vti varij fuerunt ita varia, & diuersa scripserunt, vt constat ex ijs, que tradit Alberi. de rosa. in auc. hoc locum. C. si secundo nup. mul. Cum autem in presentiarum presens causa sit per me decidêda ex commissione partium, & ita sim iudicis functurus officio, satis esset concludê ter loqui, & quid iuris sit determinare absq; aliqua causarũ

1 insertione, vel iurium allegatione. † Cum tale sit iudicis officium nec teneatur causas, & motiua animi sui ad iudicandum exprimere, vt videtur tex. & ibi tradunt omnes in. c. sicut. extra de re iudi. & tradunt Bart. & alij in. l. properandum. §. illo procul dubio. C. de iudi. & Ang. Aret. in quodam suo consi. incip. ego Angelus de castellione Aretin. quod reperitur inter consilia Pet. de anch. nu. ccxij.

C Immo dixit Jo. de imo. in. l. si is ad quem. ff. de acqui.

2 here. & Abb. in. c. ex parte. de conces. prebê. † quod fatuus est iudex, qui in sententia causam, & motiua animi sui exprimit, vt etiam tradit Jas. in. d. §. ille procul dubio in primo notabili. C Uerum tamen, vt mihi ipsi in hoc morem geram non iudicantium, sed consulentium modo procedendo non nulla allegabo, ex quibus (multis dimissis) iudiciũ, & sententia mea possit iustificari. C Et in primis dicenduz videtur dispositionem istam vanam vndiq; esse, & in aliquo

3 non valere, tanq̃ sibi contradicentez. † Nam dum testator relinquit vxorez dominam bonorum suorum, videtur velle ꝙ habeat dominium, dum vero subdit, & vsufructuariam, videtur velle ꝙ habeat vsumfructum vt verba sonât, quod

4 domino rerum contingit, † quia si quis est dominus, vsumfructum non habet. l. vti frui. in princ. ff. si vsusfr. peta. cum vsusfructus sit ius vtendi rebus alienis, vt. l. j. ff. de vsufru. Habere ergo vsumfructum arguit rem esse alienam, habere autem dominium demonstrat rem propriam, que inuicê

5 repugnant. † Uidetur ergo ꝙ ista dispositio, tanquam continens inuicem repugnantia non sit admittenda, nec in aliquo valeat iuxta regulam. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. ita in proposito arguebat Dy. in. l. titia ex testamento. §. fi. ff. de leg. ij. vt ibi refert Bar. & refert etiam Alber. in auct. hoc locum. C. si secundo nup. mul. C Sed ex alio videtur, ꝙ valeat, & quidem taz in dominio pleno, q̃ in solo vsufructu, ad electionem tamen ipsius domine Hippolyte quod eorũ voluerit, prout de hoc videt casus in. l. si titio fundus.

6 ff. de vsufru. leg. † Ubi dicitur ꝙ si titio fuerit legatus fundus, & eiusdem fundi vsusfructus eliget titius an velit fundum, & sic plenam propriaetatem, an vero solum vsumfructum. Sic ergo videtur concedendum isti domine Hippolyte, vt scilicet eligat, an velit esse domina rerum, an vsufructuaria, cum in casu nostro copulatiue vtrumq; relictũ fuerit sicut in. d. l. si titio. Et istam opinionem post Jac. de are. tenet Dy. in. d. l. titia. §. fi. & dicunt Cy. & Alber. in. d. auc.

7 hoc locum, quod ista opi. de iure est vera. C † Nec secundum eos obstat. d. l. vbi repugnantia, q2 illa regula procedit, quando reperitur repugnãtia inseparabilis. Quod nõ est in casu nostro, quia separari potest vt ex predictis cõstat. C Reperio etiam ꝙ apud antiquos docto. fuerunt super presenti casu alie varie opiniones, de quibus per Alber. in dicta auctentica hoc locum, quas aliter non referam.

8 C † Sed quicquid de stricto iure tenêdum sit, iam per plurima & longissima tempora obtinuit & seruata fuit quedam scripta in curia Bulgari, videlicet vt quando fit tale legatum vxori, quia relinquitur domina & vsufructuaria omniũ bonorum, si communes filij instituantur heredes, receditur a propria significatione verborum, & sic vxor non erit domina nec etiam vsufructuaria omnium bonorum, sed tantum debebit habere alimenta ex bonis mariti, sicut eo vi-

9 uo habebat. † Et insuper debet habere in domo preeminêtiã quandam, & superioritatem respectu filiorũ, prout materne conuenit reuerêtie, & prout habebat ante mortem mariti sui, vt sic illa domina domus, & bonorum videatur, cuz etiam viuo marito, quasi domina diceretur, vt. l. j. ff. rerum amota. & ita consuetudo interpretata est, & docto. nostri probauerunt fauore filiorum, & ex verosimili voluntate testantis. Nam cum filios heredes faciat vniuersales non conuenit dicere ꝙ voluerit vxorem esse dominam bonorum suorum, quia sic illa in effectu esset heres, & non filij. Nec êt creditur ꝙ testator voluerit ad vxorem pertinere vsumfru-

10 ctum in totum & pleno iure, & sic filios habere † duntaxat nudam proprietatem, q2 hoc non patitur paterna charitas diligunt enim parêtes filios magisq̃ seipsos, vt. l. isti quidem. in fi. ff. quod met. cau. & ex naturali voto quicquid pa-

11 rant pro filijs parant, vt. l. scripto. in fi. ff. vnde liberi. † adeo quidem, vt ipsi filijetiam viuo patre dicantur quasi domini bonorum paternorum, vt. l. in suis. ff. de liberis & posthumis. & his rationibus iustificatur predicta cõsuetudo. C Sed quicquid de rationibus sit, hec est hodie commu-

12 nis omnium scribentium opinio, † ꝙ vxor, que domina, & vsufructuaria relinquitur filijs heredibus institutis, tantuz sit habitura in domo alimenta sibi cõdecentia cuz illa preeminentia, quam viuo testatore habebat, vt no. gl. Barto. Cy. Alber. Bal. Saly. & omnes in. d. auct. hoc locum. C. si secundo nups. mul. & Bar. Pau. de cast. Jmol. Cum. & omnes in. d. l. titia. §. fi. de leg. ij. tradit Alexã. in. l. & si contra tab. ff. de vulga. & pup. & Jas. in. l. cum hi. §. si in annos. post princ. ff. de transac. & in. l. alimentis. C. eo. titu. Bal. in consi. cxx. incip. Nicolaus tuderti. post prin. iij. vol. & consi. l. incip. viso testamento in fi. v. vol. & in. l. fi. C. de indi. vidu. idem voluit Bar. in cõsi. clxx. incip. Petrus maioli. & Roma. in consi. cxviij. incip. quo ad primum in primo dubio. & ambo concludunt, & demonstrant hanc consuetudinem esse de voluntate testatoris presumpta, idem dixit Pau. de ca. in consi. cx. incip. super primo quesito. iiij. col. ver. super qnto. Ang. in consi. xcvij. incip. Uiuianus de monte. in. ij. col. Alex. in consi. lvj. incip. perspectis verbis. iij. vol. & in consil. ibi seq. in prin. & in consi. lxxiiij. incip. Jn causa & lite. in fi. vij. vol. Plene tradit Ang. are. in tracta. de testa. in gl. in versi. item reliquit dominam Corne. in consi. v. incip. in hac consultationem. in prin. & in consi. cclvij. incip. circa primum. iij. col. j. vol. & in consi. cccviij. incip. quod dicta domina. iij. col. iiij. vol. & Curt. in consi. xj. incip. statuto Parmêsi. ij. col. ver. tertio facit, traditur in decisionibus Tholosanis in. q. ccccl xxij. & plenissime tradit elegans doct. domi. Pau. picus in repet. d. §. fi. qui incipit, titia in. j. q. vbi plures allegat concordantes. C Et adeo vera sunt predicta,

13 † vt procedant etiam si maritus dixisset in testamento, relinquo vxori mee vsumfructum omnium bonorum meorum, que verba videntur apertiora quo ad vsumfructum, & tamen debentur solum alimenta. Jta singulariter concludit Aret. in consi. xl. incip. presupponitur in facto in primo dubio. C Cum igitur in proposito nr̃o dñs Lactantius testator, qui domi. Hippolytam vxorem reliquit dominam & vsufructuariam omnium bonorum, instituerit Antonium nicolaũ communem filium heredem, vt in testamento constat, sequitur quod relictum factum vxori, debet interpretari, vt ipsa domina Hippolyta solum habere debeat honorifica, & condecentia alimenta cum preeminentia, quam viuo testatore habebat, non autem ꝙ debeat habere dominium vel vsumfructum omnium bonorum. C Sed aduertendũ est quia contra predicta, & quod immo domina Hippolyta dicatur vera vsufructuaria facit primo quia testator liberauit eam a confectione inuentarij, ex quo videtur argui ꝙ

14 tastator non intellexit legare alimenta tantum, † cum ille q alimenta habiturus est, non conficiat inuentarium, sed solum de manibus heredum summere debet alimenta, vt. l.

15 solent in princip. & per totam. l. ff. de alimen. & ci. leg. † Cõuenit enim ita dispositionem testatoris interpretari, vt verba omnia aliquid operentur. l. si quando. de leg. j. quod nõ esset si tantum alimenta essent legata, q2 tunc non conueniret liberare eam a confectione inuentarij, cum illud conficere non teneatur alimentarius. Sed bene conueniret eam

16 ita liberari, si esset vsufructuaria, † ex quo vsufructuarius omnium bonoruz regulariter tenetur conficere inuentariũ, vt. l. j. §. recte. ff. vsufru. quemad. ca. tradit Pau. de cast. in

15 consil. cxcj. incipiê. anteq̃ veniam. j. col. † Et pro hoc ꝙ ex qualitate legato adiecta amplietur legatũ facit bonus tex.

fin.l.proculus.in prin.ff.de vsufru. & quidem in fortioribus terminis, nam ibi fit ampliatio contra naturam, & propriã significationem verborum. In casu autem nostro hoc esset secundum propriam vim verborum, licet contra illam communem consuetudinem. ¶ Secundo facit quia a die mortis testatoris domina Hippolyta vsq; in hanc diem semper se gessit pro vsufructuaria vtendo & fruendo bonis omnibus pro libito voluntatis sciente & patiente dicto Antonio eius filio, ita vt sic videatur per partes facta quedam
38 vt ibi clare dicitur. ¶ † Tertio qꝛ si cum fratribus extaret mater mẽtecapti, si non essent vtrunqꝫ coniuncti, illa ab intestato preferretur, & cum eis concurreret, si vtrinqꝫ ꝯiuncti essent, vt in. §. ꝯñs. in auct. de here. ab intest. colla. viij. & tñ illa non est necessario substituenda, cum de ea in. d. l. humanitatis nulla fiat mentio, & ibi magis cõiter doct. tenẽt,
39 † ꝙ mater in exemplari preterita nullũ ius hꝫ contra testm̃, lꝫ aliqui contrarium tenuerint, & male, vt declarat Alexã. ibi in. iij. col. dicens ita cõiter teneri, & ibi expresse subdit, ꝙ in ista exemplari non attenditur ordo successionis ab intestato, vt per eum, qđ etiam repetit, & sequitur ibi excellent. iurisconsul. do. Philip. deci. ꝯsulens predictus colum. pe.
40 ¶ † Nec ob. doctri. Bar. in. d. l. fi. ad tertul. qꝛ intelligitur nisi existentia alicuius persone fuerit specialiter, & in particulari casu simpliciter ad aliquid considerata vel per legem, vel per testatorem, non inspecto eo, an ab intestato sit successura, nam tunc sufficit personam talem extare, lꝫ non succedat arg. l. filiusfam. §. cum quis. de leg. i. vnde cum specialiter in. d. l. humanitatis. ꝯsideretur fratrum, vel sororum existentia, vt ex eis aliquis substituatur, non dꝫ attendi, an sit talis, qui ab intestato sit successurus, necne, qꝛ semper dici-
41 tur ex ordine, & precepto. l. vocari. ¶ † Nec ob. ẽt decisio Pau. de cast. in. d. ꝯsi. ccccx. qꝛ quatenus se fundat in eo, ꝙ filia erat per statutum exclusa, male loquitur per predicta, & eius decisio. expresse reprobãt patruus & do. meus Soci. in consi. clxxxij. lꝫ ista filia. vbi subtiliter loquitur, & multa adducit, que cum per eum videri possint, breuitati consulens
42 aliter non referam. † Concludit ergo ipse in. d. ꝯsil. ꝙ lꝫ filia per statutum Florentinum (de quo & nos agimus) excluditur per patruũ, tñ facit extingui fideicõmissum patri eius iniunctum de restituendo illi patruo post mortem, qꝛ per. d. l. cum auus. subauditur ꝯditio, si decesserit sine filijs, que cõditio defecit ẽt existente filia lꝫ per statutum a successione exclusa, quicquid in ꝯ̃rium dixerit Paul. de cast. in. d. consil.
43 † facit, qꝛ dispositio. l. hac edictali. C. de secũ. nup. procedit etiam, ꝙ filia sit per statutum exclusa ab intestato, vt voluit Corn. in ꝯsi. cccix. circa primum. iij. col. iij. volu. & refert, & sequitur insignis doc. do. Albe. brun. in trac. de sta. femin. & cogn. lin. exclud. in. xxix. q. viij. arti. Sic ergo dõm est in casu nostro, ꝙ. d. sorores in exemplari omnino essent vocãde per expressam ꝓuisionem. d. l. humanitatis. lꝫ ab intestato non fuissent successure. Remanet ergo ex his, ꝙ si fuisset facta exemplaris, pater eas non ex arbitrio suo diceretur vocasse, sed ex precepto legis, & ꝯñr sequitur, ꝙ eas grauare non potuisset. ¶ Demum principa. ꝯclusio, vẕ ꝙ testator non exemplariter, sed per fideicõmissum filias eius substituerit, suadet (prout ẽt proprie dicebat ꝯsulens) ex eo, qꝛ fecit eas suos heredes, referendo illa verba ad testatorem, iu-
44 xta doctri. Bar. in l. cum in testõ. de aur. & arg. leg. † nam si per exemplarem vocate essent, non essent heredes patris, sed ipsius Laurentij, qꝛ per eam filio, & non patri succeditur, vt per omnes in. d. l. humanitatis. & si dicas, nec per fideicõmiss. succeditur ita vt heres quis fiat, qꝛ solum iura vtilia transeunt, vt. ff. ad treb. per totum. Rñdetur (hoc fatendo) ꝙ satis est, ꝙ dicitur loco heredis, vt. l. si filiusfa. ff. qđ
45 cum eo. & l. si heres ab eo. ff. ad treb. † & quicquid est testatori est, & non filio, vt. l. coheredi. §. cum filie. de vulg. & pupill. ¶ Nec ob. ꝙ precedens verbum sibi substituit, nõ possit referri ad testatorem, qꝛ ex eo non est arguendum ad verbum suos heredes, qđlibet. n. per se stat, & conuenienter, nã

dicētur filie substitute filio per fideicōmissum, ⁊ ita dicētur facte heredes testatoris eo modo, prout fideicōmissarius
46 heres dici potest.¶ † Nec huic rationi obst.d.l.si ita scriptum.§.qui filio.de bon.pos.ſm tab. ⁊ not.ibi per Bar. ⁊ alios, q2(vt dixit excell.consulens)illud ꝑcedit, qñ ex alio ꝯstaret euidenter, ꝙ substō fuerit pupillaris, puta ꝙ fuerit dictum, si decedat in pupillari etate, vel prius q̄ȝ in suam tutelam veniat, vt ibi dicitur, tunc.n. fatendum est ver. mihi, vel simile, prout in casu nostro suos heredes, ipsam pupillarem non impedire, sed vel hr̄ pro non adiecto(vt quidā volunt)vel cum aliqua impropꝛietate intelligitur mihi.s. per mediam personaȝ filij, arg.l.fi.C.de her.insti.sed vbi sumus in dubio, nec ꝯstat, ꝙ testatoꝛ voluerit pupillariter substituere, verba illa per se proprie stabunt, ⁊ operabuntur ſm eoꝝ sensum propꝛium arg.l.non aliter.de leg.iij. ⁊ sic ab eis dubia substitutio declarabitur.
47 † In dubio.n.verboꝝ significationi standum est, vt.l.i.§.si is qui naueȝ.ff.de exerci.eo presertim, si cum verboꝝ importantia ꝯcurrunt alie rationes, ita voluit Corn.in ꝯsi.clij.in hac ꝯsultatione.vj.col.ij.volu. ⁊ ita ēt vltra adducta per consulentem vr̄ magistraliter declarare patruus meus Soci.in.l.i.col.x. ⁊.xj.ff.de vulg. ⁊ pup.dicens ita esse(prout vere est)de intentione Bal.in.d. .l.precibus.mihi col.xiij.ver.procedo vlterius. idem ēt voluit insignis, ⁊ elegans moder.do.Lancel.galiaula, in repetit.d.l.centurio.in.vj.col.ver.non ob.si dicas ⁊c.cum ergo in casu nostro nedum non ꝯstat testatorem voluisse facere exemplarem, immo ꝯ̄rium, iuridice ostenditur, per.s̄.dicta sequitur, ꝙ ver.suos heredes, ad testatorem relatum optime cum alijs.s̄.deductis, arguet hanc substitutionem fuisse fideicōmiss.¶ Nunc superest, vt ad alleg.in ꝯ̄rium responpondeatur, quibus(si bene omnia.s̄.deducta ꝯsiderentur) euidens ex eis colligitur responsio, vt tñ veritas clarius demonstretur, particulariter, vt.i̅.singulis rn̄deť.
48 ¶ † Dum ergo primo dicitur, ꝙ exemplaris dicitur comprehensa in compendiosa, vel saltem in vulgari, rn̄detur ea omnia generaliter, ⁊ in dubio procedere, qñ tñ non euidens voluntas testatoris in ꝯ̄rium appareat, nam si tunc tali interpretationi voluntas testatoris repugnet, fieri non dȝ, sed omni verboꝝ importantia postbabita, voluntas disponentis seruāda est per ea, que dixi.s̄.in primo ⁊ tertio premisso, ⁊ de hoc vr̄ tex.apertus, in.l.ꝗuis.C.de impub. ⁊ ali.substi.ibi, si modo non ꝯ̄riaȝ ⁊c. ⁊ ista voluntas potest sumi ēt tacite ex con-
49 iecturis, vt in terminis.d.l.ꝗuis.† vbi exp̄ssa vulgaris ad tacitam pupillarem non poꝛrigitur ex tacita, ⁊ presumpta volūtate testatoris, sic ēt in terminis.l.ij.eo.tit. ⁊.l.iam hoc iure.§.i.ff.de vulga. ⁊ pupil.vbi in generalibus verbis reciproce non ꝯtinetur pupillaris similiter ex cōiecturata mente defuncti, q2.s.non creditur voluisse dispariter substituere, sic ergo est dicendum in compendiosa in casu nostro, vt.s.in ea non contineatur exemplaris, nec tanꝗ̄ in ea, nec tanquā in vulgari, ex eo q2 ei omnino repugnat volūtas testatoris, vt ex predictis ꝯstare potest. Cum.n.omnes testamentarie interpretationes fiant, vt voluntas testatoris impleatur, ⁊ ad hoc semper lex intenta sit, ita vt dicatur vnicam esse.l. intentionem, vt.s.dispositiones defunctoꝝ firme sint, vt inquit Imperatoꝛ, in auc.de iu.iur.a mori.presti.in prin.coll. v.non ꝯuenit, ꝙ fiant ad impugnandum iudicium testatoris, argu.l.qd̄ fauore.C.de legi. ⁊ ex.s̄.dictis clare constat.
50 ¶ † Et ideo lȝ alias substō si verbis ⁊ personis ꝯueniat directa soleat interpretari, vt.d.c.si pater. hoc tñ cum fiat, vt iudicium testatoris plenius impleatur, non ꝑcedit, qñ voluntas eius repugnat, ⁊ qñ ex tali interpretatione dispositio testatoris impugnaretur per predicta.¶ Et adeo veruȝ est hoc, vt procedat ēt si verba substitutionis fuerint directa, nam ⁊ ipsa capiuntur in sensum obliquuȝ si de voluntate testatoris appareat, vt voluit Bar.in.l.querebatur.ff. de mil.testa.facit.l.iij.C.de lib.pret. ⁊ ꝑpea bene dixit Ange.in.d.ꝯsi.ccxxij.ꝙ vt saluetur mens testatoris omnis ri-
51 goꝛ, ⁊ forma verboꝝ postergatur.¶ † Scd̄o non ob. ꝙ ex paterna affectione videatur pater velle prouidere filio potius, q̄ȝ eū grauare, put in simili dicebat Bald.in.d. consi. xxxv. ⁊.ccccxxij.q2 rn̄detur illud ꝑcedere in dubio, ⁊ vbi de ꝯ̄ria voluntate potentiori presumptione non ꝯstat, alias autem semper voluntati inherendum est per predicta, ⁊ cū illud presumptiue dicatur, tollitur ex potētiori presumptio-
52 ne in ꝯ̄rium, † vna.n.presumptio aliam tollit.l.fi.C.de calū. .l.diuus.vbi glo.ponit.ff.de in integ.resti. ⁊ tradit Azo. in sūma.C.de pba.ij.col.Cum ergo in casu nostro ꝯstet satis aperte testatorem noluisse facere exemplarem per predicta ad alias coniecturas recurrendum non est, arg.l.ꝯtinuus. .§.cum ita.ff.de ver.obl.nec in consil.Bal.prealle. presupponitur aliqd̄, ex quo colligi possit, ꝙ voluntati testatoris repugnaret substitutio pupillaris, ⁊ maxime aliqua dispositio, que data pupillari substitutione infringeretur, prout in
53 casu nostro, vt ex predictis constat.¶ † Tertio non ob.decis.Bal.in.d.consi.xx.q2 Bal. ibi fundatur ex pluribus rationibus, que in casu nostro non concurrunt, vt diligēter intuenti patebit, ⁊ inter cetera casus Bal.a casu nostro in eo differt, in quo consistit totum fundamentum conclus.s̄.firmate. Nam in casu nostro si fuisset exemplaris, ex quo sorores substituuntur, ⁊ quidē ex precepto.l.non possent nec ꝑaliter vocari, nec ēt grauari, ⁊ ꝯñr per eam impugnaretur expressum iudicium testatoris, vt.s̄.deductum fuit, qd̄ in casu Bald.non cadit, q2 cum ille testator filio suo muto substituerit fratrem ꝑpꝛium, ⁊ sic extraneum respectu filij, quo ad terminos.d.l.humanitatis. ⁊ quem ex sola eius voluntate nulla lege precipiente vocauit, potuit eum ad libitum grauare, ēt ꝙ dicatur vocatus per exemplarem, vnde ⁊ merito(voluntate testatoris, aut aliqua eius dispositione non repugnante) Bal.ibi determinauit substitutionē fuisse directam exemplarem, vt per eum.¶ Demum non ob. ꝙ nouissimo loco dicebať, ꝙ ex quo in sequentibus substitutionibus fit expressio particularium substitutionū videbať inferendum primā substitutionem non debere restringi, cuȝ id non fecerit testatoꝛ, argu.d.§.sinaūt ad deficientis. Cui rn̄detur, ⁊ aduertendum est, q2 in hoc videmur esse in quadam broccardica consideratione, nam ex aduerso dici soler, ꝙ vna pars testamenti declarat aliam.l.i.vbi.Bar.Cu ma. ⁊ patruus meus Soc.ff.de reb.dub.l.vtrum.vbi Bal. ⁊ Ang.ff.de pet.her.facit.l.qui filiabus.in prin. ⁊.l.si ser-
54 uus plurium.in fi.de leg.i.† vnde ex hoc vr̄, ꝙ prima substitutio dubia declaretur per sequentes claras, ⁊ ꝯñr ēt prima dicatur tm̄ vulgaris, ⁊ fideicōmiss.prout in sequentibus exprimitur, ⁊ inuenio, ꝙ excell.consulens in suo consi.xv.s̄.al
55 leg.iij.col.ver.scd̄o principalr̄ ⁊c.† ex hoc determinař, ꝙ si testatoꝛ in pluribus partibus testamenti fecit mentioneȝ de filijs masculis, ⁊ postea de filijs simpliciter, dȝ declarari.s. masculis, ⁊ ad hoc plura congerit, que per eum videri pn̄t, ⁊ idem voluit do.Guid.pap.in.q.cccclxxxv. ⁊ refert, ⁊ sequitur idem do.Deci.in consi.cclxx.do.Raynaldus ⁊c.ij. col.ver.quinto ad idem. ⁊ vr̄ ista decis.de directo ꝯ̄ decisio. Io.de ana.in.d.consi.xxij. ⁊ alioꝝ.s̄.alleg.¶ Igitur dōm est, ꝙ aliqñ alique extant coniecture, ⁊ rōnes, ex quibus argui possit testōrem in casu dubio voluisse illud idem, qd̄ in alio casu expressit, ⁊ tunc illud attendatur, ⁊ dici poterit, ꝙ ex vna parte testi alia declarabitur ex coniecturata mente testantis, ⁊ ita ꝑcedat decis.do.Dec.in.d.consi.xv. ⁊ in.d. consi.cclxx.nā vt per eum videri pōt, plura alia concurrebāt in casibus suis, ex quibus ita firmauit, ⁊ sic ēt procedat casus noster, nam cū ex argumentis, ⁊ cōiecturis.s̄.deductis appareat testōrem primam substitutionē voluisse esse fideicommiss.istud sequendo(prout.s̄.conclusum est) possumus dicere, ꝙ illa pars dubia a sequentibus claris in effectu recipiat interpretationem.¶ Aliqñ vero rō alia, aut coniectura non reperitur, ex qua quid testatoꝛ senserit, constet, ⁊ tunc poterit dici, ꝙ ꝑcedat decis.Io.de ana. ⁊ alioꝝ, ⁊ qd̄ .s̄.arguendo diximus arg.d.§.sinaūt ad deficientis. ⁊ hāc considerationem virtualiter vidi alias fieri per eundeȝ consulentem do.Dec.in quodam eius consi.inci.visis, ⁊ diligenter consideratis.in fi.qd̄ fuit subscriptio cuiusdam mei consil.qd̄ superioꝛibus annis Senis feci, ⁊ per hanc considerationē, seu distinctionem omnia vr̄ in concordiam deduci, ⁊
56 (ni falloꝛ)satis de plano ꝑcedit.¶ † Preterea in casu nostro dici pōt, ꝙ clausula illa vulgariter, ⁊ per fideicōmissuȝ ad oia precedentia ex ordine scripture referatur, iuxta.l.talis scriptura.in fi.cum ibi traditis per Bar.de lega.i. sicut .s̄.dixi de illa cl̄a earum, ⁊ cuiuslibet ipsaruȝ vita durante. ¶ Facit.c.inq̄sitioni. ⁊.c.ij.regris. ⁊ qd̄ ibi tradunt Cano. extra

extra de appellat. & fm hoc legendo testm fiat punctus ibi inuicem substituit. & ita qd sequitur vulgariter, & per fideicomiss. eaꝝ, & cuiuslibet ipsaꝝ vita durante, ad ambas substitutiones precedentes referatur, & hoc vr satis probabile presertim attentis alijs. s. deductis. ¶ Ex quibus, & ex adductis per excel. consulentem remanet firma conclusio, qꝫ substitutio de qua agimus non exemplaris, sed fideicomiss. debeat iudicari. Laus Deo, & virgini gloriose.

Soci. nepos Pisis legen s.

CASVS

¶ Joanes dominicus armanus de Pontremulo, in suo vltimo testo inter cetera sub. j. scriptis verbis heredes instituit, vcz, In omnibus aut suis bonis mobilibus, & imobilibus & se mouentibus iuribus, noibus, & actionibus &c. sibi heredes vles instituit, & esse voluit nepotes suos ltimos, & nales masculos, & filios Apollonij, & Hieronymi suoꝝ fratruz natos ex legittimo matrimonio, & cum isto testo decessit testor predictus superstitibus, & supuinetibus predictis Apollonio, & Hieronymo fratribus. d. testoris vtrinqꝫ coniunctis, quos instituere noluit ex iustis causis in aio suo residentibus, & et superstitibus Antonino, & Juliano filijs predicti Hieronymi, necno qnqꝫ filijs masculis predicti Apollonij omnibus nepotibus. d. testatoris ex eius fratribus heredibus institutis, vt supra.

¶ Quibus sic stantibus queritur.

¶ Utrum predicti testoris hereditas sit inter predictos nepotes viriliter diuidenda, & in capita, vt sic fieri debeant septez partes? An vero in stirpes, vt sic fiant tm due partes, quarum alteram integram habeant duo filij Hieronymi, alteram vero quinqꝫ filij Apollonij?

SVMMARIVM.

¶ Institutio facta de nepotibus ex duobus fratribus etia viuentibus intelligitur facta in stirpes.
¶ Idem si ab intestato vocentur ad successionem patrui etiam sine zijs.
¶ Et dispositio testatoris cesetur conformis iuri comuni.
¶ Et dispositio de pluribus sub duplici denominatione dr respectu cuiuslibet denominationis conferre dimidium.

1 Institutio facta de nepotibus ex duobus fribus et viuentibus, an intelligatur facta in stirpes, an in capita, & j. nu. 10. vbi dicit in stirpes, & nu. 30. vbi late.
2 Uoluntas testantis magis attendi debet quam verborum interpretatio.
3 Unum nomen, qn plures sub eadem structura recipit, debet eos equaliter respicere.
4 Affectio testatoris vocantis aliquos in eodem gradu, an videatur eos equaliter vocare ꝑpter equale affectionem, etiam si verboꝝ proprietas, repugnet, & j. nu. 19.
5 Institutio de filio & nepotibus facta non censetur de eis facta equaliter, vt natura copule expostulat, sed dicit facta ordine successiuo, vt ordinata testoris affectio exposcit.
6 Nepotes ab intestato succedetes eoꝝ patruo, an in capita succedat, & j. nu. 29. vbi fm opi. coem in stirpes succedut.
7 Institutio si sit facta de Petro & Joane filijs meis ex prima vxore, & de Gaio ex scda vxore, an oes veniut in capita, & non in stirpes duarum vxorum, vide tn j. nu. 20.
8 Institutio illa quisquis mihi heres erit, & Titius filio meo heres erit, an importet, vt oes viriliter dicantur vocati, cum primo instituti appellatiuo nomine fuerint demonstrati, vide tamen j. nume. 22.
9 Institutio facta de Titio, & posthumo, si plures posthumi nascantur, oes in virile cum Titio admittuntur, & tn dicuntur nomine appellatiuo vocati, vide j. nu. 23.
10 Legatum factum libertis & seie alune omnibus viriliter debetur, lz sub duplici denominatione fuerit factuz, vide j. nume. 24. vbi de ratione.
11 Copule, &, est natura, vt faciat plenam repetitionem precedentium, & equaliter distribuat inter partes copulatas.
12 Institutio si sit facta de primo, & fratris mei filijs, absqꝫ verbo eque, licet fratris mei filij sint plures, tn simul habebunt, quantum solus primus.
13 Legatum factum Titio & heredibus, lz heredes sint plures, pro dimidia debetur Titio, & pro alia dimidia heredibus, ex quo sub duplici denominatione eos vocauit.
14 Substitutio pupillaris de heredibus a testatore institutis, & de te, intelligitur facta, vt tu pro dimidia succedas, & pro alia dimidia illi heredes, qꝛ sub duplici denominatione fuit facta.
15 Plures vbi sub nomine collectiuo cu alio vocatur oes illi pro vno reputantur, & sic censentur fieri due tm partes, & hoc qꝛ sub duplici denominatione fit vocatio.
16 Denominatio triplex si fiat, tres partes fieri debent.
17 Executio vnius legati ad maritandas puellas comissa heredibus, & ꝯsulibus, par ius prebet heredibus, qd consulibus, ideo heredes, et qꝫ duo sint, tantam vocez habebunt, quantam illi consules, lz plures numero fuerint.
18 Electio si pertineat ad canonicos istius ecclesie & illius, lz in vna ecclesia sint plures canonici qꝫ in alia, non tamen habebunt plures voces, sed par ius est cum canonicis alterius ecclesie etiam paucioribus.
21 Dispositio de aliquibus facta sub nomine proprio intelligitur equaliter de omnibus fieri, & sic quemlibet in virilem vocari.
22 Uocati per distributiuu quisquis veniut in viriles, qꝛ perinde est, ac si proprio nomine singuli vocati essent.
25 Relatiuum qui generalitati adiectum restringit.
26 Dispositio testatoris facta de personis, que sibi ab intestato succedere possent, intelligitur eo modo, & ordine, quo de iure comuni vel municipali vocarentur.
27 Testator si simpliciter vocat filios, in loco vbi masculi preferuntur feminis ex forma statuti dicitur prius vocasse masculos fm ordinem statuti.
28 Testator si simpliciter relinquat aliquid suis fratribus intelligitur pmo voluisse relinquere fratribus vtrinqꝫ coniunctis, & postea coniunctis vno parente tantum, prout de iure comuni vocarentur.
31 Substitutio ab institutione regulatur.

CONSILIVM CIIII



Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. Et in presenti consultatione veritas magis elucescat pleraqꝫ ante oia subijciam, que no leuem dubitationem facere videbatur, qꝛ vt inquit Bal. in. l. precibus. viij. col. C. de impu. & al. substitu.
1 ferro via aperit, qui per ꝯria transit. ¶ † Uidebatur ergo prima fronte dni, nepotes predictos vocari in capita, & per ꝯns, qꝫ hereditas debeat viriliter inter eos diuidi, nam in testorum interpretatione preomnibus perquirenda est testantis voluntas. l. iij. C. de lib. preter. l. in ꝯditionibus primum locu. ff. de condit. & dem. & l. ex facto. la grande, circa
2 medium. ff. de her. insti. † & adeo vt ipsa voluntas quoquo modo pquisita magis attendi debeat, qꝫ simplex verborum interpretatio, vt. d. l. iij. facit. l. scire opꝫ. §. aliud. ff. de excus. tu. sed in ꝑposito vr, qꝫ testator omnes predictos nepotes voluerit pariter vocare, ergo &c. ¶ Hoc autez vr probari, primo qꝛ oes sub vno, simplicique nomine vocauit. s. nepo-
3 tes suos &c. † nam cum illud nomen nepotes oes sub vna verboꝝ structura respiciat dz eos, & quelibet eorum equaliter respicere. l. iaz hoc iure. in prin. ff. de vul. & pup. & l. qꝫ-
4 uis. C. de impu. & ali. substi. ¶ † Scdo hoc pbat ex equali affectione testoris, nam cum ei pariter oes coniungantur, qꝛ oes sunt nepotes ex fratribus, & oes sunt ei in eodez gradu, vr qꝫ voluerit oes equaliter admitti, sicut sunt in equali gradu, & pp eiusmodi equalem affectionem, ita dni videtur et si verborum ꝑprietas, & na videretur repugnare arg.
5 not. in. l. gallus. §. i. ff. de lib. & posthu. † in eo qd dr, qꝫ institutio facta de filio & nepotibus ex eo non censetur de eis facta equaliter, vt natura copule videbatur expostulare, sed dr facta ordine successiuo, qꝛ ita ordinata testatoris affe-
6 ctio exposcit. ¶ Et hoc eo maxime videtur veruz, † quia si isti nepotes hmodi eoꝝ patruo ab intestato successissent, suo

iure per se, ꝛ non cum alio patruo successissent in virilez, seu in capita ſm opi. Azo. ꝛ Jac. but. quam vt veriorem, ꝛ melioribus rationibus fulcitam sequuntur Bal. ꝛ Saly. in auten. cessante. C. de legi. her. cū alias volūtas testatoris censeatur ꝯformis iuri cōi, ꝛ successionis ab intestato, vt nota. per Bar. ꝛ alios in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. cuz simi. vt tradit Corne. in ꝯsi. xxij. in hac ꝯsultatione. v. ꝛ. vj. col. ij. volu. ¶ Tertio ēt, ꝙ ita voluerit testator vr̄ probari ex eo, qꝛ cum Hieronymum, ꝛ Apollonium fratres eius tunc superuiuentes noluerit instituere, sed simpliciter nepotes vocauerit, vr̄ ꝙ voluerit nepotes admitti absq; aliqua ꝯsideratione patrum illorum, ꝛ fratrum. d. testatoris, ꝛ per ꝯn̄s, ꝙ in capita veniat ꝯsiderata cuiuslibet ipsoꝝ nepotuz persona, non aūt in stirpes, ꝯsiderata persona parentum eorum, non. n. videtur voluntati testatoris ꝯsentaneum personas illoꝝ fratrum pro stirpibus considerare, quos testator a sua hereditate alienos esse voluit. ¶ Nec vr̄ obstare, ꝙ predictos fratres in institutione nepotum, vt coꝝ parētes nominauerit, qꝛ vr̄r nominati tantum gratia demonstrationis. ¶ Ad qđ facit elegans decis. Bal. in cōsi. ccxliij. Gre-

7 gorius in suo testō. in prin. ij. volu. † vbi voluit, ꝙ si instituo Petrum, ꝛ Joānem filios meos ex prima vxore, ꝛ Gaiuz ex scđa vxore venient oēs in capita, ꝛ non in stirpes duaꝝ vxorum, qm̄ de vxoribus dicitur facta mentio solum gratia demonstrationis. ¶ Comprobātur predicta primo per

8 . l. fi. in prin. C. de impu. ꝛ ali. substi. † nam sicut ibi illa verba quisquis mihi heres erit, ꝛ Titius filio meo heres esto. important vt oēs viriliter dicantur vocati, lꝫ primi instituti appellatiuo nomine fuerint demonstrati. ita in casu nostro debēt oēs isti nepotes (ēt ꝙ appellatiuo nomine fuerint vocati) viriliter admitti. ¶ Scđo facit. l. qdam relegatus. in

9 fi. cuz. l. seq. ꝛ seq. ff. de reb. dub. † vbi institutio facta de Titio, ꝛ posthumo, si plures posthumi nascantur, oēs in virilem cum Titio admittuntur, ꝛ tn̄ ibi dr̄ vocati nomine appellatiuo. Ita ergo vr̄ in casu nostro, ꝛ quēadmodum in iuribus predictis non dr̄ testator fecisse de hereditate duos semisses, lꝫ solum sub duplici denominatione heredes vocauerit, sic ꝛ in casu nostro vr̄ ꝙ lꝫ istos nepotes vocauerit sub duplici denominatione parentū ipsoꝝ, qꝛ dixit filios Apollonij, ꝛ Hieronymi, non tn̄ dicatur fecisse duos semisses, sed eos viriliter vocasse. ¶ Demū pro his optime facit. l. lu-

10 cius. §. lucius. el. i. ff. de leg. ij. † vbi legatuz factum libertis, ꝛ seie alūne oībus viriliter debetur, ꝛ tn̄ sub duplici denominatione fuerat factum. sic igit̄ in casu nostro, vt. s. dōni videtur. ¶ Ista sunt que primo aspectu quemlibet hesitātez reddere possent. ¶ Sed tn̄ premissis non obstan. maturius ac diligentius ꝯsiderando ꝯ̄riam opi. in casu proposito probabiliorem de iure arbitror, vꝫ predictos nepotes dici vocatos in stirpes, ꝛ ꝯn̄r, ꝙ due tantum partes hereditatis fiant, quaꝝ alteram filij Hieronymi hr̄e debent, alteraz vero filij Apollonij, ꝛ ita iudicandum est testatorem voluisse. ¶ Et ista ꝯclusio clare ꝓbatur per locum a partibus sufficienter enumeratis, iuxta. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. vbi no. Bar. ꝛ est tex. insti. eo. ti. in princip. ¶ Nam in ꝓposito themate duoꝝ alterum fatendum est, vel ꝙ testōr istos nepotes vocauerit habita ꝯsideratione, ꝙ erant filij Hieronymi, ꝛ Apollonij fratrum ipsius testatoris superuiuentium, vel ꝙ vocauerint eos perinde ac si eoꝝ patres, ꝛ fratres testōris predicti essent mortui, sed qđcūq; istorum dicamus vera erit ꝯclusio predicta, vt statim deducam ergo ꝛc. ¶ Et capiendo primum casuz, ꝙ tunc ita sit, parua, aut nulla vr̄ dubitatio, nam si dicimus ꝙ sint vocati ꝯsiderata persona eorum parentum, ꝛ fratrum testōris, cuz illi duo sint, vr̄ testato. voluisse facere duos semisses, vt sic alterum filijs Hieronymi, alterum filijs Apollonij daret, ꝛ sic ꝙ tm̄ haberent nepotes ex vno fratre, quantum ex altero, quotcunq; fuerint, ꝛ perinde ac si dixisset, instituo nepotes meos filios Apollonij, item nepotes meos filios Hie-

11 ronymi, † ꝛ hoc operatur natura copule, ꝛ, que est, vt faciat plenam repetitionem precedentium, ꝛ equaliter distribuit inter psonas copulatas. l. seie. §. gaio. vbi gl. ꝛ Bart. ff. de fun. instru. ꝛ. l. reos. §. cum in tabulis. vbi Bart. ꝛ alij. ff. de duob. re. vnde cuz illos nepotes testator vocauerit sub duplici denominatione, lꝫ plures sub vna, q̄ sub alia fuerint comprehensi, dicitur eos in stirpes suorum fratruz vocasse, ꝛ sic voluisse, vt inter eos due tantum partes fiant, vt. s. attento, ꝙ eos sub nomine collectiuo, ꝛ non proprijs nominibus instituerit. ¶ Hec oīa probatur primo, per. l. inter-

12 dum. in prin. ff. de her. insti. ibi, qua detracta ꝛc. † vbi si instituo heredes, primum, ꝛ fratris mei filios absq; ver. eque, lꝫ fratris mei filij sint plures, tantum simul habebunt, q̄tum solus primus, qꝛ cum sub duplici nominatione heredes instituerit, ꝛ filios fratris non proprio nomine, sed collectiuo vocauerit dicitur solum fecisse ex sua hereditate duos semisses, quorum vnum dicitur dedisse primo alterum filijs fratris, vt ibi plene declarant doc. ¶ Scđo probantur pre

13 dicta per. l. si quis titio. ff. de vsufr. accresc. † vbi legatum factum Titio ꝛ heredibus, lꝫ heredes sint plures, pro dimidia debetur Titio, ꝛ pro alia dimidia illis hr̄dibus, ex quo sub duplici denominatione eos vocauit testator, vt ibi per doc. ¶ Tertio probantur per. l. si pater. ff. de vulg. ꝛ pupil.

14 † vbi pupillaris substitutio de heredibus a testatore institutis, ꝛ de te, intelligitur facta, vt tu pro dimidia succedas, ꝛ pro alia dimidia illi heredes, ꝛ hoc ea ratione, qꝛ sub duplici denominatione fuit facta. d. substitutio, vt ibi per doc. ꝛ plene tradunt Bar. ꝛ alij, maxime Jas. in. l. fin. C. de im-

15 pub. ꝛ ali. substi. vbi per iura predicta formant regulaz, † ꝙ qn̄ plures sub vno nomine collectiuo vocantur cuz alio, oēs illi quotcunq; fuerint reputantur pro vno, ꝛ sic censent̄ per disponentem fieri tantum due partes, vt ex predictis patet. ¶ Et lꝫ in iuribus predictis plures vocentur cum vno tantum, in casu vero nostro plures nepotes ex vno fratre sunt vocati cum pluribus ex alio fratre, tn̄ idem omnino dōm est, qꝛ cum in illis iuribus ratio sit, qꝛ sub duplici denominatione fit vocatio (vt ex predictis ꝯstat, ꝛ maxime ꝓbatur in.

16 d. l. si quis titio. in scđo rn̄so. † vbi si fiat triplex denominatio, fieri debent tres partes) ꝛ ista ratio ēt consideretur in casu nostro, sequitur ꝙ idem ius statui dꝫ per locum ab identitate rationis. l. illud. ff. ad. l. aquil. l. fi. C. ad. l. falci. ꝛ. l. a titio. ff. de ver. obl. cum simi. ¶ Et pro hoc facit qđ singu. determinat Ludo. de rom. in ꝯsi. xcix. viso qōnis ꝓposite ꝛc.

17 † vbi vult ꝙ executio testamenti, seu vnius legati ad puellas maritandas cōmissa heredibus, ꝛ ꝯsulibus artis aromatarie, par ius prebet heredibus, qđ consulibus, ꝛ ideo tantam vocē habebunt in ea executione heredes, ēt ꝙ duo tantuz sint, quantam illi consules, lꝫ plures numero fuerint, ꝛ hanc decisio. pro notabili refert, ꝛ sequitur Jas. in. d. l. fi. iiij. colū. C. de impub. ꝛ c. Licet ergo in illo casu plures vocentur cum pluribus, qꝛ tn̄ vocantur sub duplici denominatione, tantum ius dr̄ concessum pluribus sub vna denominatione q̄tum pluribus sub alia. Sic ergo dicemus in casu nostro, vt tantum ius sit concessum nepotibus ex Hiero-

18 nymo, quantū ex Apollonio. ¶ † Facit ēt, qꝛ si ad canonicos istius ecclesie, ꝛ illius pertineat aliqua electio, lꝫ in vna ecclesia sint plures canonici, q̄ in alia, non habebunt tn̄ plures voces. sed par ius in tali electione habebunt cum canonicis alterius ecclesie ēt numero paucioribus, iuxta. c. scriptum. cū ibi not. per Inn. ꝛ alios, extra de electi. ꝛ rō solum est, qꝛ tale ius eligēdi. d. canonicis competit sub duplici denominatione, ꝛ quodāmodo duo corpora hominuz vr̄r vocata, iuxta not. per Abb. in. c. pastoralis. in fi. prin. de rescr. ꝛ refert ista, ꝛ sequit̄ Jas. in loco predicto. Ex quibus optime infertur ad casum nostrum, vt. s. plures filij Apollonij non plus iuris habeant in hereditate testatoris, q̄ pauciores filij Hieronymi, cum (ſm istum primum casum) sub duplici denominatione vocati fuerint. ¶ Et ita per predicta oīa concludo. Ex quibus ad plura ex adductis in ꝯ̄riuz responsio colligi potest, vt tn̄ veritas clarius appareat, singulis singulariter, vt. j. rn̄detur, quatenus tn̄ hunc primum ca-

19 sum respicere pn̄t. ¶ † Primo ergo non ob. ꝙ testōr istos nepotes illo simplici nomine vocauerit, qm̄ ſm istuz primū casum presupponimus, ꝙ vocauerit habita consideratione Apollonij, ꝛ Hieronymi, ꝛ per ꝯn̄s sub duplici denominatione vt iam dixi, ꝛ fuit vsus illo generali nomine nepotes, qꝛ oībus competebat, tn̄ semper habito respectu ad coruz parētes. ¶ Et ex hoc tollitur scdm qđ dicebatur de equali affectione, qꝛ immo, vt ex predictis constat, affectio in nepotes dr̄ esse sub ꝯsideratione parentum eoꝝ. ¶ Illud aūt quod

quod dicebatur, q isti nepotes predicto defuncto ab intest. pariter fuissent successuri, & ppea arguebat, vt.s. retorquet in contrium, qr immo non pariter, sed in stirpes erat successuri, sed qr istud pprius tangit scdm casum i. late dicam de eo. ¶ Non ob. qd tertio loco dicebatur, ex eo q testator istos suos fratres noluit instituere &c. qm aduertendum est. Et primo dici potest, q immo nepotes pter istos fratres vocauerit, cum per eos sibi coniungantur, & lz eos instituere noluerit, non tn sequitur, q nepotes ex eis instituendo eos non gsideranerit, & tanq ex eis descedentes nepotes istos non instituerit, immo cum vocando istos nepotes fratres predictos pro eorum stirpibus demonstrauerit, videtur satis aperte dicendum voluisse suam hereditatem ita per stirpes relinquere. Nec videtur verum q hic tantum gratia demostrationis isti fratres fuerint nominati, qr erat clarior via demonstrandi istos nepotes, si volebat per capita eos vocari, vcz nomina ppria singulorum exprimendo, vnde cu non fecerit, sed nomine collectiuo vocauerit sub denominatione parentuz ipsorum in dubio credi debet, ideo sub tali denominatione ita eos vocasse, vt.d. fratres p stirpibus ipsoruz nepotum considerarentur, attento maxime, q ita ius

20 comune dictaret, prout i. dicam. ¶ † Nec ob. decis. Bald. in.d. consi. ccxliij. qr ibi illa interpretatio fit ea ratione, quia ita ius comune dictabat, naz quotcunq sint filij, & ex quotcunq vxoribus, omnes pariter, & in virilem succedunt patri ab intestato, vt in.§.i. in auc. de here. ab intest. collati. vij. Preterea in casu Bal. fuerant illi filij singulariter, & pprio nomine vocati, propter qd solum deberent dici vocati in vi

21 riles, † qr dispositio de aliquibus facta sub propriorum nominum expressionem intelligitur equaliter de omnibus fieri, & sic quemlibet in virilem vocari, vt.l. ita liber. §. fin. ff. de sta. lib. l. si communis seruus ita stipuletur. in prin. ff. de stipu. seruo. & .l. nonnunq. vbi glo. not. ff. ad trebe. tradit glo. in. §. seruus communis. insti. de stip. seruo. cum simi. de quibus per doc. in.d.l. fi. C. de impu. & ali. substi. ¶ Et procederet hoc etiam q alias ita vocati non pariter succederent, vt tradit Corn. in consil. lxxij. videtur in hac. ij. col. ij. volu. ¶ Scdo dico, q si velimus ppterea q fratres suos non instituerit, eos non fuisse per testatorem gsideratos non sumus in primo casu, de quo non loquimur, sed in scdo de quo i. dicam, vz q dicatur testator istos nepotes vocasse, perinde ac si patres eorum essent mortui, verior tn est, & magis mihi placet primus sensus, vt. s. dicantur isti nepotes vocati considerata persona parentum eorum per. s. dicta. ¶ Nec demu predictis ob. tria iura vltimo loco alleg. in grium, qr singulis,

22 vt. i. respondetur. ¶ † Naz primo ad.d.l. fi. respondetur, q ideo ibi fit diuisio in viriles, qr fuerant vocati per distributiuum quisquis, qd sui natura cuilibet in virilem distribuit, & est perinde ac si proprio nomine singuli fuerint vocati, & ita ad illum text. respondebat Mart. de fa. & hanc responsionem sequuntur Bar. & alij communiter in.d.l. fi. & Bart. & omnes in.d.l. si pater. ff. de vulga. & pupil. vt plene tradunt

23 Alex. & Ias. in.d.l. fi. ¶ † Scdo ad.l. quidam. cum seq. ff. de reb. dub. respondetur primo q illud procedit, qr cum illi posthumi essent nascituri, nec testator sciebat verosimiliter, quot nascituri erant, non poterat eis particulariter, & pprio nomine puidere, ita ad illum tex. respondet Bar. post Cy. & sequuntur Pau. de cast. & Alex. in.d.l. fi. & videtur cois solutio. ¶ Vel scdo pot rnderi sm Cuma. ibi, q io ibi vocant in viriles, qr verbu posthumus dr comprehedere oes posthumos distributiue, pinde ac si fuisset dictu, si qs mihi nasceretur &c. & sicut ddo si qs nascet &c. venirent oes in viriles, qr actus nascedi vnicuiq competit, vt.l. qui filiabus. §.i. de leg. i. & videtur omnes nominati, ita et dicedo posthumum, & istam solutionem Cuma. ad illum text. p veriori sequitur do. Philip. deci. in.d.l. fin. lz precedens solutio sit

24 communior. ¶ † Tertio non ob.l. lucius. §. lucius. el.i. de legat. ij. qr ad eum doct. varijs modis respondent, vt tradunt moder. in.d.l. fin. C. de impube. sed obmissis alijs solutionibus communis solutio est, q ideo ibi fit diuisio in capita, qr ita ex giecturata mente testatoris omnino ddm est, & istud videtur velle ibi tex. dum dicit. respon. perspicuam esse testatoris voluntate &c. coniectura autem sumitur ex eo, q testator prohibuerat rem legatam extra familia alienari, nam ex illa prohibitione videtur cuilibet de familia pariter consulere voluisse, ita ad illum tex. respondet ibi gl. quam Cy. & Bar. approbat, & alij magis communiter sequuntur, & ita etiam volunt Bar. & Pau. de cast. in.d.l. fina. & lz Ias. in. d.l. fi. iij. col. videatur super ea dubitare, tn eam ibidez optime defendit do. Philip. deci. in fi. sui comenti, vt per eum. ¶ Vel secundo potest vltra scribentes aliter responderi (& verius ni fallor) dico enim q ibi seia alumna vocatur in virilem cum alijs libertis, qr ipsa cum eis, & omnes simul sub vna denominatione fuerant vocati. dixit enim testator prediolu3 meu dari volo libertis, libertabusq meis, sub qbus verbis etiam seia illa continebatur, sed qr habebat plures libertos iam a se in vita manumissos, inter quos erat seia aluna, & aliquos in testo manumiserat, noles omnibus prediolum illud dari, illam generalitatem restringendo subdit,

25 & quos hoc testameto manumisi, & seie alune mee. † Relatiuum. n. qui generalitati adiectu restringit eam, vt.l. ea tamen adiectio. ff. de leg. iij. & ibi doct. not. & iste videtur mihi verus intellectus ad illum tex. prout alias ego dixi legendo.d.l. fi. quo stante tex. ille nihil ob. predictis, quicquid tamen sit dicendum circa illum tex. & alia dno iura, de qbus .s. satis nobis est comunem opinion. omnium vbiq esse, q vocati plures sub nomine collectiuo cum alijs sub duplici denominatione, prout est casus noster, dicutur semper quo ad alios haberi pro vno, & debent fieri due partes sz predicta. ¶ Hec sufficiant circa primum casum, quem vti veriorem, & verbis, & voluntati testatoris magis conformem ego magis amplecterer. ¶ Si quis tn secundum casum sequi voluerit, vcz q testator dicatur istos suos nepotes vocasse perinde ac si patres eorum, & fratres testatoris essent mortui, attento q eos superuiuentes noluit instituere, & adhuc ide dicendum est, vz q dicatur eos vocasse non in capita, sed in stirpes, & sic q inter eos fiant tantum due partes hereditatis

26 sm predicta. † Et moueor qr dispositio testatoris facta de personis, que sibi ab intestato succedere possent, intelligitur eo modo, & ordine, quo de iure comuni, vel municipali ab intestato vocarentur iuxta not. per Bar. in.l. heredes mei. §. cum ita. i. colu. & ibi sequuntur omnes. ff. ad treb. tradit Bal. in.l. precibus. C. de impu. & ali. substi. Bart. & alij per illum tex. in.c. si duo. ff. de acquir. here. & traditur communiter in.l. gallus. §.i. ff. de lib. & posthu. cum simi. de quibus per Alex. in consi. lv. alias. lj. prospectis his. ij. & iij. colum. iiij. volu. & per Corne. in consi. xxij. in hac consultatione. v.

27 & vj. col. ij. volu. † Et hinc est, q si testator simpliciter vocet filios in loco, vbi masculi preferuntur feminis ex forma statuti, dicitur prius vocasse masculos sm ordinem statuti, p vt singulariter gcludit patruus meus Soci. in consi. cxiij. s.

28 scripti. ij. col. ¶ † Et hinc et est, q si testator aliquid fratribus suis simpliciter relinquat, intelligitur voluisse, q primo detur fratribus vtrinq coniunctis, & postea coniunctis ex vno parente tantum, prout de iure comuni vocarentur, vt in auc. cessante. C. de legi. here. ita signater determinat Pa. de cast. in.l. fi. prope fi. C. de ver. sign. refert, & sequitur Cor. in.d. consi. xxij. vj. col. Quo sic stante dico, q isti nepotes testatoris, & filij Apollonij, & Hieronymi fratrum eius vocarentur ab intestato ad hereditatem predicti testatoris eorum patrui, iam mortuis Apollonio, & Hieronymo eorum patribus vocarentur in stirpes & non in capita, vt modo deducam, & sic tantum due partes ex hereditate fieri deberent sm predicta, ergo sequitur, q ita debeat interpretari dispositio testatoris, vt sic tantum inter dictos nepotes voluerit fieri duas partes, ad hoc vt eius voluntas dicatur iuri co-

29 muni conformis per predicta. ¶ † Et q ab intestato vocarentur in stirpes communis est opi. quasi omnium scribentiuz vbiq (quicquid tenuerint Azo. Iac. but. Bal. & Salycet. in.d. auct. cessante) nam in primis ita voluit ibi glo. in dicta auctent. cessante, & eam ibi sequuntur Iac. de aret. Guliel. de cun. Cy. Bar. Ange. Pau. de cast. Fulgo. Benedi. de plumbi. & do. Corn. qui dicit, q ista opin. est vera & communiter practicatur, idem voluit Bar. quem ibi sequitur Alex. in apostill. in.l. post consanguineos. ff. de suis & legitti. idem tenet Ioan. fab. Bal. & Christo. porc. in. §. hoc etiam. insti. de legi. agna. success. lz ibi glo. illa videatur sentire contrarium, quam illi reprobant. idem volunt Guido de suza. &

Uber. de bob. vt refert, τ sequitur Joan. and. in addi. Specu. in titu. de success. ab intesta. §. i. super ver. an filij τc. idez Jac. de belui. τ Ange. in. §. reliquum. post glo. ibi in versic. fuerint. in auct. de here. ab intest. colum. vij. do. Nicolaus de Perusio, in tracta. de success. ab intesta. in tertia parte princip. post princ. τ Mathesil. in eodem tracta. in tertio articulo princip. colum. v. versi. secūdo dubitatur. τ ibi Ludo. bologni. in additio. cum concordantib. de quibus plene per Alex. in dicto consi. lv. iij. τ. iiij. colum. τ in consil. xxix. prospectis, consideratisq; in princ. v. volu. τ per Corne. in.
29 d. auct. cessante. ¶ † Et pro ista cōmuni opin. extant iura, τ rationes q̄plures, quas cum in locis predictis reperiantur aliter non referam, ne folium videar velle implere, sed satis sit demonstrasse, φ ita cōmuniter fere ab omnibus tenetur, cum a cōmuni opinione nephas sit in iudicando recedere
30 per iura vulgaria. ¶ † Si igit ab intestato isti nepotes non existentibus eorum parentibus succederent. d. testatori in stirpes, sequitur, φ ita in proposito interpretari debemus ipsum testatorem eos in stirpes vocasse per predicta, τ ita reperio, φ in terminis concludit Alex. in dicto consi. lv. iij. colum. versi. confirmantur predicta. hoc ēt expresse, τ in terminis concludit insiguis doc. do. Nic. boerius in quodam suo consi. incip. an filij duorum fratrum τc. prope fi. in versicu. τ idem est, si filij fratrum τc. τ istud consilium reperitur hodie impressum post lectu. Dy. super titu. de regu. iur. lib. sexto, in noua impressione facta Papie, vbi predictus doctor postq̄ concluserat, φ ab intestato vocātur in stirpes ƀz predicta, subdit, φ idem est, etiam si filij fratrum fuerint ex testamento patrui vocati, nam τ tunc in stirpes dicentur vocati. ¶ Et vltra argu. de quo. s. allegat in argu. §. τ si ex di
31 sparibus. insti. de vulg. substi. † nam sicut ibi substitutio regulatur ab institutione, τ sic a dispositione que de eisdem personis iam facta reperitur, sic in proposito institutio de istis filijs fratrum regulari debet a dispositione, que circa eos reperitur, τ sic a dispositione iuris cōmunis dictante, vt vocentur in stirpes, τ non in capita ƀm predicta allegat etiam predictus doctor Alexan. in dicto consi. lv. licet alleget per errorem in. ij. volumi. ¶ Et ex his omnibus recte intuenti constabit esse responsum allegatis in contrarium, quatenus hunc secundum casum respicerent, igitur aliter non insistendo ex predictis concludo, φ hereditas predicti Joānis dominici testatoris in duos semisses diuidi debet, vt vnus totus detur filijs Hieronymi, alius filijs Apollonij. Laus Christo Redemptori nostro.

Mar. Soc. iunior. J. U. D. Pisis.

SVMMARIVM.

¶ Filius quando dicatur preteritus.
¶ Clausula codicillaris conseruat testamentum nulluz ex causa preteritionis in vim fideicōmissi.
¶ Filius fideicōmisso vniuersali grauatus detrahit legittimam, τ trebellianicam.
¶ Una pars testamenti declarat aliam, sequentia moderantur precedentia.
¶ Res inter alios acta alijs non obest.
¶ Maritus contrahendo vxori non preiudicat, τ qn̄ dicatur legittimus administrator vxoris.

1 Successionis prima causa est filiorum ab intestato.
2 Uoluntas testatoris pro lege seruari debet.
3 Testamentum in quo filius non est institutus nec exheredatus, licet ei fuerit aliquid relictum non iure institutionis, non valet.
4 Clausula codicillaris operatur φ testamentuz quod est nullum ex preteritionis causa conseruetur in vim fideicommissi, τ φ filius ab intestato veniens post eius mortez restituat per fideicōmissum illis, quos testator in testamento vocauerat.
5 Filius grauatus vniuersali fideicōmisso in restitutione legittimam τ trebellianicam detrahere potest.
6 Substitutio facta filio de proximioribus coniunctis intelligitur post eius mortem, τ si sine liberis decesserit, que omnes conditiones adimpleri debent.
7 Una pars testamenti aliam declarat, τ sicut precedentia declarant sequentia, ita econtra etiam si simus in declaratione limitatoria vel moderatoria.
8 Maritus quomodo τ quando dicatur administrator bonorum vxoris sine aliquo mandato.
9 Filius heres patris potest bona paterna a quocunq; vendicare.
10 Res inter alios acta tertio non obest.
11 L. maritus. C. de procur. quomodo procedat.
12 Maritus contrahēdo, nec conueniendo, non potest de rebus vxoris, sine eius consensu disponere.

CONSILIVM CV

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, τ iustitie. Consideratis his, que in facto presupponitur, τ presertim testamento Nerij alterius Nerij de sancto Cassiano, simul τ quadam conuentione inita inter dn̄am Catherinam sororem. d. Nerij ex vna, τ quēdam Jsaiam de radicofano, τ Leonarduz eius filiuz ex alia, de duobus principaliter queritur. ¶ Primo vtrum post mortem do. Dominice matris. d. Nerij testatoris, bona testatoris predicti plene spectauerint, τ ad presens spectent ad do. Ceciliam eius filiam. ¶ Secundo vtrum ea bona petere possit a do. Catherina predicta non
1 obstante dicta cōuentione. ¶ † Circa primum, si essemus in causa intestati clarum esset bona. d. Nerij hereditario iure spectare ad do. Ceciliam eius filiam, cum prima causa successionis sit filiorum, vt in auc. in successione. C. de su. τ legit. τ in corpore vnde sumitur, difficultas autem in casu nostro pendet ex testamento. d. Nerij, in quo non videtur relinquere predicte Cecilie, nisi floren. lxxx. pro dote, τ reliqua bona, videntur relicta proximioribus parentibus, vt videntur importare illa verba, τ da. lxxx. fiorini in su lassa, che recadino alli piu proximali parenti. vnde cum proximior parens. i. proximior coniuncta sit do. Catherina soror germana. d. Nerij videtur dicendum bona ipsius testatoris ad eam, vltra. d. floren. lxxx. pertinere, τ quidem pleno iure, cum iam mortua sit do. Dominica relicta vsufructuaria in. d. testamento. cum. n. ita voluerit testator: (vt verba testamenti sonant, a quibus in dubio non est recedenduz
2 vt. l. non aliter. in principio, de legat. iij.) seruari debet, † τ pro lege haberi sua voluntas, vt. l. prima C. de sacrosanct. eccles. τ in. §. disponat. in auctent. de nupt. collatio. iiij. ¶ Sed tamen his non obstantibus aliter de iure respon
3 dendum arbitror. Et in primis aduertendum est, † quoniaz testamentum. d. Nerij, vt testamentum de iure non subsistit ex eo, φ Cecilia filia eius nō fuit neq; instituta heres, neq; etiam exheredata, vt. l. inter cetera. ff. de liberis τ posthumis. τ institu. de exhered. libero. in princip. ¶ Et licet fuerint relicti floreni. lxxx. nihilominus dicitur preterita, cum tunc filij dicantur preteriti, quando non sunt instituti heredes, neq; vt oportet exheredati, vt declarat tex. in. §. eadez hec. institu. de hered. que ab intesta. defer. Ex tali etenim relicto florenorum. lxxx. non inducitur institutio, neq; etiaz (vt oportet) exheredatio, τ hodie hoc est clarum, cum sit dispositũ omnino filijs relinquendum esse aliquid iure institutionis, vt in. §. aliud quoq; capitulum. τ in. §. ceterum. in aucten. vt cum de appellatio. cognos. collatione nona, ex quo ergo Cecilie filie testatoris nihil est relictum iure institutionis, sequitur testamentum istud non valere, τ consequenter. d. Cecilia ab intestato fuisse vniuersalem heredem patris eius. ¶ Sed tunc remanet difficultas, q̄ esto, φ testamentum non valeat, τ consequenter, φ Cecilia ab inte
4 stato sit patri suo heres vniuersalis, † ex quo tamen in fine testamenti reperitur apposita clausula codicillaris, vt patet in illis verbis, τ quando per via di testamēto non valesse vuole che vaglia per via di codicillo τc. sequitur, φ. d. Cecilia censetur grauata bona, τ hereditatem patris sui illis restituere, quos ad eaz ipse pater in testamento vocauerat, iuxta plene tradita per Bar. τ alios in. l. i. ff. de iur. codic. τ tradunt omnes in terminis nostris in aucten. ex causa. C. de liber. prete. vt ibi plene per Jas. col. xv. versi. tertia questio.

¶ Unde

5 ¶ Unde pro resolutione presentis consultationis.† Pri
mo aduertendum est, q in casu, quo d. Cecilia veniat, vel
dici possit per fideicōmissum grauata, poterit, qñ quando fiet
restitutio, detrahere etiam legittimam, quia filia est, ⁊ etiā
trebellianicā cum videatur vt heres grauata iuxta. c. ray-
naldus. ⁊ ibi tradita per omnes extra de testamen. tradūt
post glo. Bar. Pau. de cast. ⁊ alij in. l. papinianus. §. me-
minisse. ff. de inofficio. testa. ⁊. l. q̃q̃. C. ad legem falc. So
ci. in ɔsil. xxxiij. vij. col. ⁊ in ɔsil. lxxxij. xij. col. iiij. volu. Cor
ne. in ɔsil. cxlvj. viij. col. ij. vol. ⁊. cccxvij. in fi. ij. col. iiij. volu.
⁊ in specie in terminis nostris hoc tradit Jas. in. d. auct. ex
causa in loco pallegato. ¶ Scdo videndū est, qñ sit locus
fideicōmissario de quo agimus. Et certe ɔclusiue loquēdo
videt ɔcludendū tunc demum huic fideicōmissario locum
fore, cum Cecilia decedet, ⁊ dña Dñica, ⁊ hoc ex verbis
testamenti, sed cum dña Dñica iam decesserit, vt mihi pre
supponitur, superest, vt solum debeat expectari mors dicte
Cecilie filie, ⁊ heredis ipsius testatoris, ⁊ ita clare ɔstat ex
illis verbis testi, duz dr. Item lassa che morendo detta Ce
cilia sua filia, ⁊ madōna Dñica sua madre gli piu pximali
6 parenti vniuersali heredi di tutti gli suoi beni ⁊c. † Ex his
enim verbis pximiores ɔiuncti vocant ad bona, ⁊ hrdita
tem testatoris, non simplr, sed post mortem Dñice, ⁊ Ceci
lie predictarum, ⁊ per ɔñs dicuntur vocari sub ɔditione iu-
xta. l. hrs meus. ff. de ɔdi. ⁊ demon. ⁊. l. si cum hrs. ff. quan
do dies leg. ced. iuncta. l. qbus diebus. §. qdam titio. ff. de
ɔdi. ⁊ demon. ⁊ in qualibet earum tradunt doc. ⁊ cum duarum
psonarum mors fuerit ɔsiderata dicunt vocati isti pximio
res sub duplici ɔditione ɔiunctim, ⁊ copulatiue, ⁊ ɔñter
debet expectari vtriusq ɔditionis implementū, idest mors
tam Dñice, q̃ Cecilie iuxta regulā. l. si heredi plures. ff. de
ɔditio. institu. Unde cum adhuc viuat Cecilia, nōdum est
locus fideicōmisso predicto, sed expectari debet mors eius
per predicta. ¶ Immo oportebit illaz decedere sine filijs,
vt. s. per eius mortem fiat locus fideicōmissario iuxta sin-
gularem decisionem Papin. in. l. cum auus. ff. de ɔditio. ⁊
demon. de qua in. l. cum acutissimi. C. de fideicōmis. ⁊ in. l.
generaliter. §. cum autem. C. de institu. ⁊ substitu. sub cōdi.
fac. ¶ Nec obst. si ɔtra predicta ponderent illa verba te-
stamenti paulo ante posita, vcz ⁊ da. lxxx. fiorini in su ⁊c.
In qbus verbis videt demonstrari, ꝙ testator voluerit vo
care pximiores ɔiunctos nō expectata morte Cecilie, sed
ab ipso initio, vel saltem a tpe quo maritabit, ⁊ dotabitur
dicta Cecilia, qd cum euenerit, q iam nupta, ⁊ dotata est,
videt ꝙ fideicōmissario iaz fuerit locus, ⁊ vltra non sit ex-
7 pectandum. † Qñ rñdetur, ⁊ presuppono vnam regulam
tritam in iure, videlz ꝙ vna pars testamenti declarat aliā,
vt. l. qui filiabus. in prin. ⁊ ibi dicunt doc. ff. de lega. i. ⁊ de-
clarat patruus, ⁊ dñs meus Soci. in ɔsil. lxxvij. in. ij. colū.
iij. volu. ⁊ alias dr, ꝙ sicut precedentia declarāt sequentia,
ita econtra sequentia qñq declarant precedentia. vt. l. si
seruus plurium. §. fi. de lega. i. ⁊ maxime hoc pcedit, si su-
mus in declaratione limitatoria, seu moderatoria, vt decla
rat eleganter Corne. in ɔsi. iiij. Diu post ɔsilium ⁊c. iij. col.
ij. volu. ¶ Modo dico, ꝙ testator in illis verbis da. lxxx.
fiorini in su lassa che recadino alli piu proximali parēti ⁊c.
voluit intelligere post mortē dicte Cecilie, sicut clare post-
ea dixit, quando pximiores parentes fecit hrdes vniuersa
les. voluit enim testator Ceciliam esse dñam omniuz, dum
viueret (reseruato tamen vsufructu dñe Dñice matri) ⁊ vo
luit etiam, ꝙ nō omnia bona pro eius dote darent, quādo
nuberet, sed tantū. lxxx. floreni, ⁊ alia bona post dictos flo
renos. lxxx. noluit, ꝙ in aliquem transferri possent etiaz ex
causa dotis, sed ea subiecit fideicōmissario, ⁊ ꝙ recaderēt,
⁊ restitui deberent pximioribus parentibus, non tñ in pri-
ma parte testamenti declarauit quādo, sed bene, ⁊ apertissi
me hoc dixit in alia parte testamenti, dum dicti pximiores
nostro preceptum istud, quod illa non cogatur facere inventarium, nec cautiones prestare de iure non tenet, sed dicit impossibile de iure, ut patet ex dictis. §. in. ij. et iij. q. ergo sequitur, quod pena apposita non tenet, nec potest cōmitti, et ita in terminis nostris concludit patruus meus Soci. in d. consil. cxxxj. col. v. versi. preterea ex quo etc. ¶ Insuper etiam advertendum est, ut omnis tollatur difficultas, quoniam dico, quod casus noster est separatus ab his, que in contrarium allegata sunt, non enim testator prohibuit molestiam, vel controversiam inferri, (quo casu potuisset aliqualiter dubitari, licet ego crederem esse idem, quod supra dictum est) sed solum testator imposuit penam privationis, si quis voluerit contrafacere gubernationi, dispensationi, et administrationi ipsius dñe Margarite, ut sonant verba testamenti, modo dico, quod isti heredes petentes inventarium fieri, et cautiones predictas prestari, nō dicuntur contrafacere predictis, ergo dubitandum non est eis de aliqua privatione. Illud autem constat, quoniam ipsa dña Margarita per confectionem inventarij, et prestationem cautionum predictarum non impeditur in sua administratione, eam enim simul, et gubernationem illam habebit, et exercere poterit, quam testator ei concessit, et similiter etiam poterit disponere, quemadmodū ei in testō conceditur. ¶ Et ultra etiam ego animadverto, quod omnis concessio illi facta per testatorem respicit tantum usumfructum, et cōmoda, seu introitus, qui vel que ex bonis percipientur, ut recte verba testamenti consideranti apparebit, sit tamen hoc dictum ex abundanti, quia etiam quod aliquo respectu respiceret bona ipsa, omnimodo preposita cōclusio procederet per predicta. ¶ Ex quibus constat non

32 obstare allegata in contrarium. † Et in specie dum dicebatur, quod prohibitus inferre molestiam, vel controversiam, prohibetur etiam eam inferre, que de iure alias fieri posset (posito quod illud sit verum). Rñdetur primo, quod non sumus in tali casu, ut est dictum, sed solum testator prohibuit fieri contra administrationem etc. et certe ut est dictum in nullo cōsistit petendo fieri inventarium, et cautiones predictas prestari. ¶ Scdo rñdetur, quod illud procederet, quando testator in tali prohibitione non contraveniret legi, cui per hominē derogari non potest, sed quando alias precepisset aliquid sibi permissum, et in eius defectum privaret cōmodo hereditario, vel legati, puta si Titius pretēdat sibi a me aliquid deberi, et ego legem ei centum, iubens ne heredi meo molestiam, aut controversiam aliquam faciat, et si fecerit, in penam privē. d. legato, nam eo casu forte non poterit Titius petere quicquam impune, etiam quod alias de iure petere potuisset. nihil enim illo casu precipitur a testatore, quod sit cōtra iura, sed in casu nostro aliud est, quia preceptum illud, quod inventarium non fiat, nec cautiones prestentur est contra iuris dispositionem, et reprobatum, merito adiectio pene non

33 tenet per predicta. † Ex quibus in hac ultima questione cōcluditur heredes predictos iuste petere inventarium fieri, et cautiones predictas prestari, et ex eo nullam pati penam privationis, et sic quod ipsi omnino habere debent, quecunque eis in testamento relicta sunt, et hanc opinionem in terminis nostris tenet Paul. de cast. in preallegato consil. cxcj. et Alex. in dicto consil. lviij. qui etiam idem tenet in. l. quod de bonis. §. i. ff. ad. l. falci. ubi plura dicit ad propositum nostrum, et etiam sequitur do. Pau. picus in. d. §. titia. in. liiij. questione. Laus Deo.

Maria. Soci. iunior iurisconsul. Padue legens.

CASUS

¶ Ingrediens religionem nobilis Petrus de Bivilaquis de Verona in testamento suo condito in anno. 1447. eius heredes universales instituit dñm Georgium, Danielem, Aloysium, et dñm Joānem fratrem ipsius testatoris, et eis per hec verba substituit. Et si quis, vel si qui supra scriptorum fratrum ut supra heredum institutorum, quandocunque decederet, vel decederent sine filijs masculis tūc, et eo casu ei, vel eis substituit superviventes, sive superviventem, et premortuorum filios masculos in stirpes, et non in capita. ¶ Declarando insup. d. testator, quod mens, et voluntas eius est, ut bona eius semper, et in futurum sint et remaneant inter masculos familie de Bivilaquis supra scriptorum heredum institutorum vulgariter, et per fideicōmissum, ut latius in testamento predicto legitur, cuius copia transmittitur.

¶ Ex post dñs Joānes unus ex institutis decessit sine liberis, deinde dñs Georgius, Daniel, et Aloysius de anno 1462. venerunt ad divisionem bonorum omniū, et consequenter etiam bonorum eis relictorum per testatorem predictum, et in divisione renunciaverunt omnibus iuribus sibi competentibus invicē circa bona divisa, in sorte dupli penis, damnis, et interesse debitis, et in futurum debendis, dantes invicem licentiam faciendi in parte cuilibet pertinente quōcūque voluerit, et invicem etiam permiserunt de evictione in plenissima forma promittentes invicem, et vicissim nunquam litē questionem seu controversiam in, et pro rebus divisis inferre, nec movere etc. prout latius in instrumēto divisionis cōtinetur, cuius copia transmittitur.

¶ Decesserunt postea predicti tres fratres ex quolibet remanentibus liberis masculis, nam ex dño Georgio remāsit Hieronymus, qui postea dcessit relicto Bivilaqua eius filio, et nepote. d. dñi Georgij, ex Daniele remāsit Reuer. d. Leonardus filius, et ex Aloysio remāsit Mattheus filius.

¶ Postea de anno. 1526. dñs Leonardus predictus vēdidit predicto Bivilaque nepoti dñi Georgij quādā pdia, inter q̄ aliqua considerabanī fuisse ex bonis predicti testatoris.

¶ Demum decessit. d. dñs Leonardus sine liberis.

¶ Quibus sic stantibus dubitatur modo de infrascriptis.

¶ Primo posito, quod sit inductum fideicōmissum ita ut ei sit datus locus per mortem. d. dñi Leonardi queritur, an ad illud vocetur solus Mattheus eius patruelis, an etiā Bivilaqua filius alterius patruelis predefuncti.

¶ Scdo queritur, nunquid Mattheus predictus petens aliquid occasione dicti fideicōmissi possit repelli vigore alicuius renunciationis, que in divisione predicta dicatur facta, seu vigore promissionis de evictione in eadē divisione facte.

SUMMARIUM

¶ Fideicōmissum, an competat tantum proximiori, an vero etiam distantiori per stirpem.

¶ Item an et quando per divisionem censeatur remissum fideicōmissum conditionale, quod invicem debebatur.

1 Relictū si sit familie aliquid, si nō extāt aliq ex noiatis specialr, dēnt vocari, qui sunt proximiori gradu cōiuncti.

2 Plures sub nomine collectivo vocati, ordine successivo dicuntur vocati, hoc est, quod proximiores in gradu semper preferantur. vide tamen. j. nu. 15. ubi limitatur.

3 Idem est dicere quod bona remaneāt inter masculos familie, et quod remaneant masculis de familia.

4 Patruelis est in q̄rto gradu, filius vo patruelis ē in quinto.

5 Persone p testōrē vocate ad fideicōmissū cēsenī eo mō, et ordine vocate, quo de iure cōi succederent, vid. j. nu. 27.

6 Proximitas succedētis an dēat attēdi respectu psone nup defuncte, an respectu primi testantis. et j. nume. 25. ubi dicitur quod respectu eius, qui nuper decedit.

7 Proximior in gradu, quando agitur de successione transversalium, an debeat admitti.

8 Filius in fideicōmissis an in locum patris intret.

9 Declaratio ad glo. in ver. primo in. l. cum ita legatur. §. in fideicōmisso. ff. de lega. ij. et j. nume. 17.

10 Repñtatio pris in successione trāsversaliū nō admittiī, nisi i uno casu, vz qñ agiī d successiōe patrui, et filiuz psonarum illius, q vult psonā pris repñtare, et sic qñ pr repñtādus, si viveret eēt fr eius de cuius successione agiī, et nō alr.

11 Substitutio si sit facta per hec verba, substituit supervivētes eius filios, vel ipsorum filios veniunt solum filij supervivētes, exclusis predictorum filiorum filijs, tanquam remotioribus. vide. j. nume. 29.

12 Proximiores in gradu an vocentur ad fideicommissum. vide infra nume. 31.

13 Dispositio testatoris faciens mentionem de filijs in eorum favorem eis relinquendo sm cōmunem opinionem veniunt etiam nepotes, maxime quando testatoris dispositio fuit in tempus futurum collata.

14 Verbum

14 Verbum quando non potest habere nisi vnuz sensum, perinde est, ac si esset ille sensus expressus.
16 Testm̄ si hz clām derogatoriā sequentis volūtatis, vt scda voluntas postea valeat, reqrit φ testor dicat se spālr penitere, tñ si ex ɔiecturis ɔstar, φ testor voluerit a priā volūtate recedere absqz aliqua spāli expressione, satis est.
17 Regula. §. in fideicōmisso. l. si ita. ff. de lega. ij. nō pcedit ex verosimili mente testātis, ēt ex ɔiecturis pcepta, τ pbata, τ non solum proximiores, sed etiam remotiores vocantur, ẜm φ testator voluisse creditur. τ .J. nume. 24.
18 Ex identitate rationis idem ius debet statui.
19 Verbum familia ẜm verbi proprietatem comprehendit omnes masculos ipsius familie quocunqz gradu sint.
20 Persone vulgares, τ iuris inexpertes capiunt familiam pro tota parentela, seu agnatione.
21 Negans bis non dicitur affirmare ẜm idiotas, licet aliud sit ex iuris interpretatione.
22 Verba ab idiotis prolata grosso modo intelligi debent, τ ẜm vulgarem, τ communem vsum loquendi.
23 Dictio, inter, est distributiua, τ omnes, quibus imponitur, dicuntur in dispositione considerati.
24 Nepotes ēt si sint in remotiori gradu, τ dispari, τ sint tales inter quas agentes de hereditate defuncti ab intestato non hrēt locum repñtatio, ex verosimili mente testōris veniunt ad fideicōmissum, etiaz si sit inter transuersales.
26 Dispares in gradu ex coniectura testantis vocantur ad fideicommissum, etiam inter transuersales.
28 Verosimilitudo, τ coniectura potentior aliam tollit.
30 Volūtas testōris psumpta, sicut inducit, vt nō hēat locum repñtatio circa gradus pximitatem, vbi alias admitteret, ita etiam ex verosimili mente testantis inducitur, vt representatio pcedat, licet de iure admittenda nō esset.
32 Diuisio oium bonoꝝ, si est facta inter frēs cū pmissione de nō veniendo ɔ̄ diuisionē, an p hoc dicat renūciatū fideicōmisso de futuro, τ qd̄ diuisionis tpe ɔdōnale erat. τ .J. nu. 50. vbi dicit φ sic, qñ fideicōmissuz erat reciprocū τ nō steterūt in terminis diuisionis, nec clausule de nō veniendo ɔtra sed ēt iuribus de futuro renunciauerunt.
33 Promissio de nō veniēdo ɔ̄ diuisionem dr̄ posita ad illius diuisionis ɔfirmationez, de qua pncipalr agebat, vnde nō dz ipsam ampliare vltra id, qd̄ ipsa diuisio importat.
34 Fideicōmissū, ad hoc vt p diuisiōis actū dicat remissū, reqrit φ ille q remittit, illius testi, τ fideicō. hūerit notitiaz.
35 Jus remittere qs non potest, qd̄ sibi cōpetere ignorabat.
36 Diuisio dr̄ trāsactio qdā τ illius viz hz. vid tñ .J. sub nu. 65.
37 Transactio non porrigitur ad incogitata, τ ignota.
38 Trāsactio inter diuidētes facta nil circa fideicōmissuz operat, nisi in ea sit dictū inspectis, τ cognitis verbis testamenti, cum a testamento fideicōmissum pendeat.
39 Fratres si inter se diuidunt feudum paternum, τ simpliciter faciant refutationem, ea non obstante, si aliter sine liberis decedat, feudi portio, que ei in partez obuenerat, redit ad fratrem superstitem. vide .J. nu. 77.
40 Diuisio si sit facta iter fratres de re emphiteotica a quodā monasterio recepta, τ vnus alteri cessit omne ius, qd̄ in alterius parte habere posset, si linea masculina vnius illorum defecit, alter superstes debet admitti ad decedentis partem, diuisione illa non obstante. vide .J. nu. 78.
41 Fideicōmissuz per diuisionē non dr̄ remissuz. vide .J. nu. 79.
42 Scientia, τ notitia fideicōmissi, quam hrē debent inter se diuidentes, sufficit φ ex coniecturis habeatur.
43 Filius faciens aliquid ex his, que pater in suo testamento disposuit, dicitur habere eius testamenti notitiam.
44 Hrs ex testō solués legatū testi ignorātiā allegare nō pōt.
45 Possidens bona vigore alicuius testamenti dicitur de eo, τ de fideicommisso in eo contento, notitiam habere.
46 Heredes extranei, qui non sunt sui, ex testamento vocati, postq̄ hereditatem adiuerūt, dicuntur habere notitiaz testamenti, τ in eo contentorum.
47 Heres hereditatem adire non potest, nisi de contentis in instrumento certus sit.
48 Jngressus religionem, nisi expresse testetur, monasterium habet heredem.
49 Heredes sui qñ presumantur hrē notitiaz testamenti pn̄i.
51 Verbum, possunt, cum sit extensiuum, trahitur ad futura.
52 Dictio, nunq̄, exponitur, idest nullo tempore.
53 Heres venire non potest contra factum defuncti.
54 Verba ista in diuisione posita ad hñduz, τ de dictis bonis qcqd voluerit faciendū, iducūt fideicōmissi remissionē.
55 Verbū qōlibet dz intelligi positum, vt aliquid operetur.
56 Diuisionis instrm̄, si dicat φ vnus alteri bona in ptez obuenta concessit pro se τ pro quibus bona predicta concedere voluerit, dicitur fideicōmissum esse remissum.
57 Equipollentium par ratio est habenda.
58 Fideicōmissi reciproci remissio tollit votuz captande mortis, τ sic continet vtilitatem publicam.
59 Verba gn̄alia in instrō diuisionū posita, vt nullo modo cōtra eam deueniat, τ importātia renūciationem oium iurium, τ eorūdem ɔcessionē inicem factā, dēnt late interpretari, vt fideicōmissi reciproci renunciationem importent, cum in eo de cōmodo reipublice agatur.
60 Verba illa in instrō diuisionis posita, ad hñduz, τ faciēduz qōcūqz voluerit, τ ēt illa, φ qlibet in pte sua possit oia τ singula facere, τ exercere, τ φ se iuicē, τ vicissim fecerūt pcuratores irreuocabiles i rē suā τc. ex quo sub hac gn̄alitate vboꝝ dat alienādi lnia, opant, φ si post diuisionez vnus ptem suaz alienet, licet postea veniat casus fideicōmissi non potest emptor talium bonoꝝ molestari.
61 Quē de euictione tz actio, eūdez agētem repellit exceptio.
62 Hrs diuidentis, τ de euictione pmittentis nō audit, si petat bona feudalia diuisa quasi non iure diuisa.
63 Promissiones ad inuicē facte inter diuidētes de euictione, τ de nō mouere litez aliquā super dictis bonis, lz regulr debeant intelligi ẜm naturam diuisionis, τ non qñ euictio causaretur ex facto, τ ordinatione eius, a quo euincitur, tamen ob amplissimam formam taliuz promissionum, possunt ad casum fideicōmissi etiam trahi.
64 Jntellectus datus per docto. ad. §. si duo fratres. l. qui rome. ff. de verbo. obligatio. videlicet φ ibi male iudicatam fuerit, an procedat.
65 Dictio, nisi, denotat quandam impropriietatem, τ est dictio diminutiua.
66 L. de his. ff. de transactio. tanq̄ ius nouuz inducens, non procedit in diuisione, que non est proprie transactio.
67 Jn transactione fuit inductum in odium occultantium, vt non valeret, nisi inspectis τ cognitis testamenti verbis, ne quis, eis non inspectis, decipiatur.
68 Renunciatio fideicōmissi reciproci sit sit facta cū vnus tantum remittat, quantū alter, nullus potest dici deceptus, sed potest dici cuilibet heredi fauorabilis.
69 Mens loquentis ex prefatione declaratur.
70 Lex noua τ exorbitans trahitur de propria ad latam significationem, quando est eadem ratio.
71 Transactio ppria τ vera, lz non valeat sup dependentibus ex testamento, nisi inspectis verbis testamēti, ēt φ de eo fuerit cogitatum, tamen secus est in pactis gratuitis.
72 Pacta τ conuentiones, si generales sunt, generaliter intelligi, τ suum effectum generaliter producere debent.
73 Fideicōmisso conditionali per verba generalia in diuisione posita, licet non fuerit dictum cognitis, τ inspectis verbis testamenti, renunciatum dicitur.
74 Lex de his. ff. de transac. nō procedit, qñ habet certa scientia testamēti, τ ɔtentoꝝ in eo, τ sic fideicōmissi, τ verba ɔ̄hētiū nō pñt ad aliud referri, q̄ ad fideicōmissa, qz tūc pinde est, ac si de tali fideicōmisso spālr eēt facta mētio.
75 Renunciatio simplex licet non valeat, tamen iuramēto firmatur, τ seruari debet.
76 Jn renunciatione gn̄ali oium iurium facta per diuidentes includitur in tali gn̄alitate etiam. l. de his. ff. de transac.
80 Vendens vel donans presumitur ignorare diuisionez iam longo tempore per alios factam, τ sic presumitur factū alienum ignorare.
81 Obliuio ēt psumit in ɔ̄ctu pprio iam longo tpe celebrato.
82 Jgnorantia presumitur, quando agitur de iure quod in se dubiuz est, eo φ pendeat a subtili interpretatione, τ opinionum varietates.
83 Error iuris, lz nō excuset, si tamen circa dubium dubitabile sit, excusat, qz pro errore facti habetur.

84 Assertio, quod aliqua pars bonorum subiaceat fideicommissis, veritati non preiudicat.
85 Judex debet laborare, ut veritatem querat, qua inventa, eam consequi debet.

CONSILIUM CXVI

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, et iustitie. Viso puncto predicto una cum testamento, et divisione, de quibus in puncto fit mentio, omnibusque diligenter consideratis in quolibet capite videtur admodum difficilis resolutio presentis consultationis. ¶ Et capiendo primam difficultatem, videtur in ea prima fronte dicendum solum Mattheum vocari ad fideicommissum excluso Biuilaqua. ¶ Et hoc primo
1 videtur probari, † quia regula est, quod quando aliquid relinquitur familie (si non extant aliqui ex nominatis specialiter) debent vocari, qui sunt primiori gradu coniuncti, ut est tex. et ibi docto. tradunt in. l. cum ita legatur. §. in fideicommisso. ff. de leg. ij. ibi, et qui ex his primo gradu procreati sunt, et per illum tex.
2 dicunt ibi doct. † quod quando plures vocantur nomine collectivo dicuntur vocati ordine successivo, hoc est, quod primiores in gradu semper preferantur, prout etiam traditur per omnes in. l. gallus. §. quidam recte. ff. de libe. et posthu. sed in proposito fideicommissum, de quo agitur, dicitur relictum familie istorum de Biuilaquis, et sic plures dicuntur vocati nomine collectivo, ut probatur in ipso testamento in ver. declarando insuper etc. dum dicit, quod testator voluit, quod eius bona in futurum sint, et remaneant inter masculos familie de Biuilaquis etc.
3 † Tantum etenim est dicere, bona remaneant inter masculos familie etc. quantum si dixisset relinquo masculis de familia etc. seu familie masculine etc. quo casu primiores in gradu vocarentur. ut. d. §. in fideicommisso. sic ergo, et in casu
4 isto primiores in gradu vocari debent, † unde cum Mattheus predictus sit primior predicto Biuilaqua, quia ille est dño Leonardo defuncto in quarto gradu. iuxta. l. iurisconsultus. §. quarto gradu. ff. de gradib. et in. §. quarto gradu. institu. eo. titu. cum Biuilaqua sit in quinto. ut in. §. quinto gradu. in. l. et titulo predictis, sequitur quod solum Mattheus videtur admittendus excluso predicto Biuilaqua
5 tanquam remotiori. ¶ Secundo pro ista opinione facit, † quia semper in dubio interpretatio voluntatis testatoris (que ante omnia in fideicommissis attendi debet per iura vulgaria) fieri debet, ut eius dispositio sit conformis iuri communi, et sic dici solet, quod persone per testatorem ad fideicommissum vocate, censentur eo modo, et eo ordine vocate, quo de iure communi ab intestato succederent. iuxta nota. per Bart. in. l. heredes mei. §. cum ita. i. col. ff. ad trebel. ubi etiam alij sequuntur tradunt Bar. et alij in. l. si duo. ff. de acquir. here. Bal. in. l. precibus. C. de impub. et ali. substi. et communiter traditur per docto. in. l. gallus. §. i. ff. de libe. et posthu. cum concord. de quibus per Alex. in consi. lv. Perspectis his. ij. et. iij. col. iiij. volu. et per Corne. in consil. xxij. In hac consultatione. v. et vj. col. ij. volu. sed sic est in proposito, quod ab intestato succederet predictus Mattheus solus tanquam primior excluso
6 Biuilaqua tanquam remotiore † sive inspiciamus personam dicti dñi Leonardi nuper defuncti, prout respectu eius (secundum aliquos) proximitas succedentis attendi debet, iuxta plene tradita per patruum et dñm meum Soci. in consi. lxxxvj. Visis testamento etc. vj. col. ver. aliquando et quarto etc. usque in fi. iij. vol. sive etiam inspiciamus personam Petri testatoris, cuius respectu secundum alios debet proximitas succedentis attendi, ut plene per clarissi. iuriscon. et compatrem meum honorandum dñm
7 Phi. deci. in consi. i. Memini me alias. ij. col. † nam cum utroque casu agatur de hereditate transversalium, primior in gradu debet admitti, ut in auc. post fratres. la. ij. et in corpore unde sumitur. C. de legit. here. unde cum Matteus predictus sit primior tam Petro testatori, quam etiam dño Leonardo predicto quam sit ipse Biuilaqua, sequitur quod ille solus debet admitti. Et tanto magis hoc videtur verum, quod (ut audio) ex forma iuris municipalis civitatis Verone agnati transversales vocan-
8 tur ab intestato secundum gradus prerogativam. ¶ † Nec predictis obstat, si dicatur, quod Biuilaqua per representationem personae patris eius dñi Hieronymi dicitur in eodem gradum cum dicto Mattheo tam ipsi testatori, quam etiam dño Leonardo noviter defuncto, et per consequens debet cum dicto Mattheo simul ad fideicommissum admitti. iuxta glos. super ver. primo. in. d. §. in fideicommisso, cum qua transeunt docto. magis communiter, ut per Alexan. in consi. lxxxviij. Et concurrere debeant. i. col. i. volu. Quoniam respondeeri potest. primo, quod forte opinio illius glo. non est in iure tuta, prout illam ibi reprobat Bald. volens, quod in fideicommissis glo. illa male loquatur, de quo plene scribit do. Deci. in. d. consil. i. iij. col. ver. sed tamen ad abundantem cautelam, ubi sequendo opi. Bal. reprobat glo. predictam. Et idem videtur velle in consil. ccccviij. In presenti consultatione. in fi. et clare ita firmat in consi. ccccxij. Viso eleganti. i. et. ij. col. dicens, quod magis
9 communiter tenetur contra illam gl. ¶ † Verum quia opin. glo. illius videtur (ut dixi) magis communis, licet aliter dixerit Deci. ubi. s. Ideo secundo respondeeri potest, quod glo. illa procedit, quando agitur de successione fratrum, vel sororum, seu de onere fideicommissi fratribus, vel sororibus iniuncto, nam tunc cum fratre, vel sorore superstite admittuntur pariter filij fratris premortui, et ita sonant verba predicte glose. Non autem procederet, quando gravatus per fideicommissum esset in gradu distantiori, prout est in casu nostro, ubi dominus Leonardus non erat frater Matthei, et dñi Hieronymi, sed patruelis. Et similiter, (si testatoris respectus habeatur) ipse non erat frater predictorum Matthei, et Hieronymi, sed pa-
10 truus, ut de re constat, et ratio tunc est, † quia representatio patris in successione transversalium non admittitur nisi in uno casu, videlicet quando agitur de successione patrui, vel similium personarum illius, qui vult personam predefuncti patris representare, et sic quando pater representandus, si viveret esset frater eius, de cuius successione agitur, et non alias, ut per Barto. et alios in auc. post fratres. la. i. C. de legi. here. et est tex. clarus in. §. si igitur. in auc. de here. ab intesta. veni. in ver. huiusmodi vero privilegium etc. col. viij. et not. Ange. in. §. reliquum. in eo. titu. in secundo not. et declarat Jo. and. in addit. Specu. in titu. de succes. ab intesta. §. i. versi. sed an filij fratris. in addi. in versi. vocantur. versicu. sed alia fuit questio. ¶ Tertio ista opinio confirmatur per id quod in fortioribus terminis concludit Alex. in consil. xvj. Viso testamento Al-
11 bertini. in princ. vj. volu. † ubi vult, quod in substitutione facta per hec verba, substituit superviventes eius filios, vel filiorum ipsorum. veniunt solum filij superviventes, si qui supersunt exclusis predictorum filiorum filijs, tanquam remotioribus ut per eum, si igitur illo casu predefunctorum filij excluduntur, quo agitur de successione patruorum, fortius hoc dici debet in casu nostro in quo agitur de successione remotiorum per predicta, facit auc. multo magis. C. de sacro sanc. eccle. ¶ Demum ista opinio corroboratur auctoritate patrui, et domini mei Soci. in. d. consil. lxxxvj. in loco superius allegato.
12 † ibi enim pro claro presupponit ad fideicommissum vocari primiores in gradu, et ita sepe exprimit. Dubium autem secundum eum est, an quis consideretur primior testatori, an vero persone gravate, et nuper decedenti, et hoc ultimum ibi firmat, (prout etiam supra dixi) et consequenter secundum eum, Mattheus solus in casu nostro videtur admittendus, cum ille sit domino Leonardo nuper defuncto primior in gradu. ¶ Hec sunt, que (ut verum fatear) me aliquantisper ancipitem tenebant, et prima fronte in opinionem predictam inclinabant. ¶ Sed tamen eis non obstantibus verba testamenti predicti simul et testatoris mentem maturius considerando contrariam sententiam in proposito casu de iure veriorem arbitror, et menti testatoris magis consonam, videlicet quod ad fideicommissum predictum una cum dicto Mattheo dicatur etiam vocatus Biuilaqua, licet in se sit in gradu remotiori. ¶ Et pro clariori demonstratione veritatis presuppono unum, quod in iure est clarissimum, videlicet quod in interpretatione testamentorum, et maxime quando agitur de fideicommissis (ut est casus noster) ante omnia summa cura, et diligentia voluntas testatoris perquirenda est etiam ex coniecturis. Ipsa enim primum locum obtinet. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. et demon. et totum facit, quod in testamentis consideratur. l. ex facto. la grande, circa medium. ff. de heredibus instituendis. et ea solum dominatur,

τ regit omnia.l.cum questio.in fine.C.de lega.τ dicta.l.in conditionibus, ea autem reperta τ intellecta omnino seruari τ attendi debet.l.non aliter.in princi.ff.de legatis tertio.τ.d.l.cum questio.τ.l.iij.C.de liberis preteri. τ.l.cum virum.C.de fideicōmis.cum similibus.facit.l.penulti.ff.de legatis primo.l.cum ꝓponeretur.de legatis secundo. τ.l. fideicōmissa.§.item cum quis.de legatis tertio.τ ideo dici solet, ꝙ debemus pedetentim testatoris voluntatē sectari, τ perquirere, sicut venator leporem, vt inquit Bal.in.l. quidam.C.de necessa.ser.heredi.instit. ¶ Item τ secundo presuppono, ꝙ testator post institutionem factam de fratribus fecit primam substitutionem si quis illoꝝ decederet sine liberis vocando superstites, seu superuiuentes fratres, τ premortuorum fratrum filios in stirpes, τ non in capita, τ ista substitutio locum habuit, quando decessit dominus Joannes vnus ex fratribus, τ heredibus institutis, decessit enim sine liberis, τ ita fuerūt vocati alij tres fratres, qui omnes superuiuebant, τ hoc de plano processit. ¶ Aduertendū tamen est, ꝙ si casu vnus ex dictis tribus fratribus predecessisset relictis liberis puta filijs, vel nepotibus, certe illi simul cum superuiuentibus fratribus fuissent in stirpem admissi ꝓpter illa verba testamenti, τ premortuoꝝ filios, τ si ex dictis predefunctis extarent filij, res esset clara, q̄r sic sonant expressa verba testamenti, si autem solum superfuissent nepotes adhuc idem esset dicendum, † q̄r quando sumus in dispositione testatoris, in qua fit mentio de filijs alicuius in eorum fauorem, idest eis relinquendo appellatione filioꝝ veniunt etiam nepotes, ita concludit Bar.in.l.liberoꝝ.ff.de verbo.significa.τ in.l.gallus.§.instituens.ff.de libe. τ posthu.cum quo est cōmunis opin.vt ibi per Alex. τ Jas.qui ita expresse attestatur dicens, ꝙ ſm opini. Bar. consuluit, τ ꝓbatur ista opinio in.l.lucius titius.la scd'a.ff. de here.insti.inducendo, vt per Bar. τ alios in locis predictis, tradit Corne.in consil.xcvij. Primo consultus.v.τ vj.col.i.volu.τ hanc opinio.sequitur Alex. in consilio.ix. Visis verbis testamenti.i.volu.dicens, ꝙ cum Barto. est cōmunis opin. Et alias inquit Andre.barba. in consil.x. Sapienter scribitur.v.τ.vj.colum.ij.volu.ꝙ istam opinio. Barto.tenuit antiqua, τ moderna iuris prudentia, quam ibi ipse sequitur. Et hanc opinio.tenet domi.Alex.in consilio.xxxvij. Viso themate.ij.τ.iij.colum.vj.volu. vbi plene discutit articulum, τ Curt.in consil.xlv. Sepe reuoluta. ix.col. τ cum ista opinio cōmunis (vt est dictū) attendi debet per iura vulgaria, q̄uis nonnulli de ea dubitauerint. ¶ Et eo maxime in casu isto ita tenendum esset, q̄r dispositio testatoris fuit collata in futurum euentum, ꝓpter qd̄ opinio predicta securius ꝓcedit, ꝓut voluit Jmol.in.d.§. instituens, τ videntur sequi ibi Alex. τ Jas. Alex. in consilio.xxvj. videretur fortasse.ij.col.iij.volu.τ Corne.in consilio.ccvij. De pluribus.vij.col.ij.volu. ¶ Item etiam, q̄r sic verosimilis videtur voluntas testantis, ex quo dixit in stirpem τc. ¶ Et etiam q̄r paulo post dixit inter masculos familie de Biuilaquis suprascriptorum heredum, nam per talia verba ostenditur, ꝙ testator videtur solum habere respectum ad stirpem, τ lineam ipsorum heredum, ꝓut etiā infra dicam, quo posito opinio predicta ꝓcedit sine scrupulo, τ omnes sequuntur, vt per Corne.in consil.clxxxij. Videtur prima facie.ij.volu. Sic ergo ex his concludo, ꝙ si nūc euenisset casus mortis illius domini Joannis τ superessent Daniel, τ Aloysius fratres, τ ex domino Georgio predefuncto superesset tantum iste Biuilaqua nepos, deberet ille vna cum Daniele, τ Aloysio, vel eorum filijs simul admitti in stirpem per predicta. ¶ Et q̄q̄ iste casus non occurrerit, τ alius sit casus noster, tamen eius decisio optime seruit ad decisionem presentis dubitationis, vt infra dicam, τ ideo placuit ita declarasse, τ de ista prima substitutione ad presens nō agitur. ¶ Deinde testator in versicu.declarando insuper τc.fecit implicite aliā substitutionem multum generalem ꝯtinentem in effectu, ꝙ quandocunq̄ aliquis de familia de Biuilaquis (qui ex ordine sui testamēti haberet de bonis suis) decederet sine liberis masculis τc.tunc masculi supra scriptoꝝ heredum vocentur ad bona sua vulgariter, τ per fideicōmissum, τ ita omnino important illa verba, vt eius bona semper, τ in futurū sint, τ remaneant inter masculos familie de Biuilaquis suprascriptorum heredum institutorum vulgariter, τ per fideicōmissū τc. τ de hac substitutione τ iuribus eius ad presens agitur. Nam cum decesserit dominus Leonardus predictus sine liberis, (qui per mediam personam patris eius aliqua bona testatoris habuit) debēt dicta bona vigore huius substitutionis peruenire ex causa fideicōmissi ad mascu-
14 los supra scriptorum heredum, † τ non est dubium, ꝙ ista verba ad masculos τc. debent intelligi, idest ad descendentes masculos supra scriptorum heredum, non enim alium sensum habere possunt, vt de se notissimum est, igitur perinde est, ac si hoc ipsum fuisset expressum argumento.l.ij.cū ibi nota.ff.de libe. τ posthu. τ ꝯsequenter sequit̄, ꝙ nedū filij supra scriptorum heredum, sed etiam eorum nepotes, τ alij posteri masculi dicātur per talem substitutionem vocati, cum omnes sub nomine descendentium masculorū comprehendātur, vt patet ad sensum, τ probatur in.l.liberorum.ff.de verbo.significatio. τ sic etiam iste Biuilaqua nepos domini Georgij vnius ex heredibus institutis dicitur in tali substitutione comprehensus, cum sit de descendentibus masculis heredum institutorum, τ ꝙ in proposito iste Biuilaqua tanq̄ masculus, τ descendens heredum supra scriptoꝝ absq̄ dubio vocaretur, si nō adesset Mattheus predictus, qui tanq̄ primior videtur preferendus per allegata supra in contrarium. ¶ Uerum tamen ex verosimili mente testatoris arbitror, ꝙ simul cū ipso Mattheo vocetur ad fideicōmissum predictum, ꝓut ēt supra concludebam, τ hoc maxime ex infrascriptis. ¶ Et primo pro pre-
15 cipuo fundamento premitto, † ꝙ licet pro regula in eiusmodi fideicōmissis censeātur vocati illi de familia ordine successiuo, τ sic ꝓ primitatem gradus, vt dictum fuit in primo fundamento facto in contrarium, tamen sepe contrarium est statuendum ex voluntate testantis (que ante omnia attendi debet etiam ex coniecturis probata, vt.§.dixi) probatur hoc aperte in.d.l.cū ita.§.in fideicōmisso.de lega.ij.ibi, nisi defunctus ad vlteriores voluntatem suam extenderit. Et licet ibi text.dicat, nisi specialiter τc. tamen ex eo non impeditur, q̄r etiam testantis voluntas non specialiter expressa attendi debeat, si idoneis coniecturis demonstretur, quoniam in iure illud sufficit etiam vbi lex speciali-
16 ter aliquid requirit. † Probatur q̄r quando in testamento precedit voluntas derogatoria sequentis voluntatis, vt secunda voluntas postea valeat requirit lex, ꝙ testator specialiter dicat se penitere τc.vt.l.si quis in prin.ff.de leg.iij. τ nihilominus si ex coniecturis constet, ꝙ testator a prima voluntate voluerit recedere absq̄ expressione speciali, satis est ſm Bar. τ cōmunem opinio.in.d.l.si quis.in princ.vbi aliquando dixi.tradunt Bal. τ alij in.l.sancimus.C.de testa. τ patruus, τ dn̄s meus Soci.in.l.si mihi, τ tibi.§.in legatis.ff.de lega.i. τ ita in indiuiduo in ꝓposito nostro quo ad intellectū.d.§.in fideicōmisso declarat singulariter idē dn̄s meus Soci.in consil.xxxvij. Viso testamento domini Pariboni.ij.colum.ver. τ licet lex requirat τc.iij.volu. τ
17 in eo consilio.in.i.τ.ij.colum.multum egregie probat, † ꝙ ex coniecturata mente testantis recedendum est a regula. d.§.in fideicōmisso, τ quidē ex pluribus, que cum ibi videri possint, aliter non referam, sed ad eius dicta me remitto, τ vna cum eo hanc cōclusionem pro indubitata presuppono, videlꝫ ꝙ ex verosimili mente testantis etiam ex coniecturis percepta, τ ꝓbata receditur a regula.d.§.in fideicōmisso. τ statuitur nedum primiores, sed etiam remotiores vocari ſm ꝙ testator creditur voluisse. ¶ Hoc ita posito, ꝙ voluntas testatoris fuerit in casu nostro Biuilaquam simul cum Mattheo ad fideicommissum vocari probatur multipliciter. ¶ Primo quia testator vocando masculos descendentes supra scriptorum heredum in stirpem dicitur habere respectum ad quemlibet ex dictis heredibus, vt sic cuiuslibet descendentes masculos superstites in stirpem, hoc est pro sua linea vocauerit. Unde cum ex domino Georgio vno ex institutis heredibus solum supersit iste Biuilaqua nepos eius, τ ex Aloysio alio herede instituto supersit Mattheus filius, debent pariter admitti non habita distinctione prioritatis gradus, vt sic quilibet ad ratam suam pro sua linea, τ stirpe vocentur, alias

si solus Mattheus vocaretur, non esset verum masculos
heredum .s. scriptor admitti cum Biuilaqua ex domino
Georgio herede scripto superexistens, et non habens in li-
nea sua potiorem, non vocaretur, quod omnino videt con
tra voluntatem testantis, ergo non est dicendum per alle-
gata .s. in primo presupposito. ¶ Scdo hoc idem pba-
tur (et precedens fundamentum magis declaratur) nam si
nunc vnus ex heredibus institutis decederet sine liberis, si-
ne dubio ad fideicómissuz vocarentur simul Mattheus, et
Biuilaqua, licet essent in dispari gradu, qr filior appella-
tione etiam nepotes veniunt (vt .s. dictum fuit) imo et si de
vulgari substitutione ageretur, puta q vnus ex institutis si-
ne filijs decessisset ante aditam hereditatem superstitibus
istis Mattheo, et Biuilaqua, certe ambo simul vulgariter
dicerentur substituti, et ita simul admitterent non obstante
disparitate gradus, qr quelibet substitutio in casu nostro
dicitur compendiose facta comprehendens tam vulgaré,
q̃ fideicómissariam. iuxta plene tradita per Bart. et alios
in .l. centurio. ff. de vulga. et pupil. et verba illa premortuor
filios etc. etiam nepotes comprehendunt (vt dictum est.)
¶ Modo arguatur sic sicut ab initio per vulgarem substi
tutionem, vel per fideicómissariam factam heredibus insti
tutis (si casus ille contigisset) simul fuissent vocati Mat-
theus, et Biuilaqua ex voluntate testatoris per .s. dicta.
Ita etiam credendum est testatorem voluisse, vt simul vo-
centur in casu qui nunc occurrit, et de quo agimus, cũ etiã
nunc agatur de fideicómissaria substitutione, et de bonis ip
sius testatoris. Pro quo facit, qr vna pars testamenti de-
clarat aliam. l. si seruus plurium. §. fina. et .l. qui filiabus. in
princi. de lega. i. cum simi. est enim eadem ratio, que in alio.
18 †Unde ex identitate rationis debet idem ius statui. l. a ti-
tio. ff. de verbo. obliga. l. fi. C. ad legez falci. cũ vulgaribus.
¶ Immo fortius est in casu nr̃o circa scdam substitutioné
hoc dicendum est, qr si id esset in prima (put vere ita esset)
in qua facta est mentio de filijs, quor appellatione nepo-
tes pprie non ztinentur. l. quid si nepotes. ff. de testa. tut. et
§. fi. institu. qui testa. tut. dar. pos. et dixit glo. cómuniter ap
probata in .l. filij appellatione. ff. de ver. signi. Fortius erit
in scda substitutione per quam in effectu dicunt simpliciter
vocati masculi supra scriptor heredum, vt .s. declaratum
fuit, quor appellatione ita pprie veniunt nepotes, sicut fi-
lij supra scriptor hr̃dum, cum omnes pprie, et vere sint ex
masculis eor. auct. multo magis. C. de sacro sanc. ecclesi.
¶ Tertio q testator ita voluerit, osteditur dum facit men
tionez familie de Biuilaquis vocando in effectu ad fidei-
cómissum familiam ipsam masculinam, seu masculos de fa
19 milia, †nam talia verba, et nomen familie bm pprietatem
verbi cóprehendunt omnes masculos ipsius familie quo-
cunqz sint gradu. l. pnunciatio. §. familie. ff. de verbo. signi.
et licet ex interpretatione. l. ex presumpta voluntate testa-
toris aliquando recipiat hunc sensum, vt ordine successiuo
dicantur vocati, tamen ista zsideratio non cadit in perso-
20 nam vulgarez, put erat testator in casu nostro. † Persone
enim vulgares, et expertes iuris capiunt familiam p tota
parentela, seu agnatione non autem capiunt istaz iuris in-
terpretationem, q pximiores tantuz dicantur vocati, sicut
in simili dixit glo. de verbo filior, et quid si nepotes. ff. de te
stamé. tut. et de verbo possessionis in .l. stipulatio ista. §. hec
quoqz. ff. de verbo. oblig. vbi etiam tradit Barto. et alij se-
quunt, et dixit Specu. in titu. de teste. §. nunc tractandũ. ad
21 fi. ver. hoc quoqz. †Sic etiam in simili videmus, q si quis
bis negat nó dicitur affirmare, licet aliud sit ex iuris inter-
pretatione, vt .l. duobus negatiuis. ff. de verborum signifi-
catio. talis enim interpretatio non cadit in idiotas, et vul-
gares personas, prout declarat Bald. in .l. qui se patris.
iij. colum. C. vnde liberi. et in .l. prima. vij. colum. C. de ser-
22 uis fugiti. †Dicendum ergo est, q verba ab idiotis prola
ta debent intelligi grosso modo. iuxta notata per Innocé.
in .c. cum clamor. extra de testib. et per Bald. in .l. manci-
pia. C. de seruis fugi. Item et bm vulgarem, et communem
vsum loquendi. iuxta .l. librorũ. §. quod tamen cassius. de
legatis tertio. et .l. labeo. vbi late per Barto. ff. de suppelle
cti. lega. sed nulli dubium est, q grosso modo, et ex commu
ni, et vulgari modo loquendi appellatione masculorum de

familia comprehenduntur omnes etiam in dispari gradu
existentes (et optimum erit hoc in processu allegari et pro-
bari.) ergo in proposito etiam .d. Biuilaqua dicitur com-
prehensus, et ad fideicómissum vocari debet vna cũ Mat
theo, maxime concurrentibus in hũc sensum pluribus alijs
coniecturis et inditijs voluntatis testatoris (vt dictum est,
et etiam infra dicetur) iuxta illud singula que non prosunt,
multa collecta iuuant. l. secunda. §. etas, et ibi nota. ff. de ex
cusatio. tuto. tradit glo. in .l. instrumenta. C. de probatio. et
in .l. si stipulatus. in princi. ff. de vsuris. et hoc tertio argu-
mento in indiuiduo ad propositum nostruz vtitur patruus
meus Soci. in dicto consilio. xxxvij. iij. colum. versic. quin-
to ista conclusio etc. et etiam infra in sequen. colum. versic.
octauo probatur etc. et in versicu. ad secundum dico etc.
¶ Quarto comprobantur predicta, et voluntas testantis
23 ostenditur per illa verba, inter masculos etc. †nam illa di-
ctio, inter, dicitur distributiua, vt scilicet omnes, quibus im
ponitur, dicatur in dispositione considerati. l. inter pares.
ff. de re iudicata. et ita per illum tex. q sit prepositio distri-
butiua, voluit do. Joan. de ligna. in quodaz suo consilio in
cip. Casus talis est. ij. colum. quod reperitur inter consilia
Alber. bru. nume. lxxvij. Cum ergo testator velit bona re-
manere inter masculos familie supra scriptorum hereduz
dicitur cuiuslibet heredis lineam distributiue considerasse,
vt scilicet ex qualibet linea existentes vocentur in stirpem,
et non in capita, igitur etiam iste Biuilaqua ex volũtate te
statoris vocari debet pro sua linea, cum solus extet ex do-
mino Georgio vno ex heredibus institutis, et vbi non vo-
carentur, bona non remanerent inter masculos heredũ in-
stitutorum distributiue, prout verba important, quod esset
contra voluntatem testantis. ¶ Demum comprobatur
conclusio supra posita per ea, que signanter voluit Alexã.
24 in dicto consilio. xxvj. iij. volumi. † vbi concludit, q vigore
cuiusdam substitutionis facte de quibusdam, et eoruz filijs
masculis in stirpem, et non in capita. Decedente quodam
Stephano vno ex heredibus testatoris ex causa fideicom
missi debet vocari, quidam Christophorus filius fratris
dicti Stephani, et simul cum eo quidam Tamarotius ne-
pos alterius fratris eiusdem Stephani quamuis essent
in dispari gradu, et etiam essent tales inter quos agendo
de hereditate predicti Stephani ab intestato, non habe-
ret locum representatio per ea, que dixi supra in secundo
fundamento contra dictum Biuilaquam. Et totuz id fun
dat do. Alex. ex verosimili mente testantis verba eius pon
derando, vt per eum. Sic ergo in casu nostro dicenduz est,
vt scilicet ex verosimili méte testantis vocetur Biuilaqua
simul cum Mattheo, licet sint in gradu dispares. ¶ Et
q̃uis in casu domini Alexãdri omnes illi essent de descen
25 dentibus testatoris, †tamen pximitas gradus debet con-
siderari respectu eius, qui vltimo loco decedit, et sic respe-
ctu dicti Stephani bm dominum meum Soci. in dicto có
silio. lxxxvj. tertio volumine. et supra retuli, adeo q etiam
in casu domini Alexandri dicatur agi inter transuersales,
sicut in casu nostro. ¶ Facit etiam ad predicta decisio do-
mini mei Socini in dicto consilio. xxxvij. tertio volumine.
26 †vbi ex coniecturis determinat ad fideicómissum etiaz in-
ter transuersales factum vocari dispares in gradu vt per
eum, et ita est dicendum in casu nostro, in quo per predicta
saltem simul iuncta concludo decedente domino Leonar-
do ex causa fideicommissi vocari nedum Mattheum, sed
etiam Biuilaquam predictum. ¶ Et ex predictis paret
27 non obstare allegata in contrarium, †nam omnia, que di-
cuntur in secundo fundamento procedunt in dubio ex ve-
rosimili méte testatoris, at in casu nostro verosimilis mens
testantis est in contrarium, vt ex pluribus est demonstra-
28 tum, †vnde ista verosimilitudo, seu presumptio et coniectu
ra tanq̃ potentior tollit aliam, iuxta .l. diuus. ff. de in inte-
grum restitutione. et tradit dominus meus Socin. in dicto
consilio. xxxvij. secunda colum. Nec in proposito offendi-
tur, seu corrumpitur regula proximitatis gradus, quia fit
representatio ex voluntate testatoris, sicut in simili dicit
Bald. in .l. prima, C. de secundis nuptijs. et refert Alexan.
in dicto consilio. xxvj. tertia et quarta columna. Et licet lex
hanc representationez in casu isto per se non faceret, tamen
debet

29 debet attendi, quod testator voluit per iaz dicta. ¶ † Nec ob. decisio Alex. in. d. consi. xvj. tertio loco allegata, q̃r (posito, q̄ sit vera) rñdetur, q̄ procedit ex eo, q̃r ex verbis testatoris ostendebatur, q̄ primo proximiores deberent vocari vt per Alex. ibi, at in casu nostro verba testatoris ostẽdunt
30 contrarium ergo &c. † Et sicut in casu dñi Alexandri ibi ex voluntate testatoris presumpta ex verbis inducitur, vt non habeat locum representatio circa gradus proximitatem, vbi alias admitteretur, cum agatur de successione patruorum, ita per contrarium in casu nostro ex verisimili mente testãtis induciẽ, vt repñtatio ꝓcedat, licet alias de iure non esset admittenda, & vtriusq; decisionis vera ratio est, quia semper voluntas testatoris etiam coniecturis probata ante omnia attendi debet, vt supra dictum fuit in primo premisso. ¶ Demum non ob. auctoritas domini mei Soci.
31 in. d. cõsi. lxxxvj. quarto loco allegata, † q̃r respondetur, q̄ illa procedit ẽm regulam. d. l. cum ita. §. in fideicommisso. de leg. ij. videlicet in dubio, & quando verba testatoris cõtrarium non demonstrant, prout erat in casu suo, in quo plures simpliciter sub nomine collectiuo vocati fuerunt, prout ipse presupponit, in casu autem nr̃o (vt sepe dictuz est) mẽs testatoris (ante omnia attendenda) ostenditur contraria, vt sic etiam Biuilaqua vna cum Mattheo debeat ad fideicommissum vocari, & ita ex predictis omnibus concludo. ¶ Capio modo secundam difficultatem, in qua primo aspectu dicendum videtur Mattheum predictum, nullo modo repelli posse a petitione eius, ad quod ex causa fideicõmissi, de quo supra diceretur vocatus, siue etiaz respectu totius fideicommissi, vt ipse pretendit, siue respectu dimidie partis, prout rei veritas est, cum pro alia dimidia vocetur dictus Biuilaqua, vt supra est cõclusum. ¶ Et ista opinio videtur primo probari in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. tenendo, q̄ ibi fuerit male iudicatum, prout ibi tenent Bar. & alij magis communiter, vt ibi per Alexã. & alios maxime Ias. col. xij. cum duabus sequẽtibus, est eniz
32 ibi tex. ẽm istum communem intellectum, † q̄ inter fratres facta est diuisio bonorum cõmuniũ cuz promissione de non veniendo contra diuisionem, & per hoc non dicitur renunciatum fideicommisso de futuro, & q̄ tempore diuisionis erat conditionale, ita ergo videtur in casu nostro dicendũ, ex quo fideicommissum, de quo agimus, tempore prepositte diuisionis nondum debeatur, sed erat cõditionale, videlicet si aliq̃s sine liberis masculis decesserit. ¶ Nec obstare videtur, q̄ in diuisione fuerit promissum de non veniẽdo
33 contra eam, † quia clausula illa dicitur apposita ad confirmationem ipsius diuisionis, de qua principaliter agebatur vnde non debet ipsam principalem diuisionem ampliare, seu operari augumentuz vltra id, quod principaliter importat ipsa diuisio iuxta tex. singularem in clementi. j. in fin. de preben. quem ad hoc allegat Imo. in. d. §. duo fratres. colum. v. ver. item pro hoc tertio, Ias. col. xiiij. ver. adde pro ista communi opin. & Io. crot. col. xxij. versi. quarto & vltimo. qui etiam allegat alia plura pro ista opinio. quam etiaz tenuit Alexan. in consil. ccviij. ponderatis narratis. j. & ij. col. vj. vol. & Corne. in consi. cij. licet in hoc per totum. iiij. vol. cum ꝯcordantibus, de quibus per Ias. & alios in. d. §.
34 duo fratres. ¶ Secundo pro ista opi. facit, † quia si quando per aliquem actum diuisionis, vel alium dicatur remissum fideicommissum, ex pluribus, que requiruntur, vnum, & precipuum est, q̄ habuerit notitiam testamenti, & fideicommissi ille, qui dicitur illud remisisse, vt voluit Bart. in. l. sub pretextu. C. de transact. & in. l. tres fratres. ff. de pac. &
35 tradunt omnes in. d. §. duo fratres, † & ratio est, q̃r alias nõ posset dici, q̄ quis remiserit ius, quod sibi competere ignorabat. l. in repudianda. ff. de acqui. here. vbi docto. not. & l. mater decedens. ff. de inoffi. testam. cum similibus. Sed sic est in proposito, q̄ fratres isti diuidentes videntur ignorasse testamentum predicti Petri, & ita presumitur, cum tractetur de facto alieno iuxta. l. fi. ff. pro suo. ergo sequitur, q̄ non videntur fideicommisso, quod ignorabant, renũciasse. ¶ Tertio retenta hac eadem ignorantia testamenti, & fi
36 deicommissi probatur ista opin. † nam diuisio dicitur quedam transactio, & illius vim habet, vt probatur in. d. §. duo fratres ibi, quasi de hoc quoq; translatum fuisset, & ibi no. doc. tradit Bar. in. d. l. tres fratres. de pac. & ibi etiã Ias. in. iiij. nota. & egregie Fulgo. in consi. cxx. super eo quod. j.
37 col. cum simi. † sed transactio non porrigitur ad incogitata & ignota, vt per Bar. & alios in. l. qui cum tutoribus. ff. de transac. & in. d. §. duo fratres. & in auc. hoc amplius. C. de fideicom. cum similibus, ergo ad predictuz fideicommissuz vt scilicet dicatur renunciatum, porrigi non potest, cum de eo in diuisione non videatur cogitatum. ¶ Immo plus vi
38 detur dicendum, † quia esto etiam, q̄ diuidentes fratres, & sic transigentes habuerint aliq̃ notitiam testamenti, tamẽ transactio illa non potest quicq̃ operari circa fideicommissum, nisi in ea fuisset dictum inspectis, & cognitis verbis testamenti Petri predicti, cum ex eius testamento tale fideicommissum penderet, vt est tex. & ibi tradunt omnes in. l. de his. ff. de transac. vnde cum in casu nostro in instrumento diuisionis inter dictos fratres neduz non dicatur inspectis, & cognitis verbis testamenti predicti Petri, sed nec de eo aliqua mentio facta fuerit satis videtur posse concludi super dicto fideicommisso non esse transactum, & sic illi in diuisione non fuisse renunciatum, & consequenter postea sequatur, q̄ Mattheus predictus propter dictum instrumentum diuisionis nõ dz posse repelli a petitiõe fideicom.
39 ¶ † Quarto facit, q̃r videmus, q̄ si fratres diuidant inter se feudum paternum, & refutationem facit simpliciter, ea non obstante, si alter sine liberis decedat, feudi portio, que ei in partem obuenerat redit ad fratrem superstitẽ, ita voluit glo. singularis, quam ibi not. & sequitur Bal. in. c. siq̃s miles in titulo imperator Lotharius, Eugen. Pap. in vsibus feudo. & videtur hoc probari (prout illa glo. allegat) in c. i. de eo qui fin. fece. agna. de feu. paterno. & in. c. i. §. fi. vbi Baldus declarat, si de feu. content. sit inter domin. agna. & vasal. Sicut igitur in casu illo, diuisio cum refutatione non obstat, q̃n frater superstes ad feudum admittatur, ita dicendum videtur in casu nostro q̄ non obstãte predicta diuisione Matheus ad fideicommissum effectualiter debeat admitti. ¶ Vltimo facit pulchra decisio domini Federi. de
40 sen. in consi. lxxvij. factum sic se habet quidaz Abbas † vbi duo fratres diuiserunt rem emphiteoticam a quodam monasterio receptam, & vnus alteri cessit & concessit omne ius q̃d habet, vel habere posset in parte alterius, postea vnus illorum defecit linea masculina, & concludit ibi Federi. q̄ alter superstes debet admitti ad partem decedentis non obstante illa diuisione, & cessione sic generaliter facta. ¶ Demum pro ista opinione videtur in terminis decisio Bald.
21 nedicti, † qm in ipm do. Benedictũ cadebat affectio testõris forte pp bñmerita ipsius, ob que legata fiunt, iuxta.l.cũ adierit.ff.pro so.que bñmerita, & testõris affectio nõ cõsiderat in psonã filij do. Benedicti, quẽ forte testator nunq̃ vidit, cessante ergo cã predilectionis ipsius do. Bñdicti.in filio eius nõ est arguẽdũ de predilectione, pris ad filiũ.c.cuz cessante.de appel. & l.adigere.§.quãuis.ff.de iu.pão.immo fm iuris rlas presumit testõr minus dilexisse istũ filiuz do. Bñdicti, & alios quoscũq; pprijs filiabus, ne als cõ nãle votũ parẽtũ (de quo in.l.scripto in fi.ff.vñ lib.) videat alienas successiones pprijs anteponere, vt dr in.l.cũ acutissimi .C.de fideicõ.de dño Bñdicto aũt talẽ predilectionẽ in.d. bonis fatemur, lz cõ iuris psumptionẽ, qz ita cõstat per exp̃s-
22 sam testõris dispositionem, † vñ tunc non sumus in dubio, & in incerto, & ideo non est locus coniecturis, & presumptioni iuris.l.cõtinuus.§.cũ ita.ff.de ver.obli. & cũ talis expressio sit tm̃ in personã dñi Benedicti, in ea tm̃ cessat iuris presumptio, sed de ea ad psonam filij non est arguendũ per pdicta, si.n.testõr ẽt filiũ do. Bñdicti voluisset preponi pprijs filiabus, vtiq; expressisset, sicut fecit de ipso do. Benedicto, vñ cum nõ dixerit, credit noluisse.l.j.§.sinaũt ad deficientis.C.de cad.tol. & c.ad audiẽtiã.de decim.cũ si.ibi per gl.allegatis, vt tradit in silr Jo.de ana.in cõsi.xxij.ad appro-
23 bandũ versi. & est multũ ponderãdũ. ¶ † Nec ob.q filius videat eadẽ psona cum pr̃e, vt.d.l.fi.de impub.nec ẽt q testator potuit cogitare, q bona legata p do. Benedictum trãsmitterent ad eius filiũ, put in arg.dicebat, qz rñdet, q ex his nõ est inferẽdum, q testator voluerit tale legatũ trãsmitti pẽdẽte cõdõne alioqn idem esset dõm de quolibet herede legatarij, naz & ipse censet eadẽ persona cũ defuncto, vt in auc.de iureiur.a mor.presti.in prin.colla.v. & in eũ rez legatã trãsmitti per legatariũ testõr cogitare potuit, vt õ se est notissimũ cuz hr̃ditas sit successio in vniuersum ius in.l. hr̃ditas.ff.de reg.iur. & tñ illud ẽ falsum, & cõtra.d.l.heres meus.de cõdi. & demon. & d.l.j.§.sinaũt aliqd sub cõdi.C.d cad.tol.cũ alijs.s.alleg.sicut ergo illa idẽtitas psone & illa cogitatio testõris respectu hr̃dis legatarij nõ opat, vt legatũ cõditionale in euz trãsmittat, ita nõ debet operari respectu filij ipsius legatarij. Et pterea illa idẽtitas psonaꝝ patris, & filij nõ dz sic gñaliter capi, vt dispositio facta de aliquo dicat facta ẽt de filio eius, id.n.satis ridiculũ esset, vt ex multis pbari posset, que grã breuitatis obmitto. Facit. l.ij. & iij. & p totũ.C.ne filius pro pr̃e.sz pcedit tm̃ in qbusdam casibus, vt in casu.d.l.fi. & alijs not.ibi p gl.cũ si.in qbus repit expressum in iure, q lex fingit talẽ idẽtitatẽ. Itez illa cogitatio testõris attẽdẽda eẽt respectu lgatarij, postq̃ ei legatũ eẽt aliquo modo acquisitũ, qđ non est in cõdõnali legato, nã cũ testõr distulerit illud in euẽtũ cõditionis nõ dr illud prius dare voluisse, nec aliter, q̃ impleta cõdõne & cũ solum ea impleta dare voluerit, si legatarius tũc nõ sit in rerum natura legatũ iure merito dr extinctũ, vt.d.l.j.§. & cũ triplici.C.de cad.tol.cũ alijs.s.adductis. Ex qbus clare cõstat nullã esse in cãu nr̃o cõiecturã, q testõr voluerit hoc cõditionale legatũ trãsmitti, quinimo potius extat pbabilis cõiectura in cõrium, nã cum iuris regula sit cõditionale legatũ nõ trãsmitti p ea, que.s.deducta sunt, dispositio testõris in dubio dz sic interpretari, vt eiusmodi iuris regule sit cõformis iuxta not.p Bar. & alios in.l.hr̃des mei.§.cum ita.ff. ad treb. & l.si duo.ff.de acq.here. cum sim. ¶ Demum vt omnis difficultas tollatur, quicquid sit de predictis cõiectu-
24 ris, † dico, q in pposito cõis, & approbatissima extat cõclusio cõdõnalia relicta nõ transmitti etiam ad filios, esto etiaz q omnes sint de liberis testatoris iuxta no.in.d.l.vnica.C. de his qui an.aper.tab.cum alijs.s.adductis, a qua conclusione vti cõi nephas esset in iudicando, & consulendo recedere, put sepissime doct. notare solent, maxime in.l.fi.vbi Bar. & alij, C.de pen.iud.qui male iudica. & in.c.ne innitaris, vbi per Canonistas extra de constitu.cum similibus, vt scribit Cor.plura congerens in consi.clxxxvi.quanquã presens consultatio.j.col.iij.vol. ¶ Demuz non ob.que quar-
25 to loco allegabantur, † Qm̃ rñdetur negãdo, q testator in casu nostro habuerit aliquem respectum ad agnationẽ suã conseruandam, sed solum dicitur motus propter affectionem quam habebat ad personam domini Benedicti, & ppter eius benemerita, prout.s.dicebam, nam cum testator de tali conseruatione agnationis nil expresserit, nec etiam possit pbabiliter coniecturari, stabimus regule dictanti le-

gata propter affectionem testatoris, & benemerita legata-
rij facta interptari. d. l. nec adiecit. ff. pro so. & .s. dictũ fuit.
Nec quenq̃ offendat, ꝙ dixit d Gondola, qꝛ illud fecit grã
demonstrationis, & non ꝙ simplr agnatio, aut eius ɔserua
tio induxerit testatorẽ ad sic disponẽdũ, qđ euidẽter osten-
dit, qꝛ nedũ de alijs de agnatione verbum non fecit in tali
legato (qđ verosilr facere debuisset, si fauore agnationis le-
gasset, disponẽdo ꝙ de vno transeat in alterum, put fieri so
let) sed ẽt posthabuit Nicolaũ fratrem pprium, ex quo cui
libet sani capitis liquebit in mente testãtis nõ fuisse per ta
le legatũ agnationẽ suam debere ɔseruari, qꝛ tunc reliquis-
set potius fratri, vti pximiori agnato. ¶ Preterea si sim-
pliciter diceremus, ꝙ illud legatum fauore agnationis cõ-
seruande fecisset, certe ẽt alij de agnatione vbi nõ adesset fi-
lius dñi Benedicti, deberẽt admitti, hoc aũt in casu nr̃o es
26 set falsum, & nemo diceret, ergo † (p locum a ɔñti defuncto
iuxta. l. apud antiquos. C. de fur. vel ab absurdo remouen-
do iuxta. l. nam absurdum. ff. de bo. liber. cum si.) sequit eius
modi legatũ non fuisse factũ fauore agnationis ɔseruande.
Et vlterius dio, posito, ꝙ testor aliquo mõ habuerit respe-
ctum ad agnationem suam, cum de eadem esset do. Bene-
dictus legatarius, & pp eam pprias filias exclusisset, tñ ne
cessario dõm est, ꝙ id non simplr, sed duntaxat respectu p-
sone do. Bñdicti fuit ɔsideratũ, & hoc qꝛ in eo vltra agna
tionem ɔcurrebant testatoris affectio, & ipsius bñmerita,
vt. s. dixi. alioqn si ɔnaliter fauor agnationis fuisset ɔsidera
tus, nec frater testoris fuisset posthabitus, & alij de agna-
tione deberẽt aliqñ admitti, qđ esset preter, & ɔ ordinẽ, & di
spositionẽ testoris, vt ex predictis pz. Licet igit in psona fi
lij do. Bñdic. possit ɔsiderari agnatio, tñ qꝛ nec affectio te
statoris ad eum, nec eius bñmerita ɔsiderant seqtur, ꝙ in
eo cessat mens testatoris, & rõ predicti legati, & sic, ꝙ dispõ
27 testoris ad eum trahi non põt p pdicta. ¶ † Ex qbus cla-
ra colligitur responsio ad not. per doc. in. l. quamuis. C. de
fideicom. quia illa procedunt solum attẽta omnimoda idẽ
28 titate rõnis, put ibi tradunt doct. que hic cessat. † Et simi-
liter etiam colligitur rñsio ad nota. in. l. tale pactum. §. fi. ff.
de pac. qꝛ vt ex predictis constat, negatur, ꝙ verosilr idem
respondisset testator de isto filio, quod fecerat de domino
Benedicto, cum non esset eadem affectio nec benemerita,
vt. s. dixi. Et maxime hoc dõm est, qꝛ si id testator sensisset
vtiq; de filijs domini Benedicti facile ei erat verbum face
re, sicut alias fecit mentionem de filijs Junis heredis insti-
tuti, & etiam de filijs Decusse, & Nicolette filiarum suarũ.
vnde cum de filijs dñi Benedicti nunq̃ meminerit, osten-
ditur, ꝙ de eis noluit haberi consideratio argu. l. vnice. §.
sinautem ad deficientis. C. de cad. tol. & c. ad audientiaz de
29 decim. ¶ † Nec predictis ob. auctoritas Curtij nouissimo
loco in contrarium allegata in. d. consi. lxxv. qm̃ rñdet (po-
sito ꝙ eius decisio sit vera, de qua ad pñs non intẽdo dispu
tare) & dico, ꝙ in casu, super quo Curt. ibi ɔsuluit cõstabat
euidenter, ꝙ testator habuerat respectum ad agnationem
conseruandam, vt ipsemet ibi ex pluribus deducit, & in eo
facit fundamentum, & inter cetera ille testator, qui erat de
agnatione. s. rotarijs cum plures substitutiões fecisset, sem
per vocauit descendentes masculos, & casu quo omnes de
cederent absq; liberis masculis vocauit proximiores de do
mo, & familia, seu agnatione de rotarijs filias feminas sem
per excludendo, quo ad vniuersalem hereditatem, & ex hoc
& etiam ex alijs, vt ibi per ipsum satis aperte ostendit testa-
torem semper in sua dispositione voluisse, ꝙ bona sua rema
nerẽt apud masculos de agnatione, & ideo conueniẽter di-
spositio facta ibi de illo Melchiore, pcedit etiam respectu
filiorum eius masculorum ad exclusionem feminarum, vt p
Cur. concluditur. Uerum in casu nostro aliud est, cum nul-
libi appareat lagatum, de quo agimus, factum fuisse fauo-
re agnationis conseruande, saltem simpliciter, vt est dictuz.
¶ Concluditur itaq; ex predictis istum filiuz domini Be
nedicti, nec vocari ad legatum ex mente testatoris, nec etiã
iure transmissionis in eum per patrem facte, & consequen-
ter, quod tunc bona, de quibus in legato non iure pe-
tit, & ideo a petitione repellendus est. Laus Deo op-
timo Maximo.

Socinus nepos Jurisconsultus Padue legens. 1529.

¶ Subscriptio Curtij.

¶ Adeo clare, & subtiliter excell. dñs Marianus Soci. mi
hi tanq̃ frater hono. premissam ɔsultationẽ expediuit, vt
nulla egeat additione, cõis eteniz doctri. est, a qua ɔsulẽdo
& iudicando non est discedendũ, ꝙ substitutio fideicõmissa.
ɔdõnalis, de qua agit, moriẽte fideicõmissario pẽdẽte ɔdi-
tione nõ est ad heredes trãsitoria, vt. s. clare deductum est.
¶ Est verũ, ꝙ excel. Soci. in. d. l. hr̃des mei. §. cũ ita cumu
lat plures ɔiecturas, ex qbus aliqñ trãsmittit, sz nulla ad p
30 positum adaptari põt, † ergo standũ est cõi regule ꝙ substi-
tutio fideicõmissa. conditionalis nõ trãsmittat. ¶ Prout
ẽt dicimus idẽ esse in substõne pupillari. l. sz & si plures. ff. de
vulg. & pup. ¶ Idẽ ẽt dicimus in reciproca. l. lutius. ff. eo.
¶ Idẽ in substitutio. vulgari. l. si ex pluribus. ff. de su. & leg.
¶ Nec illa ɔiectura de Gondola põt aliqd opari in pro-
posito, quia secunduz hoc sequeretur, ꝙ quasi semper spes
substitutionis conditionalis transmitteretur ad heredes,
31 † quandoquidem solent testatores nominando legatarios
& fideicommissarios semper exprimere nomen familie ad
euitandam incertitudinem eorum, quibus fiunt legata, &
fideicommissa iuxta notata per Barto. in. l. demonstratio
falsa. ff. de conditione & demonstratione. & sic totaliter ener
uaretur communis regula, quod minime dicendum est.
¶ Prout igitur supra conclusum est cõsulo iuris esse ego
Franciscus curtius iunior &c.

¶ Alia subscriptio Parisij.

32 ¶ † Apertissimum est legatum, seu fideicommissum condi-
tionale, & ius, & spem ipsius non transmitti ad heredes ẽt
suos, si legatarius, vel fideicommissarius conditione fidei-
commissi, seu legati pendente, & ante euentum ipsius deces-
sit, vt est communis conclusio deducta per excellentissimuz
dominum Consultorez fratrem honorandum, quam etiaz
firmat Bar. in. l. i. col. pen. ver. alia glo. ff. de leg. primo, vbi
asserit falsam esse gl. tenentem contrarium in. l. is cui. ff. de
act. & ob. & hanc communem sequuntur alij citati per domi
num Jas. in. l. cum filio. col. v. in. v. not. ff. de leg. j. & per do.
Philyp. deci. in consi. cccxcvij. viso puncto. col. ij. versi. sed
venio. & per dominuz meum Soci. consi. vj. in presenti col.
ij. & col. iiij. in. iij. volu. ¶ Et licet ipse met dominus meus
in. l. heredes mei. §. cum ita. colum. iij. versicul. in glos. fi. ff.
ad trebel. contra hanc communem (non tamen ad termi
nos presentis consultationis) adducant aliqua in contra-
rium, tamen eius dictis, & considerationibus respondet
Joan. cro. in dicta. l. prima. de legatis primo. columna. xv.
& sequenti versiculo quinta conclusio. ¶ Nec consultatio-
ni poterit obstare, si diceretur hanc communem non pro-
cedere quando apparet aliqua coniectura voluntatis testa
toris volentis legatum, seu fideicommissuz trãsmitti ad he
33 redes. Nam in casu presenti nulla apparet. † Et coniectu-
ra colligi debet ex eo ꝙ fuit expressum per testatorem, & nõ
aliter, vt firmat Bald. in. l. prima. C. de his qui ante aper-
tas tabul. & Socinus in dicto. §. cum ita. columna quarta,
ver. ex dictis, tamẽ Bal. & Philyp. dec. in. d. ɔsi. cccxcvij.
nu. vj. & Jo. crot. in. d. l. i. colũ. xvi. versi. notate tñ, p quo est
tex. in. l. quidam cũ filium. ff. de her. insti. & multa ad id ad-
ducunt Alex. in. l. iij. & ibi Jas. col. i. versi. limita predictam
34 regulã. C. de lib. pret. † Ita declarãtes illud qđ solet dici ha
beri debere p expresso, quod verosimilr testor expressisset, si
illud cogitasset, vel de eo fuisset interrogatus, nam pcedit
illud, qñ ttor ad aliquaz disponem pcessisset, & non aliter.
Nec illa expressio de Gondola a testatore facta dz hãc cõ-
iecturatam mentem inducere, cum facta sit demonstratiue,
35 vt dicit ipse do. consultor, † & satis suadet, quoniaz in dubio
talis expressio videtur facta demonstratiue, & non disposi-
tiue, vt in silr traditur in. l. fi. §. titia. ff. de libe. lega. & firmat
Bar. quem ibi communiter sequuntur scriben. in. l. centurio,
col. antepen. versi. quero iuxta predicta. ff. de vulg. & pupil.
¶ Concedo itaq; arbitrio, & sentẽtie ipsius excellentissimi
domini Consultoris, & prout consultum per ipsuz est, ita di
co, & consulo iuris esse, saluo tamen semper &c. Ego Pe-
trus paulus Parisius &c.

¶ Casus

CASVS

Dominus Ottolinus de Madijs nobilis Brixiensis in suo testamento suos heredes vniuersales instituit dominos Mazinum, Hieronymum, & Guidonicolaum eius filios, hac conditione quod si quis ipsorum decederet sine masculis ex se legitime descendentibus, alij coheredes succedere debeant, & si extarent filie femine quod dotentur secundum facultatem tunc temporis existentem.

Mortuo postea testatore dominus Hieronymus vnus ex.d.hredibus dum viueret vēdidit aliqua bona imobilia ex his q̄ habuerat ex prīna hēditate, & demum decessit superstitibus sibi Dionisio, & Julio filijs, & hrdibus vniuersalibus.

Qui pretendentes bona per patrem eorum alienata ad eos spectare debere ex causa fideicommissi.

Quod asserunt in eorum fauorem contineri in testamento predicti domini Ottolini eorum aui, bona ipsa ab emptoribus petunt.

Quibus inter cetera per emptores respondetur nullum fideicommissum, in eorum fauorem contineri.

Et presupponitur quod Brixie extat statutum quod hereditas ascendentium abintestato deferatur masculis quibuscunque descendentibus per ordinem, exclusis semper feminis, quibus masculi teneantur alimenta dare, & eas dotare tempore nubilis etatis secundum facultates &c.

Istis sic stantibus queritur vtrum verum sit quod in predicto testamento contineatur fideicommissum in fauorem predictorum filiorum domini Hieronymi &c.

Et petitur consilium pro iustitia.

SVMMARIVM

1 Filij positi in conditione an censeantur vocati, etiam si dictum fuerit sine masculis, & j.nu.4.10.vbi dicitur quod non, & numero.15.

2 Filij positi in conditione, concurrente aliqua coniectura, cēsentur vocati, vide.j.nu.13.

3 Filij positi in conditione, si sunt grauati, an censeantur vocati, vide.j.nu.23.

4 Testator ponens solum masculos in conditionem ad exclusionem substitutorum, & non feminas, quas voluit per substitutos excludi, non dicitur quod voluerit masculis reseruare ius succedendi ab intestato, quia femine tunc pariter cum masculis admitterentur, vide.j.nu.16.

5 Testator solum masculos ponens in conditione, & substituens alios filios masculos, feminis semper exclusis, dicitur hoc facere ratione agnationis conseruande, que per masculos & non feminas conseruatur, & sic videtur quod eos tacite per fideicommissum vocauerit, vide.j.nu.17.&.19.&.21.&.24.

7 Testator grauans filios masculos positos in conditione, vt dotent filias feminas, an per boc grauamen dotandi sint per fideicommissum vocati, & j.nu.22.vbi dicit quod nō.

8 Argumentum a fortiori procedit, vide nu.25.

9 Testator, si in casu quo aliquis ex suis heredibus decederet sine masculis, voluit per fideicōmissum vocare eius fratres, vt eorum fauore bona non possint alienari, an testator etiam dicatur velle fauore filiorum decedentis, vti sibi proximiorum, & cariorum, vide.j.nu.25.&.26.

11 Filij in conditione positi concepti ante deportationem grauati, licet faciant deficere conditionem substitutionis, tamen non impediunt, quin fiscus omnia habeat.

12 Declaratio ad.l.lutius cum ibi not.per gl.ff.de hrdi.instit.

14 Regule communi tanq̄ securo carotio teneaciter inherendum est.

18 In substitutionibus tantum veniunt illi, de quibus testator disposuit.

20 Dictum aliquod semper dz ad limites rationis restringi.

26 Testator censetur magis diligere filios sibi notos, q̄ nepotes ab eo nunq̄ cognitos.

27 Prohibitus alienare, si sine liberis decesserit, in preiudiciū substitutorum, quia expirat substitutio per existentiam liberorum, poterit alienare.

28 Emptor ignoranter emens bona fideicommisso subiecta ab emptore pariter ignorante fideicommissum non potest stante tali bona fide per fideicommissum molestari.

29 Ignorantia in facto alieno presumitur.

30 Heres suus non presumitur habere notitiam testamenti primi, nisi probetur.

CONSILIVM CXVIII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. Preposita difficultas in effectu est vtrum filij positi in conditione censeantur vocati: & sic in casu isto vtrū filij predicti.d. Hieronymi positi in ɔdóne ad exclusionem substitutorum fratrum, & coheredum ipsius.d. Hieronymi dicantur ex testamento per fideicōm.vocati. Que difficultas iam p multa tempora a maioribus nostris varijs in locis ventilata reperitur, & plura certe hinc, & inde scribi possent. Ego breuiter perstringam substantialia tantum tangendo quatenus veritatem, & iustitiā (vti requiror) ostendere possim. In primis itaque vr̄ prima fronte dicendum predictos filios vocatos esse &

1 in eorum fauorem fideicōmissum contineri. †Et primo qm̄ videtur quod pro regula dici possit quod filij positi in conditione substitutionis dicuntur ex testamento ad fideicōmiss. vocati, & pro ista opinio. vr̄ plurimū vrgere tex.in.l.lucius. la secunda.ff.de here.insti.vbi in substitutione facta fratri heredi instituto si filiū filiāue non habuerit dicit lex quod animaduertitur prudens cōsiliū testantis, qui non solum fratrem institutum sed ēt eius liberos pretulit substitutis. Si igit̄ testōr vr̄ filios instituti ptulisse substitutis sicut & frēz istitutū vr̄ quod sicut fratrem pretulit ex testameto, sic ēt & liberos eius similiter ex testamento pretulerit, & ɔn̄r quod in eorum fauorē dicatur factū fideicōmissum, & quod ibi dr̄ de illa ɔditione. si filium filiāue nō habuerim. Idem dicendū est in casu isto de ista ɔdōne si sine masculis ex se legitime descendentibus decesserit p eandē rationem, sunt enim iste conditiones equipollentes vt exploratissimū est. Secundo hoc idem ostēditur ratione, qz testator dicendo, si sine descendentibus masculis decesserit absque dubio hāc ɔdōnē eorum cā & in eorum fauorē apposuit vt scilicet illi si extāt habeāt hr̄ditatē prout dixit singulariter gl.in.l.filiusfami.§.cum quis.ff.de leg.j.quo stante sequitur quod si testator voluit quod illi habeant dicitur id voluisse ex testamento vt sic dicatur eos per fideicommissum substituisse. Possent & alia plura pro ista opi.allegari de qubs p Cor.in ɔsili.cxlvj.in hac ɔsultatione.v.col.ij. vol. & plene per And.barba.in consi.xxvij. scripsit doctissimus.xij.&.xiij.col.primo.vol.& per Cur.seniorem in consilio.xlij.testator Augustinus.ij.iij.&.iiij.col. & in consil.xlv.sepe reuoluta.ij.&.iij.col.quod est consilium collegij Papiensis, & hanc opinionem tenuerunt Oldra.& Saly.in.l.j.C.de condi.insti.& alij q̄plures maxime auctoritatis tam antiqui quam Moderni prout referunt Corne. Barba.& Curt.in locis predictis ad quos me refero & ita etiam videtur istam opinionem sequi barbat.in.d.consilio. & eam dixit esse verissimam Ludoui.de Roma in.l.si cum dotem in prin.ff.solu.mat.quam etiam sequi videtur pdictus Curt.in consilio.lj.super testamentis Albertis.ix.&.x.col. Secundo principaliter, esto quod predicta opinio non procederet simpliciter posita prout magis communiter reprobatur vt.j.dicetur, attamen in casu isto videtur quod omnino

2 predicti filij dicantur ad fideicommissum vocati, †nam quādo cum eo quod filij sint positi in conditione concurrit alia coniectura propter quam testator videatur eos vocasse de facili recedimus a communi opinione & dicimus eos ex testamento vocatos vt sepe dicūt doc.nostri, maxime Cor.in.d. consi.cxlvj.vj.col. & in cōsi.xx.videtur prima facie.viij.col. iiij.vol.& in ɔsi.cclxxiij.dubia satis post pn.eo.vol.vbi dicit qd sp tam legēdo q̄ ɔsulēdo arbitratus est qd cōcurrēte aliqua alia coniectura filij positi in conditione censeantur vocati, & dominus meus Socinus in consilio.lxxij. Capiendo primum, colum.penul.iiij.volumi.dicit quod stantibus alijs coniecturis vidit sepius consultum qd dicant̄ vocati.

3 †Exemplum est si ita in conditione positi sint etiam grauati, nā eo casu dicent̄ vocati, vt signanter voluit Bar.in.l.

centurio.xij.col.ver.quero vlterius qd si testator.ff.de vulg. & pupil.cum quo plures tenuerunt vt per Cor.in dictis locis,& per Barba.in.d.consi.xxvij.& tradit Alexan.in consilio.lxiiij.difficultas dubitationis.j.col.v.vol.& dominus Guido pape in.q.xxxix.doctores in iure ciuili scribētes &c. sed sic est q in casu proposito alie extant coniecture suadentes filios dicti domini Hieronimi in cōditione positos fuisse per testatorem vocatos ergo &c.

4 ¶ † Coniectura autem vna est qr testator nō dixit simpliciter si decederent sine filijs vel sine descendentibus sed cum qualificatione masculini sexus dictū fuit,si decederēt sine masculis ex se legitime descēdētibus &c.substituēdo alios suos filios masculos,& simul datos coheredes.In quo casu solet limitari illa cōis opinio q positi in conditione non censeantur vocati,de qua.s. vt singl'r determinat.d.Guido pape in suis questionibus in.q.clxxxiij.in illa questione qua queritur,& ita etiam solitus est tenere excellentissimus etate nostra iurisconsultus & mihi cōpater honorandus dominus Philip.deci.vt per eum in.l.j.v.col.versi.vltimo singulariter not.C.de pac.in consi.cclxx.dominus Raynaldus.iij.colum.versi.venio ad secundum,& in consi.cccxviij.in causa istorum nobilium.ij. col.& est hoc de intentione patrui,& domini mei Soci.in cōsilio.cxvj.in causa filiorum excellentissimi.v.col.versic.sed ɔtra hoc posset ingeniose &c.iij.vol.¶ Et huius dicti in ꝓposito casu duplex rō pōt assignari.

5 ¶ † Prima est qr cū testator solum masculos ponat in conditione ad exclusionem substitutorum.& non feminas,quas voluit per substitutos excludi,non potest dici q voluit reseruare eis ius succedendi abintestato,qr tunc pariter femine cū masculis admittētur,vt in auc.de here.ab intesta.in prin.col.ix.quod esset ɔ̄ mentē testātis,cū igit̄ voluerit solos masculos admitti,& id nō fiat abintestato,seqt̄ necessario q voluit eos admitti ex testō,& sic dr̄ eos p fideicō.vocasse,& ita istam rōnē allegāt dñs meus Socin.& Deci.in locis predictis.

6 ¶ † Secunda ratio est,qr cum tantum masculos ponat in conditione & substituat alios suos filios masculos,feminis semper exclusis,dicitur hoc fecisse ratione ɔseruāde agnationis,que solum per masculos,& non per feminas conseruatur.l.pronunciatio in fi.ff.de verborum signi.& satis exploratum est. ¶ Et ista communiter reputatur ratio multorum statutorum Jtalie per que femine per masculos excluduntur,vt tradit Cy.post Jac.de are.in.l.j.C.ad.l.iul.de adul.& Bald. in consilio.quod incipit Martinus Joannis de florentia, quod reperitur inter consilia Ange.numero.lxviij.cū concordantibus plene adductis per Andr.barba.in consi.lvij. clementissimum Deum col.xj.iiij.vol.& in consi.lxxv.illud in medium referam.ij.col.iij.vol.& per dominum Decium in consilio.cccxvij.in casu ad me transmisso.iij.colū.in princi.& ibi in terminis nostris dicit sic considerandum esse in testamentis,in quibus semper masculi de agnatione preferuntur feminis,prout etiam dixit dominus meus Soci.in consilio.xij.presens consultatio,ij.col.iij.vol.& plene tradit dñs Fran.cur.in.d.consi.lj.super testamentis Alberti.ij.& iij. col.& quasi per totum.¶ Et hoc stante q talis substitutio dicatur facta contemplatione agnationis,& ipsius conseruande gratia,videtur inferendum,quod testator predictos filios domini hieronymi tacite per fideicōmissum vocauerit,vt sic per eos agnatio conseruetur,prout istam consequētiam videtur facere,dominus meus Socinus in dicto consilio.cxvj.quarta colum.versi.quarto fit magnum fundamentum,& eandem etiam videtur facere dominus Franci. cur.in cōsi.lxxv.dominus Ludouicus lotarius.iiij.col.quasi in prin.in versi.sed ita est q de coniecturata mente &c.

7 ¶ † Alia & secunda extat coniectura in presenti casu propter quam filij domini Hieronymi predicti videntur vocati per testatorem,qr scilicet testator videtur eos grauare q dotēt filias feminas si alique extarent secūdū facultates &c. vt dicitur in testamento,ibi & si extarent filie &c. ¶ Unde cum ex grauamine facile iudicari soleat q positi in conditione dicantur vocati iuxta doctrinam Bar.in.d.l.centurio cū alijs.s.allegatis,sic in proposito dicendum videtur istos filios domini Hieronymi positos in conditione,& grauatos vt.s.videri vocatos,& reperio q ita in tali grauamine dotandarum filiarum in specie determinat predictus dñs Guido pape in predictis questioni.in questio.ccxcix. testator plures &c.

8 ¶ † Demum q isti filij sint vocati ex testamento & sic q bona de quibus agitur in eorum preiudiciū non potuerunt per dominum Hieronymum alienari videtur probari per argumentum a fortiori,iuxta aucten.multo magis.C.de sac.san.eccle.cum similibus.

9 † naʒ testator si aliquo ex.d.suis heredibus decedente sine masculis descendētibus voluit vocari per fideicommissuʒ,eius fratres, & sic eo casu bona non potuissent per illum descendentem alienari fauore suorum fratrum,fortius videtur hoc dicendum q testator voluerit id ipsum fauore filiorū decedentis, cum sibi sint proximiores,& cariores,& ita in simili arguit Cur.in.d.consi.lxxv.iiij.col.& dominus meus Soci.in.d. cōsi.cxvj.iiij.col.ver.tertiuʒ colligūt.¶ Hec sunt que in fauorem predictorum filiorū domini Hieronymi aliquē prima consideratione inducere possent.¶ Quibus tamen minime obstantibus,attentis his que in puncto narrantur,& secundum ea que preponuntur,respondendo more sceuole iureconsul.contrariam opinionem probabiliorem de iure arbitror,prout etiam sapienter,& abunde conclusit clarissimus dominus aduocatus istoruʒ emptorum,qui nonnulla ex predictis & etiam ex.j.dicendis considerauit.

10 ¶ † Concludatur igitur predictos filios domini Hieronymi ad fideicommissum per testatorem nullo modo vocatos fuisse,sed soluʒ dicuntur simpliciter positi in cōditione ad exclusionem substitutorum.est enim regula in iure clarissima q que ponuntur in conditione non sunt in dispositione,qr conditio nihil ponit in esse.l.si quis sub ɔditione.ff.si quis omiss.causa testa.cum similibus,& ista opinio q positi in cōditione non dicantur a testatore vocati,iam per multa tempora est communiter approbata,& quodāmodo canonizata,tam in scolis q̄ȝ in palatijs,ita vt nephas esset ab ea recedere,maxime in iudicando,& consulendo,quam originaliter posuit glo.in.d.l.lucius,la secunda,de here.insti.& illam gl.sequuntur ibi Jac.de are.Ray.Bar.Nicolaus de neapo.Bal.Ang.Jmol.Cuma.& alij fere omnes,& idem voluit glo.in.l.ex facto.§.ex facto.ff.ad trebellia.quam similiter quasi omnes docto.sequuntur,vt ibi per Alexan.qui dicit istam esse communem opinionem,& q secundum eaʒ sepe consuluit,vt studiosus facile inueniet,& inter cetera istā partem cumulatissime defensauit in consi.cccxxx.secundum vnam impressionem.ij.vol.q incipit viso testamento questionis,alias est nu.clxxxv.¶ Et eam etiam tenuit Oldra.in consi.cxlj.thema tale est dominus,prope finem,licet ipse aliquando contrarium dixerit.& istam opinionem communiter teneri,& obseruandam esse attestātur vbiq3 omnes vt plene videri potest per Alexā.in.d.locis,per Cor.in.l. i.C.de cond.insti.& in consi.j.in presenti ardua.x.col.& sequen.iij.vol.& in consi.ccxliij.circa primum.viij.col.eo.vol. per dominum meum Soci.in.d.ɔsi.lxxiij.viij.col.ver.circa tertiā difficultatē.iiij.vol.& in cōsi.ccxviij.cōsiderabis.ij.co. & in consi.lxij.viso capitulo in prin.iij.vol.& plene in.l.cum auus.col.mihi.lxxj.cū.ij.seq.ff.de cōdi.& demon.p dñʒ Frāci.cur.in cōsi.xlij.testōr augustinus.vij.& viij.col.& in cōsi. lxiij.antiqssima & nobilissima.iiij.& v.co.& per collegiū papiense in ɔsi.inserto inter cōsilia Cur.nu.xlv.sepe reuoluta.vj.col.& p dñm Deci.in ɔsi.ccccxxij.& p tenui facultate in prin.inter.xl.nouiter impressa,& p eundē in ɔsi.ccxcj.visis & diligenter in fi.cū multis alijs concordan.quos longum esset referre,& quasi oēs dicunt q pro ista cōi opinio.

11 est tex.expressus in.d.§.ex facto.l.ex facto ad treb.† vbi filij positi in ɔdōne cōcepti ante deportatio.grauati,licet faciāt deficere cōditiones substitutionis,tamen nō impediūt qn fiscus oia habeat,qd̄ certe non esset si dicerent̄ vocati,ita illum tex.inducit ibi Roma.sic etiam inducit Jmo.in.d.l.lucius.& Cuma.in consi.cxxj.Gherardus quondam domini Bartholo.j.col.& Alex.in.d.cōsi.cccxxx.iiij.col.ver.vj. probatur,& Cor.in.d.cōsi.i.x.col.iij.vol.ita etiam inducit & inductionem subtiliter defendit dominus meus Soci.in.d. l.cum auus.col.lxxij.cum seque.¶ Sunt & alia plurima fundamenta pro ista opinione que breuitatis causa non refero,& videri possunt per docto.in locis predictis,maxime per Alexandrum in dicto consilio.cccxxx. Ubi quam plura allegat,& omnibus contrarijs respondet.

¶ Nec

¶ Nec huic communi, et approbatissime opinioni obstāt
d.l.lucius ⁊ ratio .s.in contrarium allegate, q2 respondet̄
s3 glo.in.d.l.lucius, ⁊ omnes doct.in locis predictis ꝙ verū
est ꝙ testator illos filios apposuit in conditione eorum fa-
uore vt scilicet ipsi habeant vt dixit glo.in.d.§.cum quis,
sed non ex suo testamento sed ab intestato vel ex testamen-
to patris eorum q2 volens per eorum existentiā substitutu3
excludi considerauit ꝙ verosimiliter ipsi tanq3 filij eorum
patri ex eius testamēto vel ab intestato succedent, ⁊ tale ius
succedendi dicitur voluisse conseruare, ita voluit Imo.in.d.
l.lucius.tertia col.versicu.item non obstat si dicatur, ⁊ sic
ad eorum commodum filij dicuntur positi in conditione.
12 ¶ † Et in specie quo ad.d.l.lucius rn̄det̄ ꝙ ibi ꝯseruat̄ ius
succedendi ab intestato ipsi testatori si contingat institutum
fratrem ante dictam hereditatem decedere relictis liberis,
nam illi vti proximiores vocabuntur ab intestato, ⁊ in hoc
animaduertitur prudēs consilium testantis, sic enim nedum
institutus sed etiam eius liberi preferuntur substitutis, ita
post gl.ibi declarant Imo. ⁊ cōmuniter doc. ⁊ licet multa
circa.d.l.lucius subtilizando dici possent in contrarium, vt
per Barbat.in.d. consi.xxvij.j.vol.tamen non puto super
hoc insistendum cum habeamus cōem opinionem secun-
dum predicta, ⁊ secundum que (vt dixi) sic communiter in-
telligitur.d.l.lucius, ⁊ ex his patet sublatum esse primum
principale fundamentum in fauorem istorum filiorū.s.posi-
tum, quicquid in contrarium dixerint Cur.in.d.consilio.lj.
⁊ alij pro contraria parte allegati, cum contra eos sit cōis
opinio ⁊ verior, vt ex predictis ꝯstat, quam etiam vltra pre
dictos sequitur, ⁊ plene declarat Cor.in consi.lxvj.in hac
13 consultatione.ij.⁊.iij.col.ij.vol. ¶ † Non obstat modo se-
cundum fundamentum dum dicebatur ꝙ saltem debent di
ci vocati ad fideicōmissum isti filij domini Hieronymi pro-
pter coniecturas.s.in contrarium allegatas, quoniam re-
spondetur quod posito pro vero ꝙ ex coniecturis sit rece-
dendum ab illa communi opinione de qua.s.hoc debet in-
telligi quando tales sunt coniecture que tale3 fuisse mente3
14 testantis necessario ostendant, † alioquin a communi re-
gula recedi non debet, immo ei tenaciter est inherendum
tanq3 securo carrocio, iuxta nota.in.l.omnis diffinitio.ff.de
reg.iur. ¶ Sed in proposito dico ꝙ allegate coniecture
nō sunt tales ex quibus a communi regula sit recedendum,
15 eis enim, vt.j.respondetur. ¶ † Et q̄3tum ad primam qua-
lificationē masculini sexus, q2 dictu3 fuit sine masculis ex se
descendentibus ⁊c.respondetur duobus modis. ¶ Pri-
mo quod quicquid dixerint Guido pape, ⁊ alij.s.allegati in
contrarium cōmunis opi.doct.videtur vt nec tunc positi in
conditione dicant̄ vocati, quando fuit dictū sine masculis.
¶ Et animaduerto in primis ꝙ ipsemet dominus Guido
pape in fi.d.q.clxxxiiij.dicit ꝙ contrarium fuit determina-
tum in parlamento delphinali, ⁊ ita visum fuit maiori par
ti dominorum de illo parlamento, ⁊ ita etiam dicit idem
dominus Guido pape in.q.600. ¶ Secundo etia3 anima
duerto ꝙ plures ex doctoribus tenentibus communem opi
nionem loquuntur in casu quo dictum fuerat si decesserit si-
ne filijs masculis vt studiosus lector inuenire poterit. inter
quos ex iam allegatis est Cuma.in.d.consi.cxxj. Alex.in.
d.consi.cxxx.alias.clxxxv. Corn.in.d.consi. primo. ⁊ in.d.
consi.ccxliij.iij.vol. Cur.in.d.consi.xlij. ⁊ Deci.in.d.consi.
ccxcj.licet aliter dixerit in locis.s.in contrarium allegatis
⁊ vltra preallegatos, ita ēt loquitur Alex.in consi.cxxxix.
circa primum.vj.vol. ⁊ in consi.ccij.viso themate in fin.vij.
vol. ⁊ in consi.xxiiij.attentis his.iij.col.vol.iij. Corn.in cō-
silio.ccvij.de pluribus hereditatibus in prn.ij.vol. ⁊ in consi
lio.xx.videtur prima facie.vij.col.iiij.vol. ⁊ dominus meus
Soci.in consi.ciiij.quonia3 presens consultatio.v.⁊.vj.col.
iij.vol.omnes enim predicti docto.in casibus suis conclu-
dunt positos in conditione secundum communem opinio-
nem non esse vocatos, ⁊ tamen in conditione erant positi
cum qualitate masculinitatis vt ibidem per eos videri po-
test, ⁊ sic videtur ꝙ apud nostros doctores cōmunis opi-
nio de qua supra procedat etiam si fuerint filij positi in con-
ditione sub qualitate masculinitatis igitur ab ea non vide-
tur in iudicando recedendū per iura vulgaria. ¶ Nec huic
16 opinioni ob.due rationes.s.in contrarium allegate. † Quo
niam respondetur ⁊ ad primam negari potest ꝙ testator
voluerit solos masculos admitti, quando cum feminis ex-
tarent, s3 tantum videtur conseruare eis ius succedendi ab
intestato vt.s.est dictu3, quod quale sit testator non conside
rauit, sed remanet in dispositione iuris, qua femine simul cū
masculis admittuntur.l.maximum vitium.C.de liber.pre-
teri.cum similibus, ⁊ licet ad exclusionem substitutorum so-
lum posuerit masculos ⁊ per feminas noluerit substitutos
excludi, ⁊ in hoc abstulerit institutis libertatē de bonis suis
disponendi, tamen ex eo non sequitur ꝙ si tam femine q̄3
masculi extarent, voluerit solos masculos positos in con-
ditione admitti, q2 tunc voluit relinquere ipsis institutis de
cedentibus cum filijs plenam libertatem disponendi cum
enim masculos solum posuerit in conditione non dicitur
quicquam circa eos disposuisse per.l.si quis sub conditio-
ne.ff.si quis ob.causa test. ⁊.s.dictum fuit, ⁊ q̄3q̄3 facile cre
di possit ꝙ testator in.d.casu cogitauerit ⁊ de mente sua
fuerit solos masculos filios instituti successuros ipsi insti
tuto ex eius testamento secundum ꝙ videmus ab omnibus
fieri, ⁊ vero similimū est, tamen noluit testator super hoc qc
quam disponere sed vt dixi reliquit in libertatē instituti qua
si de eo in hoc confidens, ⁊ hoc debet plurimum animad-
uerti q2 si recte consideretur per hanc considerationē tolli vi
17 detur omnis difficultas. ¶ † Ad secundam vero rationem
respondetur quod testator considerauit agnationem con-
seruari in substitutione quam fecit si quis ex filijs decesse-
rit sine descendentibus masculis, quia cum voluerit alios
suos filios preponi filiabus defuncti negari non potest
quin habuerit in consideratione conseruare agnationem
prout in illa ratione dicebatur, ⁊ in eo noluit de suis in-
stitutis confidere, ⁊ propterea expresse disposuit, ⁊ substi-
tuit prout in testamento, ⁊ non est dubium ꝙ mediante illa
substitutione non possunt dici vocati filij institutorum cum
non illi sed filij testatoris vocent̄, nec ex eo qd eos vocaue-
rit ad exclusionē feminarū fauore agnatio. argnēdū ē qd vo
18 luerit alios de agnatione vocare cū i substōnibus hi tm̄ ve-
niāt d qbus testator disposuit iuxta no.in.l.qdā cū filiu3.ff.d
here.insti. ⁊ hinc est, ⁊ ꝙ in materia substitutionū traditur re
gula generalis qua dicitur hoc non ponitur in substituttio-
ne, ergo dici non debet vt voluit Old.in consi.xxj.thema ta
le est cum concordentibus allegatis per dominum meum
Soci.in consil.lxij.viso capitulo.iij.col.iij.volu.alioquin se
queretur maximum absurdum videlicet ꝙ omnes de agna
tione possunt dici vocati qd nemo vnq̄3 diceret ⁊ hoc plene
tradit Dec.in consil.cclxxxvij.in ciuitate Placentie.iiij.⁊
v.col.sed in casu quo instituti filij decesserint cum descenden
tibus masculis prout in casu isto decessit dominus Hiero-
nymus substitutio ei facta euanuit perindeq3 est ac si facta
non fuerit.l.ex facto.§.pen.ff.ad trebellianum, ⁊ sic non su-
mus in casu quo testator ex sua prouisione voluerit faue-
re agnationi, ⁊ in ea bona conseruare. Ita in effectu ad illā
rationem respondet dominus meus Socin.in.d.consilio.
cxvj.iiij.col.versi.que omnino nō habent aliquo modo ob-
stare. ¶ Bene verum est ⁊ istud ego fateor ꝙ verosimilis
est mens testatoris ꝙ si aliquis ex institutis decesserit cum
masculis tantum vel etiam simul cum feminis qd illi mas-
culi succedant eorum patri. sed tamē dico qd eo casu noluit
quicquā disponere confidens de ipso instituto propter affe
ctionem quam communiter omnes habent ad filios iuxta
commune votum parentum de quo in.l.scripto in fi.ff.vn-
de liberi. ⁊ ex filijs ad masculos ex communi vsu, sem-
per enim videmus omnes exclusis filiabus feminis mas-
culos relinquere heredes. Et sic agnationem ⁊ familiam p
hanc viam conseruare, quam confidentiam non habuit te-
stator quando cum solis filiabus decessisset aliquis ex insti-
tutis quia tunc communiter ⁊ verosimiliter maior esset affe
ctio in filias q̄3 in fratres. Et propter eam causam illo casu
testator voluit prouidere illis fratribus per substitutionem
quam fecit. ¶ Et ex his videntur sublate rōnes prime con
iecture.s.in contrarium allegate. Et per consequens ipsa
coniectura super quibus (licet pro eis plures allegari pos-
sent) non insistam vlterius nec quicquam pono pro con-
stanti tanq3 in presenti casu non sit necessarium, q2 predicta
ꝯiectura p aliā viā clarissime remouebit̄ in sequēti solutiōe.

19 ¶ † Secundo igitur ad dictam cōiecturā respondet̄ ꝙ procedere posset in terminis iuris cōis quo attēto filie femine cū masculis admitti debēt, ⁊ ꝓpea testōr faciens inter ipsos differētiā ⁊ volēs masculos feminis ꝓferri oportet qđ id velit ex sua ꝓpria ⁊ testāria ꝓuisione. sed stāte statuto de quo in themate ꝑ qđ ꝓuidet̄ qđ masculi soli succedant, ⁊ femine dotent̄ cessat rō ꝑdicte ꝯiecture, ⁊ ꝓcedit cōis opi. gl. in. d. l. lucius cū sua declaratione, vt. ṡ. dicamus filios masculos positos in ꝯdōne nō esse ꝑ fideicō. vocatos ſ3 tm̄ dr̄ eis reseruatū ius succedēdi abintestato quod solum ipsis masculis ex forma statuti competit, exclusis feminis, vt in eo statuto dicitur, cui statuto, ⁊ eius dispositioni testator censetur se voluisse conformare, vt voluit Bar. ⁊ sequuntur alij in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. ⁊ tradit Alexan. in consi. lij. prospectis his. ij. ⁊. iij. col. iiij. vol. ⁊ Corn. in consi. xxij. in hac consultatione. v. col. ij. vol. cum similib. multis, ⁊ scribit Deci. in consi. cclvij. queritur an legitimatus. ij. colū. ista est pulchra ⁊ iudicio meo verissima declaratio ad coniecturam predictam, ⁊ sic ad illam opinionem domini Guido. pap. ⁊ dñi Decij in locis in contrarium allegatis, ⁊ eam in indiuiduo multū notabilem facit patruus ⁊ dñs meus Soci. in. d. consi. cxvj. v. col. versi. ꝑ certo ista ratio. ¶ Nec (vt credo) ipsi Guido pap. ⁊ Deci. eam negarent cum stante predicto statuto cesset ratio quam Deci. semper allegat, quā ṡ. retuli, vt ex predictis constat, ⁊ alias qđ certa ratione dr̄ ea cessante denegat̄. l. adigere. §. quam
20 uis. ff. de iure patro. ⁊. c. cum cessante de appel. † ⁊ hinc dicimus, ꝙ dictum aliquod semper d3 restringi ad limites rationis eius. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. cum similibus. ¶ Nec tunc obstabit illa ratio conseruande agnatio
21 nis, q2 ei rñdet̄ vt iam. ṡ. responsum fuit. ¶ † Nec quicquā obstat auctoritas dñi mei Soci. ⁊ Cur. in fine. d. rationis allegate q2 Soci. ipse in eodem loco contrariū determinauit, ⁊ Cur. loquitur in alio casu (posito tm̄ ꝙ eius decisio ibi posita sit vera, de qua ego nō parū dubito) loquit̄. n. ipse in ea disputatione an scilicet substitutio de aliquo facta cēseat̄ ēt de eius filijs facta, vnde cum casus sint diuersi de vno ad aliū nō est arguendū. l. si. ff. de calum. ⁊. l. inter stipulantē. §. sacram versi. sed hac dissimilia. ff. de ver. obli. cū simi. Nec sufficiant ꝙtum ad primā cōiecturā. ṡ. in ꝯrium allegatam.
22 ¶ † Non ob. modo scđa ꝯiectura de onere dotādi quo videntur filij institutorū grauati, qm̄ rñdet̄ similiter duobus modis. ¶ Et primo dici potest ꝙ nec ista coniectura (vbi isto casu concurreret) dr̄ sufficiēs, vt positi in conditione dicātur vocati, qm̄ quicquid dixerit Bar. in. d. l. cēturio ⁊ alij qui sequuntur eū, ꝯ eū est cōis opinio, vt ꝑ Imo. Cuma. ⁊ Alex. ibi, ⁊ pluries ꝯ Bartol. cōsuluit Alexā. ⁊ ipsemet Bar. sibi ꝯrius, cōsuluit ēt Cur. ⁊ collegiū Papiense, ⁊ alij ꝙ3 plurimi ita ꝯ Bar. in. d. l. centurio. tenuerunt, vt plene ꝑ Ias. ibi col. xxx. ⁊. xxxj. qui ēt ꝯ Bar. tenet dicens ꝙ ita est cōis opinio, ⁊ ꝙ opinio Bar. cōiter dānatur tam in scolis ꝙ3 in palatijs, put ēt ante eū dixerat Alex. in consi. ibi per
23 Iaso. allegato † concluditur igitur ſm̄ cōem opinionē ꝙ filij positi in ꝯditione, ēt ꝙ dicantur grauati nō dicuntur aliquo modo per testatorē vocati, ⁊ eandē opinionē cōiter teneri asserit Deci, ⁊ ita illā sequit̄ in predicto consi. xx. ex. xl. nouiter impressis ⁊ in. d. cōsi. ccxcj. in fine. ⁊ si ita velimus tenere preallegata coniectura penitus cessat. super hoc tamen (q2 multi tenent cum Bar. ⁊ ego in. d. l. centurio magis videor opinioni eius inhererre licet dubitem) nō facio multā vim nec curo ꝓ nūc quicꝙ3 firmare q2 (vt nūc osten
24 dam) in proposito nostro nō est necessarium. ¶ † Igitur secundo ⁊ de plano respondetur (posito ꝙ opinio Barto. sit vera) ꝙ nō facit ad casū nostrū, dico enī ꝙ in casu nr̄o isti filij dñi Hieronymi nō dicuntur aliquo modo grauati. Nā verba illa, ⁊ si extarent filie femine, ꝙ dotentur referuntur tantum ad casum qn̄ substitutioni locus esset, ⁊ sic in casu qn̄ aliquis ex filijs testatoris decederet sine descendentibus masculis, quo casu vocantur fratres eius superstites, nam si eo casu ex defuncto extaret aliqua filia femina (per quā testator noluit substitutos excludi) ⁊ ordinauit ꝙ debeat condecenter dotari, ⁊ tale onus dotandi non pōt dici iniunctū filijs masculis decedentis, q2 presupponitur ꝙ non extent, ſ3 dr̄ iniunctum illis substitutis, qui illam filiam excluderent, nam cū ipsi (illa filia exclusa) a testatore dicerētur honorati, iure merito dicerentur a testatore grauari posse iuxta regulam. l. ab eo. C. de fideicō. ⁊. l. sed, ⁊ si sic in fine. ff. de leg. iij. cum similibus. ⁊ ita debere intelligi dicta verba testamen. omnino arbitror, ⁊ puto clarissimum. ¶ Et ex his sublata est ēt scđa cōiectura. ṡ. in ꝯriū allegta. ¶ Ultimo non ob.
25 qđ nouissimo loco dicebatur ꝑ argumen. a fortiori † quia respondetur, ⁊ de plano, ⁊ dico ꝙ nihil penitus facit. Primo q2 argumentū illud procederet qn̄ isti filij dñi Hieronymi fuissent proximiores testatori, ⁊ ab eo verosimiliter magis dilecti ꝙ3 sint substituti, ⁊ in his terminis procedunt que dicunt Cur. in. d. consi. lxxv. ⁊ dñs meus Soci. in. d. consi. cxvj. in locis in contrariū allegatis, vterꝗ3 enim arguit de minus dilecto testatori ad magis dilectum, vt per eos, sed
26 nō sic est in proposito nostro, † q2 ipsi testatori magis presumuntur dilecti substituti qui erant eius filij, ⁊ sibi noti, ꝙ3 isti filij dñi Hieronymi qui sunt illi nepotes, ⁊ nunꝙ3 a testatore cogniti fuerunt, iuxta. l. si viua matre. ⁊ que ibi notātur .C. de bon. mater. ⁊ sic illud argumen. per hāc considerationem totaliter euanescit. ¶ Et licet respectu dñi Hieronymi filij eius dicantur proximiores, ⁊ magis dilecti, tamen nō agimus in presenti de interpretāda dispositione ab ipso dño Hieronymo facta, sed de ea que a testatore facta fuit cuz illi essent remotiores, ⁊ verosimiliter minus dilecti vt di
27 ctum est. Secundo ēt dico qđ argu. ex alio nihil facit, † q2 ideo qui sine masculis descendentibus decederet alienare non potuisset fauore suorū fratrū supstitum, qm̄ illi erant ꝑ fideicōmissum a testatore vocati per expressam substitutionem in dictum casum factam, bona. n. que eo respectu erāt subiecta restitutioni alienari non poterant in preiudicium substitutorū auc. res que. C. cōia de leg. sed talis prohibitio non procedit vbi substitutio expirasset, aut in fauorem eorū qui per substitutionē non sunt vocati, vt. l. fi. §. fin. C. cōia. de leg. ibi propter spem conditiōis minime implende ⁊c. vnde cum in casu isto isti filij dñi Hieronymi non sint aliquo modo substituti, vt plene supra deductum fuit, non pōt dici ꝙ eorū fauore dñs Hieronymus prohibeatur alienare. Et si dicatur ex hoc solum d3 dici qđ fuerint vocati ⁊ de eis facta substituio ne scilicet ad eorum dānū alienatio per patrē eorꝝ fieri posset ⁊ hoc in effectu vr̄ importare argu. ṡ. in ꝯriū factū, rñdet̄ ꝙ hoc ridiculū eēt, q2 ſ3 hoc seq̄ret̄ qđ ꝑpositi i ꝯdōne dicerent̄ vocati qcūꝗ3 esset substitutus qm̄ ꝑ dici posset qđ sicut fauore substituti (qui etiam potest dici extraneus) alienatio dicitur prohibita, ita debet dici prohibita in fauore filiorum in conditione positorum, ⁊ sic per eam viam etiam illi dicentur substituti, quod certe est apertissime falsum, ⁊ istam secundam responsionem ad illud argu. tradit in effectu dominus meus Soci. in. d. ꝯsi. cxvj. vj. col. versi. tertium fundamentum, expresse dicens qđ tale argu. dicitur ridiculosum vt per eum videri potest, ⁊ illud consilium valde considerandum est, q2 in terminis multum fortioribus ⁊ vbi plures erant coniecture ꝙ3 in casu isto cōcluditur positos in conditione non esse vocatos, ⁊ sic ibi a fortiori est decisio nostri casus. ¶ Ex his igitur (sublatis omnibus in contrarium allegatis) concluditur predictos filios domini Hieronymi nullo modo vocatos esse ad fideicommissum ⁊ sic quod in eorum fauorem in testamento domini Ottolini eorum Aui nullum fideicommissum continetur, ⁊ hoc puto clarissimum stantibus his que in puncto preponuntur. ¶ Et ex hoc consequenter sequitur quod dominus Hieronymus potuit bona que alienauit libere alienasse, attento quod cuz filijs masculis decessit, ⁊ sic quod predicti eius filij nullū ius habent aduersus istos emptores, nec in eos dictis bonis possunt aliquo modo molestare. ¶ Plus etiaz
28 dici posset in defensionem istorum emptorum, † videlicet ꝙ posito etiam quod isti filij dicerentur per fideicommissum vocati, adhuc nō possent emptores i rebus emptis molestare, ſ3 a seipsis, vt ab hēdibus dñi Hieronimi vēditoris ptiū consequi deberent, ꝙ ille ex venditione recepit, attento ꝙ tam ipsi ꝙ3 etiam venditor ignorabant tale fideicommissū, data enim tali ignorantia, qui sic bona fide emit non potest postea per fideicōmissarium molestari. vt est de hoc tex. clarus in. l. fin. §. fin. ⁊ ibi tradunt doc. ff. de leg. ij. ⁊ tradūt etiaz omnes maxime Imol. Alex. ⁊ dominus meus Soci. ⁊ Claud.

19 ꝛ Claud.in.l.marcellus.§.res q.ff.ad trebel.† ꝛ talis igno rantia tam emptorum quam venditoris in casu nostro pro batur iuris presumptione; quia scilicet agitur de facto alie no iuxta.l.fi.ff.pro suo. ꝛ capitulo cum quis de regu.iur.li bro.vj.non enim ab eis sed a domino Ottolino testatore tale fideicommissum diceretur ordinatum si aliquo modo
30 adesset. ¶ † Nec ob.respectu vēditoris ꝙ ille fuerit heres dicti testatoris, quia cum esset de suis heredibus non presu mitur habuisse notitiam testamenti nisi probetur prout est communis opinio Barto. ꝛ aliorum in.l.qui rome.§.duo fratres in.iij.q.ff.de verbo.obli. ꝛ reperio ꝙ ita in terminis nostris firmat dominus Alex.in ꝯsi.cccxxix.alias.clxxxiij. viso themate col.fina.ij.vol. ꝛ istud arbitror satis clarum.

¶ Et licet super eo plura adduci possent tamen non insta bo vlterius eo quod in proposito non sit necessarium quo niam veritas, ꝛ quidem clara est predictos filios domini Hieronymi ad fideicommissum nullo modo vocatos per predicta. Laus Deo.

Maria.Soci.iunior Jurisconsul.Padue legens.

CASVS

¶ Marcus vici Martij de castro.s.Angeli.committatus Pisauri in suo vltio testamēto relicta certa q̄titate Mar garite ꝛ Solomee eius filiabus, vniuersales hr̄des instituit Baldum, Julianum, Thadeum, ꝛ Ludouicum eius filios masculos, ꝛ eos inuicē substituit, videlicet vt si quis vel si q ex.d.suis filijs decederet, vel decederent in pupillari etate vel postea quandocunq; sine filijs masculis tunc voluit por tionē vel portiones sic decedentis vel decedentium deueni re in alios eius filios masculos ꝛc.

¶ Et si omnes.d.sui filij decederēt sine filijs masculis, substi tuit quosdam fratres ipsius testatoris, ꝛ prout latius in te stamento legi poterit cuius copia transmittitur.

¶ Ludouicus vnus ex dictis filijs, ꝛ heredibꝰ testatoris (adita pro sua rata patris hereditate) decessit intestatus su perstitibus sibi Bernardino filio, Magdalena, ꝛ Martia filiabus.

¶ Deinde predictus Bernardinus decessit similiter intesta tus supstite Joāne carolo vnico eius filio, ꝛ domina Victo ria eius vxore ipsiusq; Joānis caroli matre.

¶ Demum paulo post mortem.d.Bernardini nonduȝ ela psis quatuor mensibus decessit.d.Jo.carolus adhuc infās supstite sibi p̄dicta domina Victoria eius matre, ꝛ supersti tibus etiaȝ predictis, Magdalena, ꝛ Martia amitis eius, cui Joanni carolo nunq̄ fuit prouisum de tutore, nec etiam a matre eius fuit petitum vt daretur tutor, ꝛ sic cum tuto rem non habuerit non dicitur adiuisse hereditatem patris eius seu ei se immiscuisse.

¶ Controuersia nunc est de bonis que fuerunt.d. Ludouici vel si que alia habuerit.d.Bernardinus ad quem pertineāt an.s.ad matrem Joā.caroli velut eius heredem, an vero sal tem pro aliqua parte ad predictas Magdalenam, ꝛ Mar tiam, filias.d.Ludouici, ꝛ sorores domini Bernardini, ꝛ queritur quid iuris.

SVMMARIVM

¶ Mater per non petitum tutorem quando priuetur suc cessione filij.

¶ Suus heres an transmittat hereditatem non aditam ad quoscunq;.

¶ Filij positi in cōditione quando dicantur vocati.

1 Uxor ad successionem mariti ex vltimo capite vocatur, nō existentibus liberis, vel alijs coniunctis.
2 Mater que confestim non petijt filijs suis dari tutorem nō habet ius succedēdi in eoꝝ bonis, vide.j.nu.12 ꝛ.13.
3 Successionis prima causa dr̄ esse descendentiū ꝛ.j.nu.10.
4 Hereditas non adita non transmittitur.
5 Infans cui est delata hereditas, si tutorem non habeat, per quem hereditas adiri possit vel si habeat, tamen adire negligat, ꝛ in etate infantili decedat, perinde est, ac si ei hereditas nunq̄ fuisset delata, vide.j.nu.19.
6 Hereditas ascendentis non adita transmittitur ad poste ros ipsius heredis.
7 Filij tam masculi q̄ femine viriliter succedunt patri ab in testa.decedenti.
8 Substitutio facta alicui, si decesserit sine filijs masculis, eo defuncto cum filijs masculis, expirauit.
9 Filij in conditione positi secundum magis com.opi.nō cen sentur aliquo modo per fideicommissum vocati, ꝛ vide j.numero.25.
11 Hereditas filij etiam infantis, cum non extant fratres nec sorores deuenit ad matrē vti proximiorem ascendētem.
12 Mater minor.xxv.ann.si non petijt filijs tutorem dari, ei ratione minoris etatis ignoscitur.
13 Mater habet annum ad petendum tutorem dari filijs.
14 Heredes sui licet hereditati paterne nō se immisceant, ta men rōne suitatis ipso iure heredes patris dicuntur, ꝛ ignorantes, ꝛ nō requiritur tutoris auctoritas, etia si pu pilli sint.
15 Heres suus ex potentia suitatis transfert hereditatem pa tris ad quēcūq; suū heredem, etiam si in ea actualiter nō se immiscuerit.
16 Heredis sui existentia an solum operetur trāsmissionem de filio in matrem.
17 Hereditas in quemcunq; etiam extraneum per existentiam sui heredis transmittitur.
18 Ab opi.commu.non est recedendum in consulendo, nec in iudicando.
19 L.si infanti.C.de iur.delib.loquitur in omnibus heredita tibus preter paternā que transmittitur.
20 L.generaliter loquens recipit declarationem, seu limitatio nem per alias leges.
21 Jura inquātum possunt debent concordari.
22 Hereditas in suū heredem peruenire dicit̄ iure ꝯtinuatio nis, ꝛ nō iure deuolutionis. ꝛ ipso iure agnita dicitur.
23 Beneficium abstinēdi a pretore concessum ad fauorem filij nō debet in eius dānū operari.
24 Transmissio dr̄ esse vtilis, ꝛ cōmoda morienti.
26 Filij positi in cōditione dicunt̄ vocati, quādo alia cōiectura concurrit.
27 Filij positi in ꝯditione an cēseant̄ vocati, q̄n pr̄ nō solū eos inuicē substituit, vocādo ēt p̄mortuoꝝ filios masculos si quis illoꝝ sine filijs masculis decesserit, sed etiam fe cit aliā substitutionē, vocādo fratres eius, si dicti eius fi lij sine filijs masculis decesserint.
28 Uerisimile est testōrē ꝓpriā posteritateȝ aliene ꝓposuisse.
29 Filij posititi i ꝯdōne nō simpl'r ſȝ cū q̄litate masculinitatis vt puta si dictū sit, si sine filijs masculis decesserint, cēsent̄ per fideicōmissum vocati, ꝛ rationem assignat.
30 Opinio doctoris allegari non debet, q̄n articulū nō exami nat sed perfunctorie loquitur.
31 Filij positi in ꝯdōne cū qualitate masculini sexus an censeā tur vocati q̄n extat statutū, ꝙ stātibus masculis femine non succedant.
32 Filij positi in ꝯdōne cēsent̄ vocati, q̄n testōr ꝓprias filias a successione exclusit, ꝛ solū certū qd eis reliqͭ, ꝛ filios ma sculos hr̄des instituit, demū substituēdo filios tm̄ mascu los suoꝝ filioꝝ institutoꝝ posuit in ꝯdōne, et alios suos filios supstites, vel p̄mortuoꝝ filios masculos substituit, feminis sp̄ exclusis, ꝛ eo magis q̄n in secūdo capite sub stitu.vocauit fratres suos, feminis exclusis.
33 Rō q̄ sit ꝙ statuta Italie feminas excludūt stātibꝰ mascu.
34 Testm̄ in quo masculi de agnatione feminis preferuntur dicitur factū gratia sue agnationis conseruande.
35 Femine nō excludūt substōnē fcām fauore ꝯseruāde agna tionis, ēt si in ea dicat̄, si sine filijs decesserit, qr̄ exponitur idest masculis concurrentibus alijs, de quibus hic.

CONSILIVM CXIX



Irrigat Dominus verba mea in viam veritatis, ꝛ iustitie. Uiso testō p̄dicti Marci simul ꝛ ꝯtingētia facti, oibusq; diligēter ꝯsideratis, vr̄ prima fronte dōȝ ꝙ predicta dn̄a Uictoria mater

Joannis caroli nuper defuncti sit penitus reijcienda ab om-
nibus predictis bonis, nã si quo modo illa velit admitti so-
luz potest venire vt heres predicti filij sui non autem illa po
1 test dici heres predicti Bernardini mariti eius, † quia
vxor vocatur ex vltimo capite non existentibus liberis, vel
alijs coniunctis defuncti vt. l. i. C. vnde vir ⁊ vx. vnde cum
isto casu extaret Joannes Carolus filius Bernardini, ex-
tarent ⁊ sorores eius, non potest dici ꝙ tanq̃ vxor domi
na Uictoria vocari aliquo modo possit ⁊ hoc est indubita
tum. ¶ Sed videtur etiam ꝙ nec vt heres predicti sui filij
venire possit ergo ⁊c. ¶ Illud autem primo videtur pro-
2 bari † qr cum illa domina Uictoria nec acceperit tutelam
predicti filij nec etiam petierit alium tutorem dari, videtur
ꝙ ex hac sua negligentia efficiatur indigna hereditate eius-
dem filij infra pubertatẽ decedentis iuxta. l. sciant cũcti. C.
de legit. here. ⁊ est tex. clarus in. l. ij. §. si mater. ff. ad tertul.
vbi expresse dicitur ꝙ mater que confestim nõ petierit da
ri tutorem filijs suis tutorem non habentibus non habet
ius succedendi ipsis filijs, sic igitur videtur primo dicenduz
ꝙ domina Uictoria nõ possit dici heres. d. Joãnis caroli.
¶ Secundo posito ꝙ illa possit heres dici predicti sui filij
adhuc tamen videtur ꝙ non possit eo pretextu quicq̃ habe
re de bonis ⁊ hereditate predicti Bernardini mariti eius
⁊ patris. d. Joã. caroli, quoniam licet eius hereditas fuerit
delata ipsi Joanni carolo vti filio suo vnico † eo ꝙ prima
causa successionis dicitur esse descendentium vt in auct. in
3 successione, ⁊ in corpore vnde sumitur. C. de suis ⁊ legi. † ta
men ex quo predicta hereditas nunq̃ fuit adita per predi-
ctum Jo. carolum seu ei se nunq̃ immiscuit vt in pũcto nar
ratur videtur ꝙ eam ad matrem eius velut eius heredem
4 non potuerit transmittere † est enim regula satis nota ꝙ he
reditas non adita non transmittitur. l. quoniam sororẽ. C.
de iure deliber. ⁊. l. vnica. §. in nouissimo. C. de caduc. tol. ⁊
tradunt Bar. ⁊ alij in. l. ventre. ff. de acquir. here. ¶ Et ma
xime hoc dicendum videtur attento ꝙ ille Jo. carolus de-
cessit infans prout videtur casus clarus in. l. si infanti versi.
5 si vero vel non sit tutor ⁊c. C. de iure deliber. † vbi apte di-
citur ꝙ si infans cui hereditas sit delata tutorem non habe
bat per quem hereditas adiri possit prout erat in casu no-
stro, vel si habebat tutorem tamen adire negligat, ⁊ in etate
infantili decedat, perinde est ac si ei nunq̃ hereditas fuerit
delata, ⁊ ad eam vocabuntur ille persone que ab initio fuis-
sent vocate illo infante non existente in rerum natura, vnde
in proposito casu videtur ꝙ ad hereditatem predicti Ber
nardini venire debeant sorores eius, que Jo. carolo non exi
stente admisse fuissent abinitio. ¶ Nec istis videtur ob-
stare ꝙ Jo. carolus esset in potestate patris, ⁊ sic tãq̃ suus
heres dicatur hereditatem transmisisse licet ei re ipsa se non
6 immiscuerit, † quoniam videtur illud procedere tantũ quã
do ageretur de transmittenda hereditate ascendentiuz non
adita ad posteros ipsius heredis iuxta. l. vnicam. C. de his
qui ante apt. tab. non autem procedere videtur respectu eo
rum qui non sunt de liberis, nam in eos siue sint extranei si-
ue etiam sint de ascendentibus ex linea materna (prout isto
casu agitur de matre) non videtur ꝙ transmittatur heredi
tas non adita secundum regulam predictam. ¶ Maxime
attento ꝙ in. d. l. si infanti dicitur omnes hereditates ad in
fantem deuolutas haberi pro non delatis, ⁊ sic in verbis il-
lis vniuersalibus etiam paterna hereditas videtur compre
hẽdi, quia qui omne dicit nihil excludit. l. iulianus. in prin.
ff. de leg. tertio. ⁊. c. si romanorũ. xviiij. distin. cũ similibus.
⁊ hanc opinionem tanq̃ veriorem secundum eum sequitur
signanter Saly. in. l. apud hostes. C. de suis ⁊ legiti. post
aliquos antiquos per eum relatos, ⁊ idem videtur velle in.
l. si fratris. C. de iure delib. ⁊ in infãte (put est casus noster)
eam tenet Bal. in. d. l. si infanti per illum tex. ¶ Tertio po
sito ꝙ in dictam dominam Uictoriam velut heredem eius
Joãnes carolus infans aliquo iure transmiserit hereditatẽ
Bernardini patris eius, tamen non videtur ꝙ illa admitta
tur ad omnia bona que fuerunt Ludouici predicti, sed tan
tum ad tertiam partem, quia talis pars dũtaxat videtur p-
tinuisse ad predictum Bernardinum, ⁊ alie due partes vi-
dentur pertinuisse ad predictas dominas Magdalenam,
7 ⁊ Martiam. † Nam cum. d. Ludouicus decesserit intesta
tus omnes eius filij tam femine, q̃ masculi vniuersaliter di
cuntur ei successisse vt. d. auct. in successione. C. de suis ⁊ le
gi. ⁊ in corpore vnde sumitur. ¶ Nec huic conclusioni vi-
detur obstare testamentum predicti Marci patris predicti
8 Ludouici † qr cũ subistõ cuilibet filio facta fuerit si decesse
rit sine filijs masculis iaz. d. substõ expirauit quo ad ipz Lu
do. ex quo dcessit supstite filio eiꝰ Bernardino ⁊ sic cũ filijs
masculis, vt. l. nõ est sine liberis. ff. d ver. signi. ¶ Nec vide
tur posse dici, ꝙ imo. d. Bernardinus fuerit solus vocatus
per fideicommissum post mortem. d. Ludouici patris eius
tanq̃ masculus, attento ꝙ testator dicendo si decesserit sine
filijs masculis videtur ipsos filios masculos velle admitti,
⁊ sic eos per fideicommissuz vocare, vt videtur probari in.
l. titius. ff. de here. insti. ibi nam prudẽs ꝯsiliuz testantis ⁊c.
9 † quoniaz videtur posse responderi ꝙ immo ex quo filij ma
sculi sunt simpliciter positi in conditione non censentur ali-
quo modo vocati p fideicõmissum secundum magis com-
munem opinionem. licet enim aliqui teneant quod positi
in conditione simpliciter censeantur vocati per dictam.
l. lucius, ⁊ per alia quedam, tamen magis communi-
ter tenetur contrarium, ⁊ concluditur ꝙ immo positi in
conditione nõ censentur vocati, prout post glo. tenẽt Bar.
Bal. Ang. Cuma. Jmol. ⁊ alij fere omnes in. d. l. lucius, ⁊
idem voluit glo. in. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad trebel. quam
similiter quasi omnes docto. sequuntur, vt ibi per Alexan.
qui dicit istam esse communem opi. ⁊ ꝙ secundum eam se-
pe consuluit, ⁊ inter cetera ita consuluit in consilio. clxxxv.
viso tititulo questionis secundo volumi. ⁊ fundamentum
est quia que ponuntur in conditione non sunt in dispositio-
ne. l. si quis sub conditione dandorum. x. ff. si quis omis.
cau. testa. ⁊ istam partem tanq̃ communem consulendo se
pe sequuntur docto. nostri. vt Cuma. in consi. cxxj. Gherar
dus quondam prima col. Corne. in consi. j. in presenti ar-
dua. x. col. ⁊ sequen. iij. vol. patruus ⁊ dominus meus So-
cin. in consi. ciiij. quoniam presens consultatio. v. col. iij. vo.
⁊ in consi. lxv. viso capitulo in prin. eo. vol. Cur. in consi.
lxiij. antiquissima, ⁊ nobilissima. iiij. ⁊. v. colũ. ⁊ dominus
Philippus Deci. in consi. xx. ⁊ pro tenui facultate in p̃n.
inter. xl. nouiter impressa cuz multis concordantibus quos
longum esset referre. Si igitur dictus Bernardinus eo ꝙ
solum dicitur in conditione positus non dicitur vocatus se
cundum predicta seqtur ꝙ Ludouicus pater eius dicitur
sine aliquo onere ipsi Bernardino restituẽdi decessisse inte-
status, ⁊ per consequens quod ad eius bona pariter. ⁊ pro
virili portione admisse fuerunt vna cum ipso Bernardi-
no, etiam domina Magdalena, ⁊ Martia filie ipsius vt. s.
dicebam, ⁊ ideo videtur ꝙ nunc ad dominam Uictoriam
vti matrẽ ⁊ hrdẽ do. Jo. caroli solũ pertineat tertia portio
ex persona predicti Bernardini. ¶ Predictis tamen aut
aliquo eoꝝ non obstantibus prout vere nihil obstãt verius
de iure arbitror quod domina Uictoria per mediam per-
sonaz Jo. caroli eius filij vt heres eius admittatur ad here
ditatem ⁊ bona predicti Bernardini, ⁊ per eam viam ad
omnia bona que fuerunt Ludouici, quia scilicet ad ea vni-
uersaliter vocatus fuerat Bernardinus predictus ex ordi
ne ⁊ dispositione predicti Marci testatoris, vt inferius ostẽ
detur. ¶ Et fundamentuz huius conclusionis de se pater.
10 † Non enim est dubiuz hereditatem. d. Bernardini perti
nuisse ad Joannem carolum eius filium omnibus alijs ex-
11 clusis vt. d. auc. in successione. C. de suis, ⁊ legi. † ⁊ succes-
siue postea hereditatez domini Joan. caroli non est dubium
peruenisse ad dictam dominam Uictoriaz matrez eius qr
cum ille decesserit infans, ⁊ sic sine descendentibus eius he-
reditas ad matrem vti proximiorem ascendentem deue-
nit, vt in aucten. defuncto, ⁊ in corpore vnde sumitur. C. ad
senatusconsul. tertulia. ⁊ quidem tota cum nulli extent
fratres aut sorores dicti Joan. caroli vt ibidem dicitur, me
rito ergo ipsa domina Uictoria ex persona filij sui vti he-
res eius vocari dicitur ad omnia bona que fuerunt Ber-
nardini patris, dicti Joannis caroli ⁊ sic etiam vniuersa-
liter ad bona que fuerunt domini Ludouici ad que domi-
nus Bernardinus dicebatur ex causa fideicommissi voca
12 tus vt late infra patebit. ¶ † Soluz itaq̃ in proposito stat
difficultas in his que supra in contrarium allegata sunt.

Eis enim

Eis enim sublatis conclusio predicta apparebit verissima. Ad singula ergo seriatim, ꝛ de plano respondetur vt infra. ¶ Et primo respondendo ad primum dico ꝙ immo domina Uictoria vere, ꝛ iuridice dicitur heres predicti Joan. caroli eius filij, licet non petierit ei tutorem dari, nam ꝛ si multifariam ad allegata in contrarium responderi potest, tamen duobus modis, ꝛ eorū quolibet tollitur omnis difficultas. ¶ Prio qꝛ regula illa ꝙ mater nō petēs dari tutorem filio priuetur eius successione procedit qñ illa esset maior. xxv. annis. sed si esset minor eius etati ignoscendum est. l. fi. C. si aduer. delict. ꝛ ita declarāt doc. maxime Saly. in. d. l. sciāt cuncti in prin. C. de legi. here. sed ista dña Ui-
13 ctoria erat, ꝛ adhuc est minor. xx. ann. ergo ꝛc. ¶ † Secundo quia illa regula procedit quando negligentia in non petendo tutorem fuerit per annum vt ibi clare dicitur in tex. ꝛ secundum illum tex. loquentem de anno debet intelligi. d. l. ij. §. si mater. ff. ad tertu. prout etiā videtur hoc velle tex. in eadē. l. ij. §. confestim, sed in casu isto non interuenit tempus anni, sed tantum trium aut quatuor mensium ergo ꝛc. ¶ Et ex his est sublata prima difficultas ꝛ concluditur ꝙ domina Uictoria dicitur verus heres predicti sui filij.
Nec ob. modo secunda difficultas dum dicebatur ꝙ hereditas predicti Bernardini cui. d. Joānes carolus nō se immiscuit nō potuit in dominam Uictoriam matrem, ꝛ heredem eius transferri, cum pro regula hereditas non adita nō transferratur vt in argu. dicebatur. ¶ Quoniam respon-
14 detur duobus modis. ¶ † Et primo ꝙ illa regula non procedit in suis heredibus, naꝫ licet illi se actualiter nō imiscuerit paterne hereditati, tñ cū rōne suitatis dicantur ipso iure heredes patris cum facultate tamen abstinendi iuxta. §. sed his ꝑtor ꝑmittit instit. de here. qualit. ꝛ diffe. ꝛ qdē etiā ignorantes vt est tex. clarus in. §. sui autem heredes insti. de hereditate que ab intest. defer. cum similibus vbi plus etiā dicitur ad propositum nostrum ꝙ pupillis non est opus tutoris auctoritate, dicam igitur in casu isto quod Joannes carolus (qui erat in potestate. d. Bernardini) dicitur ipso iure factus heres patris eius ratione suitatis licet tutorem
15 nō habuerit † ꝛ propter talem existentiam sui heredis dicit transferre potuisse patris hereditatem ad quemcunqꝫ suuꝫ heredem, tam ꝛ si actualiter se nō imiscuerit, ꝛ de hoc communiter allegatur textus. in. l. si fratris. C. de iure deliberandi. vbi Bartolus ꝛ alij magis communiter ita tenent per illū tex. vbi de hoc est casus, nam dicitur ꝙ si filius fuerit in potestate patris tempore mortis eius dicitur statim suus heres extitisse, ꝛ licet post paucos dies decedat etiaꝫ filius in eius heredes transmittit patris hereditatē, ꝛ ideo vt ibi dicitur frater illius primi defuncti nō poterit ad eius successionem venire, ꝛ ita in casu nostro dicemus de istis sororibus Bernardini vt. s. ad eius successionem venire non possint, qꝛ Joannes Carolus filius ꝛ in potestate existens statim fuit factus suus heres patri, ꝛ paulo post decedens dicitur in suū heredem, ꝛ sic in dominaꝫ Uictoriam matrē eius transtulisse patris hereditatem per illum tex. cum his que ibi dicuntur per doct. ¶ Et licet aliqui contrarium tenentes conentur cauillose ad illum tex. respondere, tamen eorum opinio communiter reprobatur, ꝛ inductio predicta ad propositum nostrum communiter defenditur, vt ibi per Moder. maxime per Corn. qui etiam pro ista communi opinione allegat alia fundamenta que gratia breuitatis non refero, sed ibi videantur, ꝛ hanc opinionem sequitur Ang. in cōsilio. cclxxxvj. pro clariori in prin. dicens pro ea se pluries consuluisse ꝛ iudicasse. ¶ Secūdo responderi potest (siquis velit ꝙ immo existentia sui heredis non operetur transmissionem hereditatis ad quoscunqꝫ heredes licet sit falsum) ꝙ tamen specialiter ad matrem tanqꝫ ascēdentem transmitti potest vigore extñie sui heredis vt vꝛ tex. in. l. apud hostes. C. de suis ꝛ legit. hered. ꝛ ita voluit ibi
16 glo. ꝛ videntur sequi multi doct. summantes illum tex. † nā dicunt ꝙ existentia sui heredis operatur transmissionem de filia in matrem vt est ibi summarium Alber. de Rosa. Bald. ꝛ quorundam aliorum, sed hic sumus in matre ergo ꝛc. ¶ Est bene verum ꝙ glo. ibi magis communiter, ꝛ fere ab omnibus reprobatur in eo ꝙ volens esse speciale in matre, negat respectu aliorum heredum extraneorū trāsmissionem fieri, nam tenetur communiter ꝙ ēt i extraneos fit transmissio vt ibi per Bar. Alber. Pau. de cast. Corn. ꝛ alios per illum tex. ꝛ per. d. l. si fratris. C. de iure deliber. de quo dixi in prima solut. Sed tamen credendū est quod docto. qui compellerētur contrariuꝫ dicere in extraneis heredibus saltē in mr̄e tenerēt fieri trāsmissionē per. d. l. apud
17 hostes, ꝛ hoc modo seruiat ista secūda solutio. ¶ † Fateor tamē ꝙ verior, ꝛ communis opinio est ꝙ in quēcunqꝫ etiā extraneum propter existentiam sui heredis trāsmittitur, vt in prima solutione dictum fuit, quicquid in contrarium dixerint Saly. ꝛ alij quidam, vt per eum in. d. l. apud hostes,
18 ꝛ retuli. s. in arg. a qua communi opinione iudicādo, ꝛ consulendo nō est recedendum iuxta notata per Bar. ꝛ alios in. l. fi. C. de pena iudi. qui male iudi. ꝛ ꝑ canoni. in. c. ne initaris extra de consti. pro quo est tex. in. l. j. ff. de offi. questo. ibi, Crebrior apud veteres ꝛc. cuꝫ multis similibus de quibus per Cor. in consi. clxxxvj. quāqꝫ presens cōsultatio prima col. iij. vol. per Roma. in ꝯsi. clxxix. amplissime doctor v. col. ver. j. qꝛ cōmunis doc. ꝛc. ꝛ Andr. barba. in ꝯsi. xix. preclare scribitur primo regum. vj. col. ij. vol. cum infinitis concordantibus ꝛc. ¶ Nec huic cōi opin. obst. d. l. si infan
19 ti. in ꝟ. si vo ꝛc. † qꝛ rn̄det ꝙ ille tex. intelligi dꝫ in alijs hr̄ditatibus preter pr̄nā in qua sui heredis existentia ꝯsideret cum in ea sit in iure clara determinatio quod transmittit lꝫ actualiter decedens filius in ea se nō imiscuerit vt est tex. in. d. l. si fratris eo. tit. ꝛ in. d. l. apud hostes C. de suis, ꝛ legiti. cum similibus allegatis per Bar. in. d. l. si infanti. iij. col.
20 † Sic ergo. d. l. si infanti. generaliter loquens recipit declarationem seu limitationem per alias leges iuxta. l. non est
21 nouum cum duabus sequentibus. ff. de legi. † debent enim semper iura inquātum possunt concordari. l. vnica. C. de in off. dot. ꝛ. c. cum expediat de elect. lib. vj. Et licet ibi dicatur omnes hereditates tamen intelligi debet excepta hereditate patris respectu suorum heredum, ita ad illum tex. respondet ibi Bartolus post quosdam antiquos, ꝛ hanc solutionem sequuntur communiter docto. vt ibi per Alex. Corne. ꝛ Jas. ꝛ ista sol. secundum Bar. ꝛ sequaces ibi ꝓbatur quia. tex. ibi loquitur de hereditatibus deuolutis, ꝛ
22 nō agnitis † sed in suū hr̄dē hereditas ꝑuenit iure cōtinuationis cuiusdam non iure deuolutionis vt. l. in suis. ff. de li. ꝛ post. ꝛ in ea non requiritur agnitio, sed ipso iure ex. l. dispositione dicitur agnita, idest statim fit quis heres. l. sic disponente vt. s. dixi, vnde in tali hereditate non cadit ꝙ non sit agnita ꝛ ideo in ea non procedit. d. l. si infanti que loqui-
23 tur tantū de non agnita. ¶ † Et licet filius habeat a pretore beneficium abstinendi, vt in. §. sed his pretor insti. de hered. quali. ꝛ diff. tamen illud dicitur inductum in eius fauorem, vnde non debet quicqꝫ operari ad eius damnum. l. qꝺ fauore. C. de legi. ꝛ traditur per illum tex. in. l. si filius qui
24 patri. ff. de vulg. ꝛ pupil. substi. † ꝛ ideo non debet impedire transmissioneꝫ que dicitur vtilis, ꝛ commoda ipsi morienti prout declarat Bar. in. d. l. si infanti. iij. col. ꝛ ita omnino tāquam communius, ꝛ verius tenendum est, prout etiam tenuit Bal. se ipsum corrigendo in. d. l. apud hostes. C. ꝺ suis ꝛ legit. ¶ Et ex his illa secunda difficultate sublata concluditur in proposito casu ꝙ Joā. carolus lꝫ infans decesserit in dominam Uictoriam matrem, ꝛ heredem eius transtulit hereditatem Bernanrdini patris eius predefuncti ꝛc.
¶ Nunc superst tertia difficultas pro cuius resolutione dico in primis, ꝛ concludo ꝙ licet Ludouicus decesserit intestatus, ꝛ ei quo ad eius hereditatem virtualiter successerint omnes filij, tamen ille dicitur in effectu in testamento patris eius grauatus suam portionem paterne hereditatis restituere suis filijs masculis, si qui sibi morienti supersint, ꝛ sic in proposito predicto Bernardino vnico eius filio masculo.
¶ Et hoc sumit ex illis vbis testōris si quis ōcederet sine filijs masculis ꝛc. nam per talia verba dicitur testator illos filios masculos nedum posuisse in conditione ad exclusionem substitutorum, sed etiam vocasse per fideicommissum, secundum ꝙ demonstrabitur ex infra dicendis, ex quibus apparebit allegata. s. in contrarium nullo modo obstare.
25 ¶ † Et primo posset tentari, ꝙ forte in puncto iuris verior sit illa opinio ꝙ filij positi in conditione ex eo tantum dicātur per fideicōmissum vocati prout tenuerunt Old. ꝛ Saly.

in.l.j.C.de conditio.insert. Ludoui.de Roma in.l.si cum dotem in principio.ff.soluto matrimonio.qui dicit hoc esse verissimuȝ, Andreas barba.in consi.xxvij.scripsit Doctissimus decimasecunda, ⁊ decimatertia colum.primo volumi. ⁊ Cur.in consilio.lj.super testamentis Albert. nona, ⁊ decima colum.cum pluribus alijs docto.non modice auctoritatis tam antiquis q̃ȝ modernis vt per predictos in locis preallegatis, ⁊ per Corne.in consi.cxlvj.in hac consultatione quinta colum.secundo volu.¶ Et pro ista opinione, vt omnes predicti dicunt videtur casus in.l.lucius.la secũda. ff.de here.insti.vbi in substitutione facta per testatorem fratri instituto heredi si filios non habuerit,dicit Jurisconsul. q aiaduertit prudẽs ꝯsiliũ testãtis,qui nedũ frẽm institutũ pretulit substitutis sed etiã eius liberos,⁊ si eos dicitur pretulisse substitutis sicut fratrem institutum videtur multum concludenter dicendum q sicut fratrem pretulit ex testamento,ita etiaȝ ⁊ eius liberos in conditione positos similiter ex testamento pretulerit(⁊ sic q in eorum fauorem testator dicatur fecisse fideicommissum)sic etenim prelatio dicetur eodem modo facta scilicet ex testamento, ⁊ idem ius erit in vtroqȝ prout videntur inportare illa verba, sed etiã eius liberos prout illum textum fortiter inducit Barbat. in consi.xxvij.col.xiij.⁊ per istam inductionem videtur tolli dictũ gl.ibi ⁊ aliorum magis cõmuniter videlicet q pretulit conseruando eis legitimam successionem vt per doct. ibi,nam illud videtur contra illum tex.qui omnino videtur velle q prelatio illa dicatur fieri ex testamento,non autem in conseruanda successione abintestato,qr vere tunc prelatio videretur fieri per legem non per prudens consi.testantis, ⁊ vbi vellemus tenere istam opinionem in casu nostro res esset clara,qr cũ Bernardinus fuerit in ꝯdõne positus diceretur per fideicommissuȝ vocatus. ⁊c.¶ Istam opinionem(licet videatur multuȝ equa)non audeo firmare,⁊ aliquando pro ea requisitus consulere recusaui, qr communis opinio est in contrarium vt.s.dixi eam tamen opin.non puto parui faciendam,sed admoduȝ considerandã, ⁊ adeo q iunctis his que statim subijciam, in proposito casu eam habeam pro vera. ¶ Igitur secundo dico q posita communi opinione, q positi in conditione simplicier, ⁊ alia non concurrant non censeantur vocati secundum gl.Bar. Ange.⁊ alios in.d.l.lucius.tamen quando cum eo q filij sunt positi in conditione concurrit aliqua alia cõiectura pp quã testator videatur eos vocasse de facili recedimus ab illa cõmuni opinione, ⁊ dicimus tunc eos ex testamento vocatos vt sepe dicunt docto.nostri maxime Cor.in.d.consil. cxlvj.ij.vol.vj.col.⁊ in consi.xx.videtur prima facie.viij.co.
26 ⁊ in consi.cclxxiij.dubia satis post princi.iiij.vol.† vbi dicit q semper tam legendo q̃ȝ consulendo arbitratus fuit q cõcurrente aliqua alia coniectura filij positi in conditione dicantur vocati, ⁊ hoc ideȝ dixit in consi.xxij.in hac consultatione secunda.⁊ tertia col.secundo volu. ⁊ patruus ⁊ dominus meus Soci.in consi.lxxiij.capiendo primum col.pen. iiij.vol.dicit q stantibus alijs coniecturis vidit sepius consultum q positi in conditioue, censeãtur vocati, sed sic est q in proposito casu alie extant coniecture, ⁊ quidem vrgentissime suadentes predictum Bernardinuȝ fuisse per testa-
27 torem vocatũ ad fideicommissuȝ ergo ⁊c.¶ † Una etenim extat coniectura quia testator non solum suos filios inuicem substituit vocando etiam premortuorum filios masculos siquis ex illis filijs sine filijs masculis decesserit, sed etiam processit ad aliam substitutionem vocando fratres eius si omnes eius filij sine filijs masculis decesserint, nam isto casu dicendun est filios masculos institutorum filiorum positos in conditione haberi pro substitutis vt sic ipsi per testatorem dicantur vocati per fideicommissum antequam vocentur fratres expresse substituti in secundo capite substitutionis,argumento.l.cum auus.ff.de conditione ⁊ demonstratio.⁊.l.cum acutissimi,C.de fideicommiss.
28 † Uerosimile etenim est(prout.d.iuribus probatur)testatorem propriam posteritatam aliene preposuisse, ⁊ ita per fideicommissum eam vocasse cum eis non obstantibus vocauerit in secundo capite substitutionis fratres suos, ⁊ sic alienam sobolem ,ita in proposito nostro per hanc considerationem determinat multum signanter Petrus de anchar. in consi.lxxiij.alias.lxx.contra Philippum faciunt,prope finem dicens quod qui vult tenere illam communem opinionem,videlicet q filij positi in conditione non censeantur vocati debet eam limitare nisi testator processerit ad secundum caput substitu. vt modo declaraui, qui etiã subdit q ista limitatio dicitur iustissima, ⁊ equa,⁊ contra eã nihil dici potest, ⁊ eam etiam videtur sequi maxime loquendo in descendentibus(prout est casus noster) dñs Alexã. in consi.lxiij.difficultas dubitationis secunda col.ver.corroborantur predicta ⁊c.quinto vol.¶ Uerum est q ex hac sola coniectura non inducerer ad ita consulendum, quia super ea dubitari potest vt dicit Alex.in loco predicto, ⁊ dominus meus Soci.in.d.l.cũ auus col.pen.sed vna cũ alijs que statim dicam puto eam valde considerandaȝ. ¶ Alia ergo, ⁊ secunda coniectura est in casu isto que sola sufficeret vt predictus Bernardinus dicatur per fideicommissuȝ vo-
29 catus † nam testator substituẽdo nõ dixit simpliciter, si sine filijs decederent, sed cuȝ qualificatione masculini sexus dictũ fuit,si decederent sine filijs masculis. In quo casu limitatur illa cõmunis opinio, ⁊ concluditur q filij masculi positi in conditione censentur vocati.ita notabiliter determinat dñs Guido pape in suis qõ.i.q.clxxxiiij.in illa.q. qua queritur ita etiam solitus est tenere Excellentissimus etate nostra iureconsultus. ⁊ mihi compater honorandus dominus Philippus Deci.vt patet per eum in.l.i.v.col. versi. vltimo singulariter nota.C.de pactis in consilio.cclxx.dominus Raynaldus.iij.col.ver.venio ad secunduȝ, ⁊ in consilio .ccxvij.in causa istoruȝ nobilium.ij.col. ⁊ ante istos ita voluit patruus, ⁊ dominus meus Soci.in consi.cxvj.in causa filioruȝ excell.v.col.ver.sed contra hoc posset ingeniose. iij.vol. ⁊ huius limitationis in proposito vrgẽtissima ratio assignatur,qr cum testator masculos dumtaxat posuerit in cõditione ad exclusionẽ substitutorum, ⁊ nõ feminas(quas in effectu voluit per substitutos excludi)non potest dici q voluerit in suo prudẽti cõsilio (de quo loquitur.d.l.lutius) reseruare positis in conditione ius succedendi ab intestato qr tunc pariter femine cuȝ masculis admitterẽtur vt in auc. de here.ab intesta.in prin.col.ix.qd omnino esset ꝯtra mentem ⁊ voluntatem testatoris(que ante omnia seruari debet. l.iij.C.de liber.preteri. ⁊.l.in conditionibus primum locuȝ. ff.de condi.⁊ demon.cum similibus.) cum igitur testator voluerit solos masculos admitti, ⁊ id non fiat abintestato sequitur necessario quod voluit eos admitti ex testamento ⁊ per consequens dicitur eos vocasse per fideicõ.⁊ ita istam rationem allegant dominus meus Socinus, ⁊ Deci.in locis predictis, ⁊ hanc opinionem per hanc rationeȝ videtur etiam sentire Corne.in consi .xx.videtur prima facie col.penul.quarto volu.⁊ eam ego puto verissimam stando in terminis iuris communis prout in casu nostro sumus.¶ Et licet aliquando qui ponunt illa communem opinionem loquantur in casu quo fuerat dictum sine filijs masculis,tamẽ de eis non est facienda vis,quia non aduerterunt ad rationem predictam que ꝯcludentissima est, ⁊ non tetigerunt in specie hanc difficultatem,an scilicet expressio masculini sexus positorum in conditioue faciat eos videri ex testamen-
30 to vocatos,† ⁊ alias dici solet quod non debet opinio alicuius Doctoris allegari quando nõ examinat articulum sed perfunctorie aliqua ponit,vt tradit Abb.in.c.bone el secundo colum.fina.de postulatio.prelato. ⁊ Fulgo.in con-
31 silio.cij.presupposito statuto.iij.col.¶ † Et forte etiam predicti doct.loquuntur quando tempore facti testamenti in loco extabat statutum excludens feminas,extantibus masculis,quo casu de ista limitatione dubitari potest,quia tunc cessat eius ratio, ⁊ ego illam eo casu non tenereȝ pro secura. ¶ Sed stando vt dixi in terminis iuris communis(vt isto casu contingit)arbitror predictam limitationẽ omnino tenendam ⁊ tanq̃ȝ veram ⁊ etiam tanq̃ȝ communem cuȝ omnes qui difficultateȝ tangunt illam firment. Sic igitur secũdũ eã sequitur q Bernardinus predictus dicatur fuisse vniuersaliter per fideicommissum vocatus ad bona patris eius
32 exclusis Magdalena, ⁊ Martia eius sororibus. ¶ † Adest preterea in casu isto ⁊ tertia coniectura, que etiam est satis potẽs, nam primo iste testator proprias filias exclusit ab vniuersali successione, ⁊ solum certum quid eis reliquit

liquit & filios masculos heredes vl'es instituit, deinde sub-stituendo filios tm̄ masculos institutoꝝ filioꝝ posuit in conditione, & alios suos filios superstites vel premortuorum filios masculos substituit feminis semper exclusis, & plus ēt in scdo capite substitutionis vocauit fratres suos similiter exclusis feminis, ex quibus necessario ostenditur, ꝙ mens testatoris clara fuit eum omnia fecisse fauore sexus masculini & gratia sue agnationis ꝯseruande, que solum per masculos cōseruatur, & non per feminas. l. ꝓnunciatio. in fi. ff. de
33 ver. sig. & hoc satis est expeditum, † & ista cōiter reputatur ratio multoꝝ statutorum Italie, quibus femine ꝓpter masculos excluduntur, vt' plene traditur per And. barb. in cōsi. lvij. clementissimum Deum. xj. col. iiij. vol. & per do. Deci. in ꝯsi. ccxxvij. in casu ad me transmisso. iij. colum. in prin.
34 † & ibi dicit in terminis nostris sic ꝯsiderandum esse in testamentis in quibus semper masculi de agnatione preferūtur feminis, & ita ēt dixit do. meus Socin. in consi. xij. presens consultatio. ij. col. iij. volu. & plene tradit Cur. in ꝯsi. lj. super
35 testamentis Alb. ij. & iij. col. & quasi per tot. ¶ † Et adeo verum est, ꝙ in talibus testamentis, & substitutionibus censeatur habita ratio ꝯseruande agnationis, vt sic femine dicantur excluse, ꝙ si simpliciter dicatur si sine filijs decesserit, concurrentibus alijs de quibus. s. talia verba interpretantur sine filijs. s. masculis, vt sic filie femine non excludāt substitutionem factam fauore ꝯseruande agnationis. ita signāter consuluit Fulg. in consi. xviij. Solummodo fecit testm̄. & in consi. xxxviij. in proposita qōne. Pau. de cas. in ꝯsi. lxxix. casus iste frequenter contingit. & in consi. cclvij. viso. d. testamento. & vterqꝫ ponit in. l. i. C. de condi. insti. Andr. barba. in consi. impresso inter consil. Alex. nu. xlviij. & alias. lij. circa hanc dubitationem. iiij. vol. Cor. in consi. cxlvj. in hac ꝯsultatione. ij. & iij. col. ij. volu. & plene tradit do. meus Soci. in. l. cum auus. col. mihi. xlv. cum aliquibus sequen. ff. de condi. & dem. in consil. vj. in presenti ꝯsultatione. v. & vj. colum. & in consi. xiiij. viso testō. ij. col. iij. volu. & in alio consil. impresso inter ꝯsil. Curt. nu. xl. qm̄ in presentiaꝝ. iij. colū. & per Dec. in ꝯsi. xv. & pro tenui. iiij. col. cum multis cōcord. quos referre longum esset &c. ¶ Hoc igitur stante (prout verissimum est) ꝙ in casu isto talis substitutio dicatur facta fauore conseruande agnationis inferendū est ꝙ testator ponendo in ꝯditione filios masculos institutoꝝ, dicit̄ eos vocasse per fideicōmissuꝫ exclusis feminis vt sic per eos agnatio ꝯseruetur, & ita istam consequentiam vr̄ facere Curt. in consi. lxxv. do. Ludouicus lotharius. iiij. col. versi. sed ita est ꝙ de ꝯiecturata mente &c. alioquin si non censerentur per fideicōmissum vocati (& sic in proposito nostro. d. Bernardinus) femine simul cum eis ab intestato vocarentur, & sic non sequeretur agnationis ꝯseruatio, qḋ omnino esset contra testatoris voluntatem. ¶ Stantibus itaqꝫ predictis cōiecturis presertim simul iunctis, & scda pro precipuo fundamento concludendum est discedendum esse in casu isto ab illa cōi opin. & per ꝯñs dicendum est. d. Bernardinū fuisse per fideicōmissum vocatum, & sic do. Victoriam matrem, & heredem Ioānis caroli nuper defuncti vigore transmissionis de hereditate patris eius in eam facte debere admitti vniuersaliter ex persona predicti Bernardini ex causa fideicōmissi ad omnia bona que fuerunt. d. Ludouici.

Soci. nepos, Padue legens.

CASVS

¶ Dñs Iacobus de circulis nobilis Veronen. in suo testō inter cetera legauit quibusdam fabricis ecclesiaꝝ ducatos. cccc. soluendos subito post mortem suam per do. Catherinam vxorem eius, & institutam heredem vel in pecunijs, vel in ꝯsignatione cuiusdam affictus possessionis de lizana ad electionem heredis.

¶ Item ēt disposuit ꝙ si aliqui ex ipsius testatoris affictualibus se affrācauerint ꝙ heres eius siue oēs substituti, vsqꝫ in infinituꝫ teneantur ex pecunijs ita ex. d. affrancationibus ꝓuentis emere fundos aliquos, vt in testō dicit̄, non includendo in presenti cap. affictū possessionis de lizana relictuꝫ pro legato fabricarum, de quo. s. sed talis affictus ab isto onere sit liber, & exemptus.

¶ Heredem aūt vniuersalem instituit. d. do. Catherinam, eiqꝫ post mortem substituit Petrū bernardum, & eius descendentes masculos, vl'iter, & demum substituit domum. s. pietatis ciuitatis Verone solū & duntaxat quo ad bona stabilia liberando. d. do. Catherinam heredem, Petruꝫ bernardum, & eius descendentes substitutos ab oī onere satisdandi, ꝯficiendi inuentarij, vel rōnis reddende eoꝝ administrationis, volens ꝙ adueniente casu substitutionis. d. s. domus pietatis illa succedat & hereditatem. d. bonoꝝ stabiliuꝫ apprehendat eis mō, & forma, & in eis statu & prout. d. bona stabilia, siue pars eoꝝ reperirētur tunc tpis, nec aliud vltra contra. d. do. Catherinam, Petrum bernardū, & descendētes, queri possit, qꝛ ita est testatoris expressa volūtas.

¶ Postea in codicillis (ꝯfirmando generaliter. d. testm̄ in oibus alijs) declarauit, ꝙ. d. ducati. cccc. legati in testō pro fabricis soluantur per heredem in pecunijs numeratis per tps anno. iiij. prout hoc & oīa predicta latius in testō & codicillis predictis apparent, quorum copia transmittitur.

¶ Mortuo testatore, & adita hereditate per do. Catherinam plures ex affictualibus testōris se liberauerunt seu affrancauerunt, & ipsa pro maiori parte pecunias inde receptas in alios fundos reinuestiuit de aliquibus aūt non fuit facta reinuestitio, sed eas aliter consumpsit bona fide, forte in suis alimentis & in oneribus predicte hereditatis. Iteꝫ. ī. tempus in codicillis ordinatum soluit illos. cccc. ducatos pro fabricis predictis. ¶ Demum decessit.

¶ Et presupponit̄ ꝙ post eius mortem sit factus locus substitutioni de. s. pietate facte, quo ad bona stabilia tantum.

¶ Item presupponitur, ꝙ post mortem eiusdem non reperitur in eius hereditate aliqua summa pecuniarum.

¶ Quibus sic stantibus queritur de duobus.

¶ Primo vtrū do. Catherina vel hodie eius heres teneatur restituere domui pietatis tantā pecuniam quantam ipsa receperat de affrancationibus affictualium, & in fundos aliquos non reinuestiuit?

¶ Scdo vtruꝫ predictus heres do. Catherine ex eius persona possit retinere illuꝫ affictū de lizana, & domui pietatis non restituere, atttento ꝙ illa soluit legatuꝫ. cccc. ducat. pro quo. d. affictus fuerat relictus, & assignatus, vt i testō appꝫ.

SVMMARIVM.

¶ Substō facta in bonis stabilibus, an ꝓcedat ēt in pecunijs ex fundis receptis & ad fundos destinatis.

¶ Et vtrum hr̄s qui ex ordine testōris poterat certam reꝫ alienare pro debito soluendo, si illud de suo soluit, possit rem pro se retinere vel ad suos heredes transmittere, an vero debeat res talis ad substitutum peruenire.

1 Qui vult vnum, vr̄ velle oē id, sine quo illud esse nō potest.
2 Pecunia destinata ad emptionē reꝝ stabiliū, an iudicari debeat, ac si res stabilis eēt. nu. 16. vbi dt̄ ꝙ nō ſꝫ cōeꝫ opi.
3 Ideꝫ iuris est de destinato, quod est de eo, ad quod destinatur. vide. ī. nu. 17. & 20.
4 Pecunia ad mutuum destinata non comprehēditur sub legato mobilium, sed habetur pro data mutuo.
5 Pecunia pupillaris deposita & destinata ad emptionē prediorꝫ non potest sine pretore expendi, qꝛ de eo sicut de re immobili iudicatur, vide tamen. ī. nu. 21.
6 Qñ aliquid destinatur ad factum antiquum, semper destinatum habetur pro facto, vide. ī. nu. 22.
7 Destinatio habetur pro actu, qñ agitur de regulanda dispositione testatoris destinantis, vide. ī. nu. 23.
8 Heres qui poterat ex ordine testatoris certam rem alienare pro debito soluendo, si id de suo soluit, an possit reꝫ ꝓ se retinere, vel ad suos heredes transmittere, an talis res dēat ad substitutū ei peruenire, & ī. nu. 24. vbi dr̄ ꝙ non.
9 Voluntas vltima defuncti attendi debet.
10 Solutione tollitur omnis obligatio.
11 Religioni, & pie cause in dubio fauendum est, vide quomodo hoc procedat, & ī. nume. 30.
12 Substitutio facta alicui in bonis stabilibus tm̄ maxime que inuenientur tpe mortis eius, cui substituit̄ non cōprehendit pecuniā ex stabilibus receptā, & ad stabilia ꝯuertēdā.

13 Substitutus in re certa ea debet esse contentus, nec aliquid vltra petere potest.
14 Testantis votũ dꝫ adimplere, qui cõmodũ ex eius testõ ꝯsequit, et si esset circa res ꝓprias ipsius cõmodũ sentietis.
15 Superfluitas est euitanda.
16 Obligatio in genere non tollitur per peremptionem pecunie debite, qꝛ genus perire non potest, nisi ex voluntate disponentium ꝯria appareat aliquo modo, qꝛ tunc obligatio et in genere per peremptionẽ certe pecunie tollit. Et sic declaratur. l. incendium. C. si cer. peta.
18 Dispositio de immobilibus loquens non verificatur in pecunia ad emptionem prediorum destinata.
19 Lex si chorus. §. i. ꝛ. l. ligni. §. i. ff. de leg. iij. quomodo procedant, ꝛ intelligantur.
21 L. iij. §. quid ergo. ff. de contr. ꝛ vt. ac. tut. quomodo procedat, ꝛ intelligatur.
25 Verba intentioni seruire debent.
26 Heres soluens puta centum pro hereditate que erat obligata ad dandum alicui fundum valoris centum, videtur illum fundum ab hereditate emisse, ꝛ tanti extimasse.
27 Quod verisimile est attendi debet.
28 Substitutus in bonis stabilibus nõ habebit affictus, de quibus alij particulariter dispositũ erat, lꝫ affictus inter stabilia connumerentur.
29 Vsufructus oium bonoꝝ imobilium si legetur alicui, nõ habebit vsumfructum predij alteri particulariter legatum.
30 L. sunt psone. ff. de relig. ꝛ sumpt. fun. quõ debeat intelligi.
31 Pia causa lꝫ in multis sit fauorabilis, non tñ est tantum fauorabilis, ꝙ alteri iniustitia fiat.
32 Ecclesia cultrix, ꝛ auctrix iustitie, non patitur quicꝗ contra iustitiam fieri.

CONSILIVM CXX



Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ꝛ iustitie. Circa primam difficultatem videbitur fortasse aliquibus pecuniã predictam restituendam esse, ꝛ ita oino fuisse de voluntate testatoris. ¶ Et primo hoc ita deduci potest. ¶ Testator voluit ꝙ ex pecunijs receptis de affrancationibus emant fundi per hr̃dem institutum siue per oẽs substitutos vsqꝫ in infinitum, ꝛ ꝯñr et per. d. s. domuꝫ pietatis vbi ipsa aliquo tpe admitteretur cum ꝛ ipsa sit vlti. loco substituta, nam qui oẽ dicit nihil excludit. l. iulianus. in prin. ff. de leg. iij. l. cum quidaꝫ. §. in tacito. ff. de vsur. ꝛ. c. si romanoꝝ. xix. distin. quo posito arguitur sic si testator voluit et per. d. domum pietatis fieri emptionem fundoꝝ ex. d. pecunijs affrancationũ necessario sequitur ꝙ voluit et ad eam predictas pecunias peruenire, vt sic eas in fundos errogare possit, † qꝛ qui in sua dispositione vult vnum dr̃ velle oẽ id sine quo illud esse nõ potest, ꝛ sic oẽ eius antecedens necessarium. l. si inter legatũ. ff. de seruit. l. veteres. vbi not. ff. de itine. actuqꝫ pri. ꝛ. l. nec is. §. i. ꝛ. l. illud. ff. de acq. her. cum alijs vulg. ¶ Scdo ista opi. comprobatur, ꝛ fortius. † nam nulli dubium est, ꝙ testator pecunias que recipient ex. d. affrancationibus destinauit, ꝛ preordinauit ad emptionem fundoꝝ, ꝛ sic bonoꝛuꝫ stabilium ꝗꝫ emptionem (vt dixi) fieri voluit vel per heredeꝫ vel per substitutos, ex quo sequitur de. d. pecunijs iudicari dꝫ, ac si res stabiles essent. † cum idem iuris sit de destinato, qȯ est de eo ad qȯ destinatur. l. ligni. §. i. ff. de leg. iij. ibi si iaꝫ ad ꝯcedendum fuerit destinatum, ꝛ. l. si chorus. §. i. eod. tit. † vbi pecunia ad mutuuꝫ destinata non venit sub legato mobilium, sed vr̃ haberi pro data mutuo cum ad id destinata esset, vnde cum. s. domus pietatis vocetur ad bona stabilia vr̃ ꝙ et ad. d. pecuniam (tanꝗ ad bonum stabile) dẽat admitti. ¶ Tertio hoc idem ꝓbatur per tex. singul. in. l. iij. §. plane. versi. quid ergo. ff. de ꝯr. ꝛ vti. ac. tut. † vbi si pecunia pupillaris disposita ꝛ destinata sit ad cõparationẽ predioꝝ non põt sine pretore expendi, ꝛ sic de ea iudicatur sicut de re immobili. ꝛ ita illum tex. multum no. Rom. in. l. si ex legati cã. ff. de verb. oblig. sic igitur videtur dõm in casu isto, vt. s. de ista pecunia tanquaꝫ de re stabili debeat iudicari, ꝛ ita ꝙ debeat ad domum pietatis pertinere. ¶ Quarto facit, † qꝛ (quicquid in alijs casibus dicatur) quando aliquid destinatur ad antiquum esse semper destinatuꝫ hr̃ pro facto. l. fundi. in fi. ꝛ. l. seq. ff. de ac. emp. ꝛ. l. argumẽto. §. pen. ver. sed ꝛ si in hoc sint soluti ꝛ c. ff. de aur. ꝛ arg. leg. ꝛ ita per ista iura dixit Bar. in. l. cetera. §. fi. in sua distin. ff. de legat. i. sed ista pecunia vr̃ destinata ad antiquũ cum et destinata fuerit ad fundos emendos, prout prius in fundis erat ergo ꝛc. ¶ Et demum ista opi. maxime vr̃ tenenda in casu nostro, cum queramus de interpretatione verboꝝ testatoris dũ vocat domum pietatis ad bona stabilia tñ, nunquid. s. d. pecunia habeatur pro bonis stabilibus, ex quo ad coꝝ emptionem erat destinata per ipsũmet testõrem, † si quidem non vr̃ dubium, quin destinatio habeatur pro actu qñ agitur de regulanda dispositione testõris destinantis, ꝛ ita loquit. d. l. ligni. §. i. ꝛ. d. l. si chorus. §. i. de leg. iij. ꝛ. l. ex facto. la grande, post medium, ver. verũtñ hoc ꝛc. ff. de here. insti. ꝛ hanc doctr. tradit Cuma. in. d. l. cetera. §. fi. in fi. ꝛ fuit et ex mẽte do. Signorol. de homod. in. q. sua. vj. inci. qȯ talis est. in fi. que reperitur inter eius consil. nu. xcv. Hec sunt que primo aspectu pro ista opi. plurimum vr̃ vrgere, ꝛ quẽlibet facile in eaꝫ traherent circa. i. questi. ¶ Circa scdam vero vr̃ et, ꝙ sit resoluenda in fauorem domus pietatis, † ꝛ sic ꝙ heres do. Catherine non possit per se retinere predictum affictum de lizana, sed debeat restituere domui pietatis cũ alijs stabilibus bonis, nam cum. d. domus pietatis sit generaliter vocata ad bona stabilia testõris, vt clare dicit in testõ, ꝛ istud prediuꝫ de lizana sit de bonis stabilibus. d. testõris, vr̃ ꝙ debeat pertinere ad. d. domum pietatis. ¶ Nec vr̃ obstare, ꝙ testator in testõ dederit licentiam heredi institute soluere predium predictum, seu eius affictum consignare ꝑ satisfactione. cccc. ducat. legatoꝝ quibusdam fabricis quarundam ecclesiaꝝ, ꝛ ppea et voluerit postea, ꝙ si qñ illius predij affictuales affrancarentur, seu se liberarent a prestatione annui affictus, pecunie inde recepte non sint sub onere inuestiendi sicut de alijs similibus pecunijs disposuerat, vt in puncto narratur. Nã videtur posse rñderi, ꝙ testator ab illa sua voluntate recessit postea in codicillis dum disposuit, ꝙ predicti. cccc. ducati legati (vt. S. dr̃ solui debeant in pecunijs numeratis per tps ann. iiij. ꝛ sic dr̃ heredi adempta facultas soluendi, ꝛ ꝯsignandi illum affictum de lizana pro satisfactione predictoꝝ legatorum, † ꝛ non est dubium hanc vltimam voluntatem debere attendi cum testãtis voluntas sit ambulatoria, ꝛ mutabilis vsqꝫ ad extremum vite exitum. l. iij. in fi. cum. l. seq. ff. de adim. leg ꝛ. l. cum hic status. §. ait oratio. ff. de don. int. vir. ꝛ vx. cũ simi.) si igitur. d. affictus seu prediuꝫ affictuale non potuit solui pro dictis legatis, sequitur ꝙ debeat remanere sub regula ꝛ generali dispositione alioꝝ bonoꝛuꝫ stabilium, ꝛ ita vr̃ ꝙ pertinere debeat ad. d. domum pietatis. Cessante. n. ratione pp quaꝫ videbatur ille affictus positus extra. d. regulam, cessabit etiaꝫ ipse affictus. l. adigere. §. ꝗuis. ff. de iu. patro. c. cum cessante. de appel. ꝛ not. in. §. illis. insti. de mil. testa. ¶ Quinimmo ꝛ scdo fortius vr̃ posse dici, ꝙ et ꝙ in codicillis nõ mutasset testator voluntatem, idem esset dõm, qꝛ ꝙ. d. affictus de lizana ꝯsignaretur pro satisfactione. d. legatoꝝ non erat absolute dispositum, sed erat positum in arbitrio heredis, ꝛ sic vr̃ ꝙ illud qȯ sequitur in testõ de tali affictu relicto ꝑ legatis predictis debeat intelligi casu quo heres velit talia legata in. d. affictu soluere non. n. precise id ordinauerat testator, sed ad electionem heredis vt dixi, vnde cum do. Catherina heres elegerit soluere in pecunia numerata vr̃ ꝙ. d. affictus non debeat amplius dici relictus pro talibus legatis, eo ꝙ amplius non reperitur debitum talium legatoꝛuꝫ, † solutione etenim ois obligatio sublata fuit insti. qb. mod. tol. obl. in prin. ¶ Sic itaqꝫ ex oibus predictis vr̃, ꝙ in presenti consultatione tam in prima. q. ꝗꝫ in. ij. debeat fieri resolutio in fauorem predicte. s. domus pietatis. ¶ Pro quo et facit, † qꝛ semper in dubio dꝫ eligi pars illa que fauet religioni ꝛ est ꝓ pia cã. l. sunt persone. in fi. ff. de relig. ꝛ sumpt. fun. ¶ Veruntñ predictis non ob. verba, ꝛ mentem predicti testõris diligentius intuendo arbitror ꝯrium de iure esse ꝓbabilius in vtraqꝫ difficultate. ¶ Igitur circa. i. q. videt ꝯcludendum heredẽ do. Catherine ad aliꝗꝫ pecunie quantitatem nullo modo teneri predicte domui pietatis, ꝛ fundamentum

12 damentum clarum vr̄ & de se notum, † nam cū domus pietatis sit vocata solum & dūtaxat ad bona stabilia, inter que quantitas pecunie (regulariter loquēdo) non ānumeratur, cum sit inter bona mobilia, vt de se apertissimum est, & traditur in.l.a diuo pio.§.in venditione.ff.de re iudi.cum simi. sequitur q̄ domus predicte pietatis vigore substitutionis de ea facte in bonis stabilibus siue imobilibus non pōt petere
13 aliq̄ pecunie quantitatem, nec quicq̄ aliud mobile, † nam qui ad res certas vocanṫ illis debent esse contenti, ne aliqd vltra petere p̄nt.l.quotiens.C.de her.insti. & hoc est indubitatum, vñ cum domus pietatis vocetur tm̄ ad bona stabilia, & sic ad certas res illis dз esse ātenta, nec dз posse petere aliq̄ pecunie quantitatem, vt dixi. ¶ Et maxime hoc dōm est attento, q̄ postea in testō dr̄, q̄ adueniēte casu substitutionis de domo pietatis facte, domus ipsa dēat capere bona stabilia, vel eorum partē in eo statu quo tunc reperirenṫ. & nihil vltra querere possit ā.d. do. Catherinam, vel alios hr̄des, ex quo euidenter ostendiṫ, q̄ voluntas testatoris fuit q̄ solū bona stabilia tūc tp̄is in hr̄ditatē repta pertineant ad domum pietatis, merito ergo sequiṫ q̄ aliq̄ pecunie quātitatē petere non pōt, allegando q̄ eā do. Catherina recepit de affrancationibus affictualiū, qm̄ tunc esset vltra querere ā do. Catherinā vel eius hr̄des ā expressam phibitionē testōris, qd̄ non est aliquo modo permittendū,
51 in consilio. ccxvj. casus talis est in fine. iij. volumi. † non tamen dico quod fideicommissarius sit heres grauati sicut etiam non est heres testatoris, sed dicitur in illis bonis succedere grauato ex dispositione testatoris. Et illo respectu potest dici testatori succedere, ut per dominum meum Socinum licet ad aliud propositum in. l. cum auus. mihi columna. xlix. versiculo undecimo dicebatur. ff. de conditio. et demonstratio. Vel secundo respondetur quod dum dicitur fideicommissarius succedere testatori procedit mediate persona grauati de cuius manu accipit, et cui immediate dicitur succedere, nec inconuenit sic dicere cum heres heredis testatoris, et primi morientis sit heres. l. fina. et ibi per doctor. C. de heredibus institu. et ita in proposito declarat Corne. in dicto consilio. xcvij. primo volumine. et. xxij. ij. volumine, et Curt. iunior in consilio. cj. habita diligenti, secunda columna, in fine, illud ergo quod dicebatur inspiciendam proximitatem eius cui succeditur, verum est quando succeditur directo, vel immediate, ut de manu sua quis capiat, sed in casu nostro immediate aut directo, non succeditur testatori nec de manu eius capiunt iste femine, sed succeditur mediante persona Joannis andree de cuius manu capiunt, ergo in hoc debet proximitas eius attendi, et non testatoris.

52 ¶ † Ad sextum respondetur negando in proposito nostro quod affectio testatoris fuerit maior in hoc fideicommisso in suas neptes quam in istas filias Joannis andree eius proneptes, quoniam ut ex predictis constat cum ex ordine testatoris bona venerint ad Joan. andream sicut in bonis illis dilexit eum ita etiam censetur dilexisse filios suos, et omnem eius posteritatem, ubi aliud in contrarium non appareat, non obstante quod supersint alie persone in sanguine testatoris proximiores, ut est casus, et quidem in terminis fortioribus in dicta. l. cum auus. ut dixi supra in secundo fundamento pro ista opinione. Et in hoc ut ex predictis constat stat precipuum fundamentum in fauorem predictarum Phylomene, et Elisabeth. ¶ Nec obstat, quod iste proneptes non essent in rerum natura tempore mortis testatoris, quoniam ex eo non tollitur predicta presumpta affectio circa bona, cum in eas affectio dicatur ratione affectionis habite in patrem earum per predicta, ut clare probatur in dicta. l. cum auus. Et allegata in contrarium procedunt quando consideraretur affectio in aliquem habita principaliter ratione

53 sue persone. † Et preterea hoc clare ostenditur in proposito nostro ex eo, quia istud fideicommissum dilatum est in futurum, et in euentum illius conditionis si nulli masculi superfuerint qui erat incertus, et poterat longissimo tempore post mortem testatoris euenire, quo tempore potuissent non reperiri alique femine ex suis descendentibus, que eo viuo fuissent in rerum natura, sed alie post eius mortem nate, et concepte, que omnino ad fideicommissum essent admitende, quia etiam de eis testator dicitur sensisse, et illas quantum ad fideicom. dicitur dilexisse, licet nunquam viderit, prout in simili voluit Paul. de ca. in consilio. xvij. in causa que vertitur Parme mihi col. viij. ver. item allegabatur quem refert et sequitur do. meus Soci. in. d. consi. lxxxvj. vj. col. in fi. ver. comprobatur ista questio, et fuit dictum Joan. andree in addi. Spec. in rub. de testa. ver. item lambertinus. refert et sequitur Alex. in. d. consi. xxvj. in fi. iij. vol. et Deci. in consi. decisiuo. nu. ccxcix. in causa mihi commissa. iiij. col. ver. sexta conclusio, et ad hoc plures concordantes cumulari possent quos gratia breuitatis obmitto. ¶ Posset preterea

54 ad argumentum responderi, † dicendo quod immo naturaliter maior est affectio in posteros quanto sunt remotiores, ut scilicet plus diligamus nepotes quam filios, et magis pronepotes cum per eos longiorem nostri propagationem et diuturnitatem videamus, ad quod tendit omnis nostra intentio in concipiendo et edendo liberos, ut dicitur in. l. liberorum in fi. ff. de verb. signi. et dixit Old. in consi. cclxix. thema siue tenor in fi. unde illud, et pignora chara nepotes, ad quod benefacit gl. fi. in. l. isti quidem. ff. quod met. cau. dum pro causa maioris amoris considerat maiorem conseruationem, seu perseuerantiam sui, et ita in simili dixit Lud. bolog. in quodam suo consi. incip. inuocato diuino suffragio col. pe. ver. preterea dato et c. impresso inter consil. Alex. nu. liij. iiij. vol. et Bar. de cassaneo in consil. xiiij Christianissimus. iiij. col. et Cur. iunior in consi. clxix. materia premisse. col. fi. possem et alia plura congeri ad hoc, sed non curo quia precedens solutio tanquam clara tollit omnem difficultatem. ¶ Demum non obstat septimum et ultimum, quia vere nihil facit, nam licet inspiciatur proximitas Joan. andree, et sic filie eius ut habentes potentius ius in succedendo ab intestato preferantur in isto fideicommisso, non tamen sequitur, quod non agatur de bonis ipsius testatoris cum de alijs in fideic. agi non possit, ut

d.§.cum filie, ⁊ supra dictum fuit, ⁊ debet intelligi de bonis testatoris, idest que tempore mortis eius erant ipsius, sed postea fuerunt effecta suorum heredum, ⁊ demum deuenerunt in ipsum Joan. Andream cum onere tamē fideicōmis. de quo nunc agitur. Solum igitur querendum est in quas ex suis descendentibus feminis voluerit tale fideicōmis. peruenire. Et nō dubito ꝙ voluerit peruenire in filias Joan. andree cum illum in bonis suis predilexerit, ex eo.n. cēsetur in bonis ad eum deuolutis predilexisse omnem eius posteritatem, ⁊ sic predictas eius filias cum nulla ratio in

55 contrarium allegari possit per ea que supra dicta sunt. † Et dicam ꝙ illa verba in bonis ipsius testatoris exprimunt illud quod tacite inerat ex natura fideicōmis. vt. d.§.cum filie. merito nihil operabuntur in proposito nostro iuxta regulam. l.iij. cum materia sua. ff. de lega.j. Nec dicatur ꝙ illud inerat ex voluntate, ⁊ propterea dēbet operari per. l. talis scriptura. eo. tit. iuncta doctrina Bar. in. d.l.iij. qr dico ꝙ quo ad propositū de quo agitur inerat ex necessitate, ⁊ ex

56 natura actus, vt. d.§.cū filie. † licet enim ex voluntate sua penderet facere fideicommis. tamen postq̄ illud est factū ex sui natura habet vt solum in bonis ipsius testatoris procedat vt ibi dicitur. Et propterea si quid operatur talis expressio illud esset in eo ꝙ verba sonant prout cōtingit in d.l. talis scriptura. de adiectione dici, sed extrinsecus non operatur. Et sic in proposito nostro talis expressio non debet operari, vt alius ad fideicommissum dicatur vocatus, q̄ȝ esset vocatus illis verbis non expressis. ¶ Sic itaq̄ reiectis contrarijs sequitur ꝙ opinio nostra est in puncto iuris vera per fundamenta supra deducta. Item etiam ex p̄dictis apparet eam esse communem iure omnium doctorum. Et licet Jas. ⁊ Deci. in locis in contrarium allegatis contrarium firment. De eis tamē non curandum, tū quia eorum ratio superius est confutata, ⁊ ambo aliquando sibi contrarij tenuerunt nostram opinionem, vt. s. diximus, tum etiam qr tenentes istam opinionē sunt longe plures, cum fere omnes alij eam sequuti fuerint, ita vt non dubitauerim etiam ego cum tot, ⁊ ita excellentissimis hanc opin. audacter firmare. A qua in iudicādo recedere nephas puto. Presertim in casu isto, in quo ista opinio habet secum equitatem, vt scilicet filie non excludantur a bonis patris earum per earum amitas, cum enim omnes femine sint ab surdissimum esset, ⁊ valde iniquum filias in bonis eaȝ pa-

57 tris non succedere. ¶ † Nec quemq̄ offendat allegata auctoritas Bar. in contrarium prout Jas. allegat in. d. cons. clix. Quoniam non loquitur in terminis, solum enim vult Bar. in. d.l. si cognatis legatum factum cognatis intelligi de cognatis testatoris, ⁊ idem dicit in. d.l. peto. §. fratre si fuit factum familie, quod certe nemo negat, sed qui postea ex cognatis illis vocetur, seu de familia qs admittatur est alia questio, ⁊ si consideramus principium legati absq̄ dubio vocantur proximiores testatoris, vt dixi supra respondendo ad duo prima fundamenta contraria, ⁊ si Bar. in. d. locis loquitur in his terminis (prout verba sua videntur importare) conuenienter potest declarari, vt proximiores testatoris admittantur, sed si loquimur de successione in tali fideicommisso facienda postq̄ ad aliquem peruenerit q eo dicatur grauatus, ⁊ de cuius manu sit capiendum debet intelligi ꝙ illi vocentur qui sunt persone admisse proximiores, modo sint de cognatis, vel de familia testōris per ea que supra pluries dicta fuerūt. Ex quibus omnibus equitatem, veritatem, iustitiam ipsam, ⁊ communem fere omnium opinionem sequendo concludo Philomenaȝ, ⁊ Elisabeth filias Joan. andree omnino esse admittēdas, exclusis Angelica, ⁊ Catherina eiusdem Joan. andree sororibus, vel ex eo ꝙ non fuit factus locus fideicommisso, vt in prima via dictum fuit, vel ex eo ꝙ in fideicōmisso, ipse tanquam filie inter alies feminas sunt preferendas ⁊c.

Socinus nepos Padue legens.

CASVS

¶ In testamēto nobilis viri Antonij de gambara Brixiēsis condito anno. 1499. post institutionem duorum filiorū suorum scilicet domini Ludouici, ⁊ Francisci, inter cetera continebatur talis substitutio, videlicet ꝙ casu quo aliquis suprascriptorum fratrum filiorum, ⁊ heredis suorum decederet sine filijs masculis legitimis ⁊c. ꝙ alius, ⁊ eius filij masculi legitimi ⁊c. succedere deberēt dicto sic moriēti ⁊c. quo testamento condito filij ⁊ heredes predicti ostendentes se gratos erga patrem ad eius instantiam illud testamētum approbauerunt dicentes patri eorum consensum regrenti ꝙ ipse contentaret suam conscientiam, ⁊ ꝙ ipsi contēti erant de omni eo ꝙ ipse volebat.

¶ Idem testator ex post de anno. 1505. cum iam dominus Ludouicus plures filios masculos haberet, Franciscus vero nullos masculos, sed solum vnam filiam feminam condidit codicillos coram quinq̄ testibus in quibus pro bona parte confirmauit testamentum predictum, in aliquibus tamen immutauit. Et inter cetera reuocauit substitutionem illam reciprocam inter filios factam si decesserit aliqs eorum sine filijs masculis, volens ꝙ filijs talis seruitus tollatur, ⁊ remaneat libertas libere disponendi de suis bonis non obstāte substitutione predica, prout hec omnia latius apparent in testamento approbatione, ⁊ codicillis predictis quorum omnium copia transmittitur.

¶ Diuisio quedam presupponitur facta inter dictos filios de bonis patris ipso patre adhuc viuente, ⁊ anteq̄ faceret codicillos predictos, ⁊ illius etiam copia transmittitur.

¶ Ex post per multos annos prope. xx. decessit Franciscus predictus sine liberis masculis instituta sibi herede vniuersali in testamento vnica eius filia.

¶ His sic stantibus queritur vtrum dominus Ludouicus vel eo mortuo eius filij masculi possint ex causa fideicōmis. de quo in testamento predicto petere bona predicti testatoris, que Frāciscus habuit, an vero a tali petitione sint excludendi attēta reuocatione predi. fideicō. facta in codicillis.

SVMMARIVM

¶ De fideicommis. vniuersali facto fauore liberorum masculorom in testamento an scilicet potuerit reuocari in codicillis coram quinq̄ testibus.

¶ Et de intellectu, ⁊ materia auct. hoc inter liberos. C. de testamentis.

1 Ueritatem qui aliquo respectu tacet peccare dicitur.
2 Testamentum inter liberos conditum, vt reuocari possit, vltra alia requisita septem testes requiruntur.
3 Declaratio ad glo. in verbo perfecta in. §. si quidē in auc. de testa. imperfec. ⁊ j. nu. 6.
4 Altare vnum non debet detegi, vt aliud cooperiatur.
5 Priuilegia ⁊ beneficia fauore filiorum concessa in testamēto inter liberos condendo solum procedunt quando pater disponit in fauorem omnium, non autem si disponat in fauorem vnius, ⁊ in odium alterius, ⁊ j. nu. 19.
7 Duo inuicem repugnantia quando simul concurrunt, q tractat de damno vitando vtitur priuilegio suo contra aliū qui certat de lucro captando.
8 Tractans de damno euitando est fauorabilior.
9 Auc. hoc inter liberos. C. de testa. quomodo procedat, ⁊ j. nume. 15. ⁊ 21.
10 Glo. in. d.§. si quidem s̄m communem opinionem procedit quando secunda dispositio inter liberos reuocatoria prime est ipsis filijs fauorabilior.
Codicilli reuocantes fideicommissum inter filios factum sunt fauorabiles ipsis filijs.
12 Filij instituti si sint adinuicem substituti si quis eorum sine liberis decesserit, si postea in codicillis tale onus adimatur, valet ademptio.
13 Uoluntas secunda in qua datur filijs libera facultas disponendi valet.
14 Lex precipit, ne quid aduersus naturam fiat.
16 Testamentum primum, si continet institutionem nedum filiorum, sed etiam extraneorum, secundum vero habet solum institutionem filiorum, tollit primū, etiaȝ non seruata forma auc. hoc inter liberos.
17 Testamentum primum si sit factum in quo sit relictū equaliter filijs omnibus, secundum vero fiat, in quo vni soli relinquatur

relinquatur, ꝛ quod in primo datū erat alteri adimatur, hoc secundum non valebit, non seruata forma .d. aucté. hoc inter liberos, q2 hoc secundum non est liberis fauorabilius, sed primum.

18 Nature aduersatur, qui facit in successione differentiā inter masculum, ꝛ feminam.

20 Decius suum extremum diem clausit, sub die. xiij. Octobr. M.D.xxxv. in ciuitate Senarum.

CONSILIVM CXXVII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ꝛ iustitie. Uiso themate, ꝛ scripturis, cum eo exhibitis, resolutio presentis consultationis, visa est mihi primo aspectu dubitabilis, ꝛ eo presertim, q2 hinc ꝛ inde sunt responsa excellentiss. iurisconsul. que ego vidi, ꝛ legi etenim cum ab vtraqꝫ parte, vna ꝛ eadem die consultus fuerim ex parte filioꝝ do. Ludouici, de quo in themate ostensum fuit ꝯsil. excellentiss. docto. ꝛ militis egregij do. Raynaldi petruccij ꝯciuis mei, subscriptuꝫ ꝛ approbatuꝫ simpliciter ab eminentissimis doct. do. Phil. dec. ꝛ Petro paulo parisio. mihi vti patribus obseruādis. ¶ Pro parte vero filie Francisci, de quo similiter in themate oblatum fuit ꝯsil. clariss. iurisconsul. do. Camilli buzij, mihi vti fratris maioris, ꝛ hoñ. ꝛ quelꝫ pars petebat, vt cōsil. per se exhibitū subscribendo comprobare vellē. ¶ Ego aūt predictis ꝯsil, ꝛ rationibus in eis deductis, hincinde diligenter ꝯsideratis, rogans diuinam maiestatem, vt mētem manūqꝫ meam dirigat in eam partem, que illi ſm iustitiam gratissima foret, tandem in eam decidi opinio. vt verior, iustiorqꝫ sit ꝯclusio firmata per predictuꝫ do. Camillum, vt .s. filio predicti Francisci, nullo fideicōmisso onere teneaẗ, non obstante testō, de quo in themate, siue fideicōmiss. substitutione in eo ꝯtenta, eo ꝙ iuridice dr̃ talis fideicōmiss. substitutio in codicillis postea factis, reuocata ipsa reuocatione valida existente. ¶ Et lꝫ durum admodum mihi videretur ꝯtra ꝯsil. predicti do. Raynaldi scribere, vñ pp beneuolentiam non vulgarem, qua ipsum vti fratreꝫ hoñ. ꝓsequor pp cōem patriam, tum ēt pp auctoritatem subscribentium, quibus semper plurimum detuli. tñ cum scriptum sit veritatem pre oībus semper habendaꝫ (vñ vulgatuꝫ illud amicus Socrates amicus Plato, sed magis amica veritas) † ꝛ cuꝫ ēt videatur peccare, qui veritatem aliquo respectu tacet. c. quisquis. xj. q. iij. etenim veritas cum non defenditur, opprimitur. c. error. lxxxiij. dist. vt ipsam veritatem non taceam (iuxta debilem iudicium meum) cum bona venia predictoꝝ patrum, scribere non verebor s̄niam meam subijciendo eā cuicunqꝫ melius sentienti. ¶ Arbitror itaqꝫ ꝯclusionem predictam verissimam esse, per ea que per prefatū clariss. do. Camilluꝫ deducta fuerunt, ad quem me refero, ꝛ aliter non repetam, nisi quatenus opus erit ꝓ remouendis ꝯrijs, de quibus .ſ. ꝛ in quibus ꝯsulentes in ꝯrium plurimum se fundāt. ¶ Et cum tota difficultas presentis ꝯsultationis pendeat ab intellectu auct. hoc inter liberos, ꝛ in corpore vñ sumitur. C. de testa. vr̃ consulentibus ꝯ predictam ꝯclusionem, ꝙ pred. auc. oīmodo habeat locuꝫ in casu presenti. ꝛ ꝯſr ꝙ substitutio illa fideicōmissaria inter liberos facta in testō, nō debeat dici reuocata per predictos codicillos, cum in eis tm̄ quinqꝫ testes interuenerint, † cū alias ad reuocandum testamentū inter liberos ꝯditum, requiranẗ ad minus septeꝫ vltra alia requisita, vt est casus in .d. auct. hoc inter liberos. ¶ Nec vr̃ obst. ꝙ ēt codicilli sint inter liberos, quo posito glo. in ver. perfecta. in. §. si quidem. in auc. de testa. imperfe. dicit non hr̄e locū illum tex. ꝛ .d. auc. hoc inter liberos. † qm̄ in ꝯsil. ꝯrio r̄ndetur primo, ꝙ illa gl. loqtur per ver. forte. ꝛ sic non vr̃ firmare pedes. ¶ Et preterea illa gl. asseritur cōmuniter reprobata per doc. in. d. auc. hoc inter liberos. ſm Ias. ibi, vt in. d. ꝯsil. alleg. ¶ Scdo r̄ndetur, ꝙ si quo casu gl. illa ꝓcedere pōt, illud procedit, qñ scda voluntas prime reuocatoria esset fauorabilior liberis, vt per Ias. ibi in prima limita. ꝛ per Alex. ꝯsi. cv. viso ac diligenter. v. col. versi. scdo mō. iiij. vol. sed in ꝓposito isti codicilli non sunt liberis fauorabiliores re ipsa, ꝛ in effectu, ergo ꝛc. ¶ Hoc aūt vr̃ probari, q2 codicilli predicti, ꝛ sic scda voluntas vr̃ facta in odium, ꝛ damnum do. Ludouici primi filij, ꝛ in fauorem solum predicti Francisci, ꝛ ad eius instātiam, tū ex eo q2 post factum primuꝫ testm̄, do. Ludouicus iā filios masculos habuerat, Francis. vero solum filiam feminam, vt in themate narratur, ꝛ ꝓpea reuocatio predicte substōnis fideicō. soluꝫ respiciebat cōmodū ꝛ fauorem Francisci, odiuꝫ vero ꝛ dānuꝫ do. Ludouici, ꝛ in eius fraudem dr̃ facta in equalitateꝫ

4 sapiens inter filios, ꝛ ꝓpea valere non dꝫ, † q2 non dꝫ disco periri vnum altare, vt aliud coperiatur, vt vtar terminis predicti dñi consultoris, quibus ēt vtitur Corn. in ꝯsil. xxj. vr̃ in hac ꝯsultatione. in prin. iiij. vol. tum ēt pp assignationē predij de la breda factam in. d. codicillis, Frācisco predicto. qđ tñ ſm primū testm̄ veniebat inter ipsos filios equaliter diuidendū. vr̃ ergo ꝙ testm̄ tanq̄ fauorabilius oībus liberis, ꝛ equalitatem inter eos ꝯtinens, debeat preualere istis codicillis inequalitatem inducentibus, ꝛ qui vñr pleni odio ꝛ rancore ꝯ do. Ludouicum. ¶ Qđ ēt probari vr̃ ex alio, q2 scꝫ in eis legatur vsusfructus quarundā terraꝝ de prato albuino vxori testōris, qui tñ vsusfructus ſm tenorem testi ptinebat ad. d. do. Ludouicū, ꝛ pro his allegaẗ elegans doctri. Spec. in ti. de instru. edi. §. cōpendiose. rer. quid si pater hñs tres filios. ꝛ Ro. in ꝯsil. clxxix. amplissime doct. v. col. ver. scdo ꝙ et posito, † qui volunt ꝙ priuilegia filioꝝ fa-

5 uore ꝯcessa in testō, inter liberos ꝯdendo solum procedunt, qñ pater disponit in fauorem oiuꝫ. non aūt si disponat in fa-

6 uorem vnius, ꝛ in odium alterius. ¶ † Tertio ad predictā gl. r̄ndetur in predicto consil. ꝙ illa non ꝓcederet (posito ꝙ esset vera) qñ scda dispositio reuocatoria prime, esset ēt inter extraneos, qđ reperiẗ de predictis codicillis, vt pꝫ in pluribus eoꝝ capitulis, in qbus nepotes ex fr̄e ꝛ vxor testōris, vocanẗ in pleniori vsufructu. qñ aūt scda dispositio fit ēt inter extraneos non tolliẗ prima inter liberos, nisi ſm terminos. d. auc. hoc inter liberos. vt ibi per doct. ¶ Quarto ēt r̄ndetur, ꝙ gl. illa posset ꝓcedere, qñ prima dispositio ēt inter extraneos fuisset facta, naꝫ tunc scda inter liberos simpliciter reuocaret, primaꝫ ēt non seruata solēnitate. d. auc. hoc inter liberos. ne alias qđ fauore filioꝝ sit inductuꝫ in eorum odiū retorqueatur ꝯ. l. qđ fauore. C. de legi. cū simi. ꝛ ꝓ hoc in specie in. d. ꝯsi. alleg. Roma. in. d. ꝯs. clxxix. mihi col. v. v̄. tertio, ꝛ hec est vera. sed in ꝓposito nr̄o primum testm̄ erat simplr̄ inter filios, ꝛ oībus equaliter fauebat, scda vero voluntas inequaliter, ergo ꝛc. ¶ Et ꝙ ista scda voluntas velut odiosa liberis, nō dꝫ tollere primū, cū nō sint in ea septē testes (iuxta. d. auc. hoc inter liberos) vr̃ probari q2 esto, ꝙ sit magis fauorabilis Frāci. vni ex filijs, tñ est magis odiosa

7 do. Ludouico, pp qđ dꝫ tota diiudicari vt odiosa, † qm̄ qñ duo inuiceꝫ repugnantia simul ꝯcurrūt, qui tractat de dāno vitando vtiẗ priuilegio suo ꝯ alium, qui tractat de lucro captādo. l. vex. §. fi. ff. de min. ꝛ tradūt doc. in auc. quas actio-

8 nes. C. de sac. sanct. eccl. † Semper. n. fauorabilior est, tractans de dāno vitando. l. fi. C. de codicil. cū simi. ꝛ inqt predictus do. Raynal. in ꝯsi. suo, ꝙ ista declaratio tollit in ꝓposito oēm dubitationē alleg. ita dixisse Ro. in. d. ꝯs. clxxix. mihi col. v. ver. q2 claꝝ est ꝛc. ¶ Et si dicaẗ predicta procedere, qñ ageret de reuocatione totius testi, seu institutionis in eo facte, r̄ndetur ꝙ imo ēt, si de reuocatione ptis seu particularis dispōnis filioꝝ fauore facte in primo testō, prout Roma. dixit in. d. ꝯsi. clxxix. iiij. col. v̄. tertio principalr̄. ꝛ sequiẗ Ias. in. d. auc. hoc inter liberos. in prima ampliatione. ¶ Sic igiẗ vr̃ ex predictis reuocationē predictaꝫ non corā septem testibus factā non obesse predicto do. Ludouico ex eius psona, ꝛ ex iure per eū transmisso, filij ipsius vñr admittendi ad fideicō. ſm tenoreꝫ testi primo loco facti. ¶ Et vltra ēt vr̃, ꝙ predicti filij ex ꝓpria persona ad illud admittantur, cuꝫ in testō altero decedente sine filijs masculis non solum voceẗ alter filius, sed ēt eius filij masculi, qđ dꝫ intelligi ordine successiuo, iuxta no. ꝑ Bar. ꝛ alios in. l. gallus. §. quidā recte. ff. de lib. ꝛ posth. quo stante seqtur, ꝙ mortuo dño Ludouico, ꝛ sic iure eius extincto, ꝛ resoluto dicaẗ natum nouū ius, ꝛ ꝓpriuꝫ in psona filioꝝ, iuxta tradita ꝑ Alex. in ꝯsi. xxxviij. ꝯsideratis his. ij. col. ver. alia rōne. ij. volu. ꝛ per Cor. in ꝯsi. cxcix. in pñti. col. xviij. ij. vol. cū multis ꝯcord. vt in. d. ꝯsi. do. Raynal. predicti. ꝛ ipse do. Ludouicus quicq̄

facere non poterat, nec in persona eius contingere poterat in preiudicium suorum filiorum, cum illis ex propria eorum persona ius dicatur acquisitum post mortem eorum patris, vt tradit in locis predictis, et plene per Dec. in consil. ccxxxix. primo non vr. in scdo dubio, et sic testm̃ predictũ in caplo substõnis predicte dr̃ conditum inter liberos, et in liberorum fauorem non solum respectu filiorum, sed et respectu nepotum, et sic filiorum do. Ludouici. ¶ Et in ea parte quicquid dici possit respectu do. Ludouici, et posito millies, quod respectu eius reuocatio in predictis codicillis facta valeret sine solénitate, d. auc. hoc inter liberos. tñ vr̃ quod respectu predictorum filiorum do. Ludouici, talis reuocatio non valuerit ex defectu predicte solénitatis, cum nullo modo vel respectu, possit dici predictis filijs do. Ludouici magis fauorabilis, quam primum testm̃. sed potius dici dz odiosa, cũ per eá illi remoueanẽ a fideicó. in eorum fa-
9 uorem facto. † Nec dubitandum vr̃. d. auct. hoc inter liberos. liberorum fauore factam procedere et fauore istorum filiorum do. Ludouici, cũ sint nepotes testatoris, et veniant liberorum appellatione, vt. l. liberorum. ff. de ver. sig. cũ simi. et hoc vltimum, vt. s. reuocatio in codicillis facta sine septem testibus nó valeat in preiudicium predictorum filiorũ do. Ludouici venientium ex iure proprio in predicto consil. asseritur procedere, et verum esse absque aliquo scrupulo, et ex mente oium doc. nemine discrepante, vt sic saltem isto respectu in nostro casu procedat. d. auc. hoc inter liberos. ¶ Istis tñ nullo mó ob. conclusioné. s. positam, et per clarissi. consultorem do. Camillum firmatam vti veriorem amplector, et cũ pro ea per do. consultorem apertissima fiát fundamenta, sup illis non instabo, vlterius ad illa me remittendo. Conabor itaque solum alleg. s. in contrarium iuridice et clarissime remouere. ¶ Dico igiẽ et concludo pro remotione contrariorum, quod imo. d. auct. hoc inter liberos. in proposito nostro nullo mó locum hz, et contra sequitur quod reuocatio predicte substõnis fideicómissarie in codicillis facta valuit, ex quo in eis solénitas reqsita interuenit, vz quinque testium numerus, iuxta. l. fi. C. de codicil. ¶ Et cũ ista dispositio codicillaris sit pariter inter liberos quemadmodum, et testm̃ precedens, et sic ipsis liberis fauorabilior, vt. i. patebit, cessat disputatio quá multi faciũt, vtrũ. s. opi. gl. in ver. perfecta. in. §. si qdem. in auc. de testa. imperfe. dũ vult, quod non requiriẽ solemnitas, de qua ibi, si scda dispó sit inter liberos,
10 sit simplr̃ vera, † ná reiecta illa disputatione, cóis oium opi. est, quod vera sit illa opi. absque dubio, qñ scda dispó inter liberos reuocatoria prime est ipsis liberis fauorabilior, put concludit Bal. in. d. auc. hoc inter liberos. refert et sequiẽ Ro. in consi. ccclxxxv. in casu premisso. et in prealleg. consi. clxxix. col. pen. Alex. in consi. cv. prealleg. iiij. col. v. scdo rñdeo. et And. barba. in consi. xxxij. scribiẽ preclare. iij. col. i. vol. et ita et tenét cóiter doc. in. d. auc. hoc inter liberos. vt ibi per Jas. i. colũ. ver. et per hoc infero. qui alios concor. alleg. et cum hoc in iure nr̃o sit exploratissimum, super eo non est vlterius instandum.
11 ¶ † Qd autem ista codicillaris dispó, quatenus reuocat fideicó. predictũ sit liberis fauorabilior, arbitror notissimum, nam cum per illud fideicó. in testó factum filij, qui eo grauabantur, onus sentiebant iuxta. l. coheredi. §. cũ filie. ff. de vulga. et pup. in codicillis per reuocationé predictam fuerunt a tali onere liberati, qd absque dubio eis fauorabilius fuit, cum ex tali liberatione secutum fuerit, quod quilibet ex predictis filijs remásit liber in bonis suis, ita vt de eis libere disponere potuerit, qd certe fauorabile, et condecens est libero homini. Contrariũ vero incondecens, et iniquũ reputaẽ. l. non vsque adeo. ff. si a paré. quis fuer. manu. et. l. dudũ. C. de contrahé. emp. et presertim in vlti. voluntate, in qua dz esse liberũ, qd non redit arbitriũ. l. i. C. de sac. sanct. eccles. put hec oia abunde per clarissi. do. consultorem deducta fuerunt, ad quẽ me refero. qui ab hac verissima opi. remouet quedam obiecta multum iuridice. ¶ Et pro ea vr̃ mihi, quod sit quasi in terminis decis. Bar. in. l. si quis seruũ. ver. facit ad. q. s. de condi. et demó.
12 † nam Bar. presupponit, quod in testó duo filij instituti erant grauati inuicé, si sine liberis aliquis eorũ decesserit, et postea in codicillis fuit tale onus et fideicó. ademptũ, et valuit ademptio, et cum de codicillis simplr̃ loquatur, intelligo quod in eis sufficit solemnitas codicillaris, et sic quinque testes, iuxta. l. fi. C. de codicil. cum Bartol. aliud non dicat, et opinio Barto. ibi est communiter approbata, saltem in hoc quod reuocatio fieri potuit, et sic videtur, quod per eam firmetur conclusio. s. facta. ¶ Ad idem alleg. Alex. in cósil. cxxxiiij. premisso themate. lib. i. quem refert, et sequitur Curt. senior in consi.
13 lxxv. do. Ludouicus. viij. col. in prin. † có cludens valere secundá voluntatem, in qua liberis daẽ libertas disponendi, et sic vr̃ onus auferri, lz in. d. scda voluntate non exprimaẽ derogatio primi testi. put proprie est casus iste. ¶ Non ob. mó, qd in contrarium dicebatur, quod imo prima dispó testamentaria erat fauorabilior, quia ex predictis cóstat illud esse falsum. Nec dz, qd modo dixi alterari ex eo, quod tpe codicillorum, et reuocationis predicte do. Ludouicus iá haberet filios masculos, Francis. vero solũ vnam feminam, qm̃ (cum bona pace illud allegátis sit dictũ) istud nihil est, nec meruit a tanto viro alleg. quia ex eo non seqr̃, qn per talem reuocationem onus filijs impositũ eis auferaẽ, quinimo dicam, quod forte, et verosimiliter illud fuit in cá talis reuocationis. A principio. n. potuit sperare quélz ex filijs habiturũ filios masculos, et non cognoscebat particulariter qs ex illis non esset masculos habiturus et sic cui res ipsa ex tali fideicó. onus veniret iniunctũ, verum cum postea viderit Franci. carere masculis, et sic onus fideicó. verti aduersus eum, nolens inter filios vnum grauari, alterũ nõ, voluit (vt inter eos esset equalitas) reuocare tale fideicó. attento maxime, quod cum ita eét, sibi neptis filia Francisci, sicut erant nepotes filij do. Ludouici, pariterque oés diligeret posthabita illa opi. vt femine per masculos excludanẽ, quam in testó habuerat, ipsi nepotes, tam femine, quam masculi ex tali reuocatione veniebant admittendi equalitate inter eos seruata, quá et ná inducit, † et lex
14 nostra precipit, ne quid aduersus nám fiat, iuxta. l. maximũ vitiũ. C. de lib. pret. Et hec dicta sint, posito quod vellemus testatoré predictũ scire Franc. nó esse habiturũ masculos, et illos masculos do. Ludouici supuiuere, sed pfecto cũ illud eét in ptáte Dei, quis ipsi testóri hoc reuelauit, vixit. n. Francis. ex post. et in matrimonio per multos annos, vt in pũcto dr̃, quo tpe de facili masculos hr̃e potuisset, vt est notissimum. et preterea et (vt sepe contingit) poterant filij masculi do. Ludouici premori. quibus cósideratis dicam, quod testor non fuit motus particulariter contéplatione Francis. aut filie eius, sed simplr̃ intuitu filiorũ, vt. s. remanerent grauati, et sic quodámodo in seruitute respectu bonorum, vt ipse in tali reuocatióe dixit. ¶ Ex quo plusquam manifeste apparet hanc reuocationem fauorabilioré fuisse filijs, quam fuisset fideicó. imo rectius loquendo cóstat reuocationem codicillarem fuisse filijs fauorabilem, cum fideicó. in testó factum esset ad eorum onus, et grauamen. Merito ergo stat firma cóis oium conclusio, talem reuocationé valuisse, et quod solemnitas septé testium, de qua in. d. auc. hoc inter liberos. non interuenerit. ¶ Nec et ob. qd alleg. de illo predio della breda, quia illud fuit dictũ ea róne, quia post factum testm̃ ante codicillos ex consensu pris bona fuerunt inter filios diuisa, et predium illud tetigerat in partem Francis. et ió pro conseruatione illius diuisionis, sic fuit dictũ in codicillis, et non est dubiũ, quod do. Ludouico alia bona fuerunt in diuisione assignata in cópensationem, que similiter per codicillos fuerũt ei conseruata, saltẽ tacite nihil disponendo in contrarium. Non igiẽ conuenit dicere codicillos fuisse plenos odio, et rancore patris contra do. Ludouicum, qm̃ ista reuocatio, de qua disputamus pariter vtrunque respicit, et vtrunque fauet, et alia dispó de predio illo sũma róne facta fuit. ¶ Nec quicquam facit ad propositum, quod vsusfructus quarundá terrarum de prato albuino fuerit relictus vxori, q iuxta tenorem testi erat futurus do. Ludouici, qm̃ et hoc fuit pro obseruantia, et executione diuisionis, de qua. s. nam in ea inter cetera exprese dr̃, quod predictarum terrarum de prato albuino vsusfructus sit ipsius vxoris, et huic rei cósensit do. Ludouicus, vt in instr̃o diuisionis apertissime legiẽ in ver. hac tñ lege, et cum hoc et c. ¶ Non ob. mó tertia solo, dum dicebaẽ
15 hanc codicillarem dispóné esse et inter extraneos, † qm̃ facilis est rñsio, dico. n. quod ex eo non dz vitiari, qd est dispositũ inter liberos, sed solũ id, qd inter extraneos, put in sili dr̃ in. l. hac cósultissima. §. ex imperfecto C. de testa. nec aliud volũt doc tro. in. d. auc. hoc inter liberos. nam ipsi tm̃ dñt, quod dispó illa procedit, qñ scda dispó reuocatoria prime nó seruata illa solemnitate est inter extraneos, quia puta in scdo testó sunt instituti extranei, sed qñ esset inter filios quod nó valeret, ibi doct. non

non dicunt,sed potius ꝯriū.¶ Posset ergo dici in ꝓpo/
sito,ꝙ inualidum sit,qḋ inter extraneos fuit dispositū,vali/
da remanēte ista reuocatione cū sit inter liberos,⁊ eis fauo
rabilis per predicta. An tñ illud in se sit veruꝫ,ꝙ dispositio
inter extraneos in casu isto non valeat nō firmo,nec est pre
sentis disputationis,sed bene audacter dico,ꝙ ex eo nō dꝫ
aliquo modo inualidari ista reuocatio filijs fauorabilis.
¶ Ad quartaꝫ solōneꝫ rñdeť similiter,ꝙ non est ad ꝓpo/
16 situm,⁊ in allegatione est deceptio,† nam si testm̄ primū con
tineat institutionē nedum filioꝝ,sed ēt extraneoꝝ.scḋm ve/
ro habeat solum institutionē filioꝝ tollit primum,ēt non ser
uata forma.d.auc.hoc inter liberos.qꝛ manifestum est secū
dum testm̄ esse filijs fauorabilius,alioqn,qḋ esset inductum
17 filioꝝ fauore in eoꝝ odiū retorqueret.¶ † Iteꝫ si in primo
testō relictuꝫ est equaliter filijs oībus. In scḋo vero vni tm̄,
⁊ adimitur, qḋ datum erat in primo, istud scḋm non vale/
bit non seruata forma.d.auc.hoc inter liberos,qꝛ.s.istud se
cundū non est liberis fauorabilius,sed primum,⁊ hec sunt,
que dicit Ro.in alle.ꝯsi.clxxix.col.v.ver.tertio ⁊ hec est ve
ra.sed ista non sunt ad casum nr̄m,qꝛ lꝫ in eo,in primo testō
non sint cum filijs instituti extranei,tum in secundo nihil di/
sponitur ad dānum filioꝝ,sed circa institutionē primuꝫ fuit
in totum ꝯfirmatum,vt sic non cadat disputatio,de qua per
Rom.in loco predicto,sed solū dicimus,ꝙ fideicō.⁊ onus
filijs in primo testō iniunctum dr̄ in codicillis reuocatuꝫ ad
cōmodum,⁊ liberationem filioꝝ,⁊ ꝙ talis reuocatio valere
dꝫ,ēt ꝙ non fuerint septem testes,qꝛ est filijs fauorabilis,vꝫ
ꝙ.s̄.dictum fuit. ¶ Nec est veꝝ dicere hanc reuocationeꝫ
inequaliter filijs fauere,cū primuꝫ testm̄ equaliter fauisset.
Qm̄ veritas est primum testm̄ in eo,de quo agitur,equali/
ter grauasse ambos filios,istam vero reuocationem,⁊ codi
cillarem dispōnem equaliter fauere,cū ab vtroqꝫ onus fi/
deicō.remoueat,ſm ꝙ.s̄.ostensum fuit,⁊ pro veritate hoc
mihi vr̄ ita clarum,vt disputatione aliqua non egeat.¶ Et
dū postea in alleg.in ꝯrium dicebať,ꝙ ista codicillaris reuo
catio erat tota diiudicanda odiosa ex eo,ꝙ odiosa est dño
Ludouico ⁊c. Apertissima pꝫ rñsio ex iam dictis,qm̄ nega
tur,ꝙ alicui sit odiosa.est.n.vtriqꝫ filio fauorabilis,cum ab
vtroqꝫ remoueat onus fideicō.⁊ libertatē disponēdi vtriqꝫ
ꝯcedat,vt est dictū,⁊ sic error manifestus ē dicere,ꝙ in hac
reuocatione do.Ludouicus tractet de dāno,Francis. vero
de lucro,sed(vt dictū est)⁊ est notissimum,quilꝫ tractat de se
exonerando ab onere fideicō.qḋ erat eis in testō iniunctuꝫ,
ex quo seqtur,ꝙ inepte per ꝯsulentē in ꝯrium dr̄,ꝙ illa con
sideratio tollebat in ꝓposito oēm difficultatem.¶ Nisi di/
cere velimus,ꝙ tollat ea rōne,qꝛ cum hic neuter magis de
dāno,vel de lucro,q̄ꝫ alter tractet,seqtur ꝙ pariter ista reuo
catio vtrunqꝫ respiciat,pariterqꝫ faueat,⁊ ꝓpea dꝫ oīno va
lere,put rei veritas est.¶ Bene fateor,ꝙ in casu Ro.in.
d.ꝯsil.clxxix.predicta ꝯsideratio bene ꝓcedit,vt ipse ibideꝫ
dicit in alleg.ver.qꝛ clarum.qm̄ cū in primo testō esset pari/
ter relictum filio ⁊ filie.in scḋo vero esset ademptū filie,⁊ da
tum masculo,veꝝ est,ꝙ filia de dāno,filius de lucro dr̄ tra
ctare,vt per eū.¶ Superest nunc,vt ad vlti.rñdeatur,duꝫ
dicebať,ꝙ sine scrupulo,⁊ ex mente oīum doct.d.auct.hoc
inter liberos.dꝫ ꝓcedere,⁊ attēdi in casu nr̄o respectu filioꝝ
do.Ludouici,qui vnr̄ ex ꝓpria persona debere admitti ⁊c.
Ad qḋ(ni fallor)facillima est rñsio.¶ Et pro intelligentia
aduertēdū est,qꝛ testator nihil disposuit particulariter in te
stamento in fauorē filioꝝ do.Ludouici,magis q̄ꝫ in fauoreꝫ
filioꝝ Francisci,sed tunc habens illā opi.vt.s.femine p ma/
sculos excludanť,fecit illaꝫ fideicō.substōneꝫ in fauoreꝫ ne/
potum masculoꝝ, ex quocunqꝫ filio remanerent,non ma/
gis vnum,q̄ꝫ alium filium respiciendo. Et in eo lꝫ masculos
nepotes videať honorasse,filios tñ ꝓprios onerauit,vt est
18 notissimuꝫ,ac ēt nepotes volēs in effectu illas a ꝓprijs pr̄is
successione excludi pp patruum,vel fratres patrueles,† qḋ
quidem dicebať nature aduersari,faciendo dr̄iam inter ma
sculos,⁊ feminas,vt hr̄ in.l.maximum vitiuꝫ.C.de lib.pret.
⁊.s̄.dixi.¶ Postea vero in codicillis melius ꝯsiderans,⁊
magis imitādo nām mutauit opi.nec voluit amplius ex sua
dispōne feminas per masculos excludi,nec filios suos am
plius remanere grauatos. Et ꝓpea fideicō.illam substōneꝫ
reuocauit,volens in hoc nedum filijs suis in testō grauatis
equaliter fauere eos ab onere fideicō.liberando,vt sepe di/
ctum fuit,sed ēt nepotibus suis siľr equaliter fauere,vt.s.
tam masculi,q̄ꝫ femine eorū patribus succedere possint. me
rito ergo ista vlti.voluntas prime reuocatoria tanq̄ꝫ magis
fauēs oībus equaliter dꝫ attendi,lꝫ non habuerit solemni/
tateꝫ septem testiū per ea,que.s̄.deducta fuerunt.¶ Et lꝫ
nepotes masculi dicere possint,ꝙ prima ⁊ testamentaria di
spositio eis erat magis fauorabilis,cū ipsi per illud fideicō.
vocati essent ad exclusionem feminarū(qḋ nemo negat) tñ
in ꝓposito hoc non dꝫ attendi,cū talis dispositio esset dam/
nosa,⁊ odiosa neptibus,⁊ sic inequaliter disponeret inter ne
potes,nec dꝫ talis dispositio impedire,qn sequēs dispositio
illius reuocatoria de iure valeat,lꝫ in ea non fuerint septē te
stes,qꝛ ex quo illa scḋa oībus nepotibus equaliter fauet taꝫ
feminis,q̄ꝫ masculis,nullā inter eos q̄ꝫtum ad hoc faciens
dr̄iaꝫ tanq̄ꝫ fauorabilior,dꝫ valere,ēt non seruata forma.d.
auc.hoc inter liberos,que(vt.s̄.dictū fuit)non procedit,qñ
scḋa dispositio dr̄ liberis fauorabilior.intelligendo hoc non
respectu certorū liberorū(puta in casu isto nepotū mascu/
lorū)sed respectu oīum equaľr tam feminarū,q̄ꝫ masculo/
ruꝫ,iuxta elegantem doctri.Specu.in ti.de instru.edi.§.cō/
pendiose.ver.quid si pater hn̄s tres filios.prout eū refert,⁊
seqtur Ro.in.d.ꝯsi.clxxix.v.col.ver.scḋo ꝙ ⁊ posito.⁊ di/
19 cit ibi Ro.multuꝫ ad propositum nr̄m,† ꝙ beneficia omnia
ꝯcessa testō patris fauore filioꝝ debent intelligi,ꝙ ꝓcedūt
qñ pater disponit in fauorem oīuꝫ equaliter,non si in fauo/
rem vnius,vel aliquoꝝ,ad dānuꝫ alterius vel alioꝝ,⁊ idem
dixit ēt in precalle.ꝯsi.ccclxxxv.ver.scḋo principaľr,qḋ ēt se/
quitur,⁊ cōmendat excel.compater meus do. Phil.deci.
in ꝯsi.cv.⁊ p tenui facultate mea.col.fi.ver.scḋo ēt respon/
20 deri pōt,† queꝫ sine lacrimis alleg.non possum,cū hodie no
uerim illuꝫ in patria mea senensi,ex hoc seculo recessisse.xiij.
die presentis mensis Octob.M.D.xxxv.cuius aīe pius,⁊
misericors Deus misereri,⁊ eidem eternaꝫ requiem donare
digneť.¶ Qui ēt in loco ṗdicto subdit,ꝙ ista decis. est mul
tuꝫ equa,⁊ naturalis,vt seruetur equalitas inter filios,put
esse dꝫ,iuxta.l.vt liberis.C.de colla.cū simi. ⁊ vt inquit dñs
consultor,hoc est ex intentione doc.cōiter.in.d.auc.hoc in/
ter liberos.⁊ in.l.hac ꝯsultissima.§.ex imperfecto.eo.titu.
21 ¶ † Dōm est igiť in ꝓposito nr̄o priuilegiuꝫ.d.auc.hoc in/
ter liberos.non posse hr̄e locum respectu illius fideicōmis/
sarie substōnis facte in testō,cum illa non oībus nepotibus
equaliter faueret,sed solū masculis ad feminaꝝ exclusionē.
Et ꝓpea bene seqtur,ꝙ ēt respectu istoꝝ nepotuꝫ,eis consi
deratis ēt ex ꝓpria,reuocatio codicillaris,cū sua solēnitate
quinqꝫ testiuꝫ,dꝫ oīno valere,lꝫ defuerint septem testes,tuꝫ
qꝛ precedens,⁊ reuocata dispositio non oībus nepotibus fa
uebat(vt dixi)tum ēt,qꝛ ipsa reuocatio taꝫ masculis,q̄ꝫ femi
nis equaľr fauet.¶ Et ex his(ni fallor)est sublatuꝫ illud vl
ti.fundamentū,in quo per consulentem in ꝯriū fiebat maxi/
mū capitale,⁊ dū ipse asserebat illud ꝓcedere ex intentione
oīuꝫ doc. nemine discrepāte,cū bona venia sit dictū non pa
ruꝫ errauit,qm̄ vt ex iam dictis ꝯstat,veritas est illud suum
fundamentuꝫ esse ꝯ̄ intentioneꝫ oīum nemine discrepante,⁊
ita recte ꝯsideranti clarissime apparebit.¶ Posset ēt ad il
lud fundamentū aliter rñderi,maxime dicendo,ꝙ in ꝓpo/
sito nr̄o soluꝫ considerandi veniunt filij,qui primuꝫ locū te/
nebant,quorū respectu non est dubiuꝫ scḋaꝫ ⁊ reuocatoriaꝫ
dispositioneꝫ esse fauorabiliorē prima,vt ex predictis con/
stat. Non aūt vr̄ consideranda persona nepotū,qui ius ali/
qḋ succedendi non habebant,sup eo tñ,⁊ alijs,que ꝯ̄ predi
ctuꝫ fundamentū dici possent,non puto insistendū,neqꝫ ego
curo quicq̄ꝫ dicere,qꝛ solo iam data clarissima est,⁊ de pla/
no tollit oēm difficultatem.¶ Concludiť itaqꝫ ex predictis
oībus codicillarem istam reuocationeꝫ valere,⁊ oīno seruā
dā esse,reiectis oībus,que p pred.do.Raynal.doc.egregiū
pro ꝯria parte consulenteꝫ allega.fuerūt.¶ Nec qcq̄ꝫ ob.
ratificatio illius testamentarie dispositionis per filios facta,
qm̄ illi plenissime rñsum est,per clarissi.do.Camilluꝫ buziuꝫ
primū consultorē pro ista parte,ad quē in hoc me remitto,
vna cū eo concludendo nullū ius cōpetere ex predicta sub/
stitutione fideic.filijs ṗdicti do.Ludouici,nec ex ꝑsona pa/
tris,nec ēt ex ꝓpria venietibꝰ,cū illa fuerit lrīme reuocata.

Soci.nepos Padue legens.

SUMMARIUM

¶ De substitutione inuicem facta vulgariter, pupillariter, & per fideicómissum quid importet.
¶ De interpretatione. l. cum auus. ff. de condi. & dem. cuz socijs an, & qñ procedat, & sic an aliquo casu conditio liberorum non subintelligatur, de quo plene tractatur.
¶ Et vtrũ, & qñ per diuidẽtes dicatur fideicó. renunciatũ.
¶ Item qñ fideicom. & quo tempore prescribatur tam de iure cói, q̃ ex forma statuti Señ. & an aduersus prescriptionem detur in integrum restitutio.

1 Substitutio vulgariter, pupillariter, & per fideicó. copulatiue duobus impuberibus ĩstitutis ad inuicẽ facta, ad hoc vt habeat locum, an sit necesse, q vulgaris, pupillaris, & fideicó. simul concurrant, & ĩ. nu. 3. vbi dicit q non, sz illa copulatiua in disiunctam resoluitur, & perinde est, ac si dictum fuisset, aut vulgariter, aut pupillariter &c.
2 Substitutio copulatiua, ad hoc vt habeat locuz, requirit cõcursum omnium copulatorum.
4 Copula vbi cadit inter incõpatibilia resoluitur in disiũctaz.
5 Testator si dicat volo, q meum testm̃ valeat iure testamẽti, & codicillo℞ illa copulatiua, & in disiunctam resoluitur, qm̃ idem non potest esse testamentum, & codicilli.
6 Dñs si constituat Sempronium suum ꝓcuratorem, factorem, & nuncium specialem illa copulatiua in disiunctam resoluitur, qz sunt incompassibilia, qz procurator ɔcipit verba in personam suam, nuncius vero in personaz dñi.
7 Substitutio vulgaris presupponit hereditatẽ non aditam. Fideicõmissaria aũt presupponit aditam esse hereditatem.
8 Substitutio ad inuicez si sit facta duobus impuberibus institutis vulgariter, pupillariter, & per fideicõmissuz, an sit locus fide cõmisso statim post aditam hereditatez, an vero post mortem primi morientis ex. d. institutis, & ĩ. nume. 10. vbi dicit q fideicõmisso locus est tm̃ post mortez.
9 Legata, & fideicõmissa, quibus dies adiectus non est, adita hereditate statim debentur.
11 Substitutio, vulgariter, pupillariter, & per fideicõmissum facta hz tria tpa, tp̃s vulgaris, hereditate non adita, tempus pupillaris, qñ hereditate adita in pupillari etate decesserit, tẽpus fideicõmissarie, qũ pubes factus hereditate adita decedit.
12 Substitutio ad inuicem vulgariter, pupillariter, & per fideicõmissum, si sit facta sine ɔditione, si decesserit &c. deinde si eis ad inuicez substitutis, sit facta alia substitutio de aliquo, si decesserint sine liberis, an illa conditio subintelligatur in prima substitutione, & ĩ. nu. seq.
13 Coniectura pietatis, que ponitur in. l. cum auus. ff. de cõdi. & demon. est vniuersalis, vide tamen. ĩ. nu. 78.
14 Pater sicut dilexit filium eum instituendo, eodem modo omnem eius posteritatem dilexisse censetur, & ĩ. nu. 18. vide tamen. ĩ. nu. 82.
15 Ratio. l. cum auus. ff. de condi. & dem. est generalis & generaliter intelligẽda, qz ex ea generalitate, nemo iniuste dãnum patitur, vide tamen ĩ. nu. 83.
16 Dispositio testatoris extẽditur ad omnes casus, in qbus si fuisset interrogatus, idẽ verisimiliter rñdidisset, & nu. 84.
17 Statuta extenduntur ad eos casus, in quibus statuentes, si interrogati fuissent, idem respondidissent, & idem est in alijs dispositionibus.
19 Pactum si sit factum per patrem, vt mortua filia in matrimonio sine liberis, portio dotis restituatur fratri suo, & si pater postea suscepit filios portio dotis non est fratri, sz filijs restituenda, qz in illo pacto intelligitur ɔditio, si sine liberis decesserit, vide tamen. ĩ. nu. 87.
20 Testator si instituat Titium, & si heres non erit, vel si erit, & morietur sine liberis substituat Gaium, ex quo in scdo capite de liberis cogitauit, & illa conditio libero℞ in primo capite subintelligitur, vide. ĩ. nu. 99.
21 Inducta ad augumentum non debent operari diminutionem. vide. ĩ. nu. 91.
22 Inducta in fauorem non debent in odium retorqueri, vide infra nume. 92.
23 Filij nati tpe testi in terminis. l. cũ auus. ff. de ɔdi. & dem. an excludant substitutum, & ĩ. nu. 47. 49. 96. & 204. & 247.
24 Testamenti vna pars aliam declarat, vide tñ. ĩ. nu. 97. & nume. 202. vbi pulchre.
25 Qualitas in vno capite apposita, an & qñ censeatur in alia parte repetita. & ĩ. nu. 98. & nu. 256.
26 Clausula in medio vel in fine posita, an referaẽ ad omnia. & infra nume. 100.
27 Lex cũ auus considerat, q plus dictuz & minus scriptũ sit, siue per modum fictionis, siue presumptionis, & no. 102.
28 Interpretatio, q filij excludant substitutum est pia, contraria vero dicitur impia.
29 Interpretatio magis pia & humana, in dubio est accipienda. vide. ĩ. nume. 103.
30 In substitutionibus fideicó. proceditur per coniecturas.
31 Fideicommissa inducuntur, & adimuntur ex coniecturata mente testatoris.
32 Dispositio. l. cum auus. est inducta ex ɔiectura pietatis, vltra omnem verborum significationem.
33 Dispositio ex ɔiecturis inducta per cõiecturas ẽt tollitur.
34 Secũdũ nãm est, vt qd vna via inductũ est eadẽ via tollaẽ.
35 Lex cum auus, & similes est exorbitans a iure cõmuni, ideo stricte interpretanda.
36 Conditio libero℞, q subintelligatur in filio est speciale, qz secus est in extraneo.
37 Filius qui succedit per. l. cũ auus. dr̃ hr̃e quodaz iure speciali, & p ɔñs hz õbiliora iura, q̃ is q succedit de iure cói.
38 Ratio. l. cũ auus. est vnica tm̃. s. cõiectura pietatis, que interpretatur per Imperatorez in. l. generaliter. §. qd aũt.
39 Testator cogitãdo de nepotibus & de filijs instituto℞, si de eis non ꝓuidet, apparet q non vult eos admitti. & 203.
40 Cogitatio nepotũ in genere sufficit, vt tollat voluntatẽ presumptam testantis, & ĩ. nu. 204. & 248.
41 Una presumptio per contrariam presumptionem tollitur.
42 Conditio libero℞ si est apposita in vno casu per testatorez, si in alio casu voluisset illam esse, hoc expressisset.
43 Institutio si sit facta per patrem de duobus filijs, & alterum grauet de restituenda hereditate simpliciter post mortẽ, alterum vero grauet, si decesserit sine liberis, conditio libero℞ in primo grauato non subintelligitur, & nu. 195.
44 Equalitas inter filios seruari debet.
45 Pater censetur magis diligere natos, q̃ nascituros.
46 Experientia est rerum magistra.
48 Opi. saturnina dr̃ illa, que non est recepta, nec approbata.
49 Opinio crebrior est seruanda.
50 Auctoritas Soc. in ciuitate Señ. quasi pro lege seruatur.
51 Illatio non fit ex diuersis substitutionibus.
52 A coniectura. l. cum auus. pp alias coniecturas receditur.
53 Testator si voluit, q per heredes emeretur domus quam si lie heredi relinquebat, & Titio, & filijs Titij, & post mortem filie, Titij, & eius filio℞ relinquebat ecclesie in ꝑsona filie non subintelligitur ɔditio liberorum, & rationez assignat. & infra nume. 212.
54 Dispositio. l. cum auus. procedit, qñ nil additum est per testatorem de liberis ꝓcreandis, secus si additũ esset a testatore, qz dixerit grauo heredẽ, vt restituat si sine liberis decesserit, tunc nil subintelligitur.
55 Negatiua vl'is, si vitiatur in aliqua parte, in totuz vitiatur.
56 Pater si instituat filiũz, & eum grauet de restituendo post mortem, si decesserit sine filijs masculis, hoc casu filie non excludunt substitutum, qñ testator exprimendo illaz conditionem voluit prouidere in casu expresso.
57 Conditio liberorum posita in vno casu, in alio non subintelligitur, & ĩ. nu. 250.
58 Scientia in parte sicut arguit scientiam totius, ita memoria in parte arguit memoriam totius.
59 In vulgari substitutione non intelligitur conditio si sine liberis decesserit, & sic non habet locuz dispositio. l. cũ auus. ff. de condi. & demon. fm cõmunem opin.
60 Filio℞ appl'one, lz de iure veniant filie, tñ si in testõ fit mẽtio filio℞ non veniunt filie, cũ de illis sit facta spãlis mentio.
61 Masculinũ ɔcipit femininũ ex iterptatiõe, ñ ex ꝓprietate.
62 Pronepos lz veniat appellatione nepotis, tñ si legaui nepotibus, tunc appellatione nepotum non veniunt pronepotes, quando de illis est facta mentio.

63 Pater

63 Pater habēs duos filios impuberes si vni vulgariter substituat, alteri pupillariter, in neutrius psona subintelligit tacita substitutio, que alias subintelligeretur.
64 Dispō.l.iam hoc iure.ff.de vulg. & pup. ampliat dispositā in testamento, vt substitutio extendatur ad alium casum.
65 Dispō aūt.l.cum auus.restringit, & diminuit disposita in testamento, qz limitat, si non habeat liberos.
66 Causa magis proxima plus afficit.
67 Conditio liberoꝝ subintelligitur, in.l.cū auus. qñ testator nil expresserat, per qd appareret, ꝙ de nepotibus cogitauit, sed qñ aliquid expressit, pp qd apparet, ꝙ de nepotibus cogitauit, tunc conditio liberoꝝ non subintelligit.
68 Lex qñ interpretatur mentem testōris, circa ea que a principio fuerunt verisiliter cogitata, tñ pp dubietatem verboꝝ, non hr̄ clara intentio testōris, tunc.l.interpretatio. dr̄ esse a proximis, & fit latior, secus si interpretatur circa ea, que non fuerunt verisimiliter cogitata, & tūc interpretatio dicitur fieri a remotis.
69 Substitutio vulgaris expressa, quaz substitutionem pupillarem tacitam in se continet.
70 Donatio omniuz bonoꝝ, vel partis per superuenientiam liberorum non reuocatur, quādo apparet, ꝙ pater donando de filijs cogitauit, & j.nume.236.
71 Filioꝝ appłone non veniunt nepotes, qñ testōr in vna parte testi fecit mentionez filioꝝ, & appellauit filios, & in alia parte appellauit liberos, qz testator, vbi voluit ꝙ veniāt nepotes. vsus est verbo liberorum.
72 Clausula codicillaris non operatur ɔfirmationez legatorū, qñ testm̄ rumpitur preteritione posthumi, qz non est verosimile, ꝙ si pater de filijs posthumis cogitasset, talia fecisset legata, sed vbi appareret, ꝙ de posthumo cogitasset, tunc per talem clausulam legata conseruarentur.
73 Filie apploñe, lz non cōprehendat femina in dispōne testi, secus tamen est, vbi in testamento facta est mentio.
74 Legata non conseruantur rupto testō preteritione posthumi, qñ de eo testator non cogitauit, secus si de eo cogitauit, tunc legata conseruantur.
75 Pactū factū de lucranda dote per virū predecedēte vxore in mr̄imonio nō reuocat pp liberos postea susceptos ex ea muliere, & idez ɔ̄rio in lucro donationis pp nuptias.
76 Matrimonia ɔ̄hūtur ratione iuste sobolis procreande.
77 Vero omnia consonant, ḃm philosophum.
79 Cōiectura, & pietas ōis cessat, vbi appet de mente testātis.
80 Coniectura potentior debiliorem tollit.
81 Impium, & inhumanum est facere ɔ̄ voluntatem testatoris.
82 Generalitas rōnis.l.cū acutissimi, non est semp attendēda.
85 Verba sunt note passionis animi.
86 Lingua est cordis preco, & cor est imperator lingue.
¶ Interea super bonis montis Calbuli orta est ꝯtrouersia inter monasterium, ꝛ Alexandrū ex eo, q2. d. Alexand. asserebat. d. Christophoꝝ non potuisse disponere de predictis bonis montis Calbuli ꝑ onus fideicom. iniunctum ex paterno testō, cum. d. Christophorus decesserit sine filijs. Et demum venerunt ad transactionem, in qua. d. monasteriuꝫ receptis a. d. Alexand. floreñ. cccxviij. pro omni legitima, ꝛ trebellianica, de quibus. d. Christophorus testari potuisset renunciauit. d. Alexandro omnibus iuribus. d. monasterio competentibus, super. d. bonis montis Calbuli, ꝛ promisit. d. bona defendere solum pro. d. floreñ. cccxviij. vt. s. solutis pro legittima, ꝛ trebellianica.
¶ Decesserat hoc tp̄e do. Helisabeth condito testō, in quo legauerat Lucretie. d. bona montis politiani, ꝛ quedā alia, ꝛ institutis hr̄dibus Alex. filio, ꝛ Lucretia nepte predictis.
¶ In anno. M. D. Alexander suscepit tutelam Lucretie predicte, ꝛ bona eius administrauit per biēnium posita Lucretia in monasterio, vt religiosa efficeretur, mortuus fuit Alexander existente Lucretia pupilla in monasterio, ꝛ relictis sibi superuiuentibus Gentile, Calidonia, ꝛ Alexandra eius filiabus legittimis, ꝛ naturalibus, ꝛ heredibus vniuersalibus, que continuauerunt in administratione bonoꝝ ipsius Lucretie. ope Antonie matris.
¶ Fuit Lucretia adhuc pupilla ex monasterio arte quadaꝫ liberata, ꝛ ab ipsa matre iterum tradita, ꝛ despōsata ipsi Uictorio. Datis exinde tutoribus tam ipsi Lucretie, q̄ꝫ filiabus Alexandri.
¶ De mense Maij anni. M. D. ij. fuit inter ipsos tutores, accedentibus decreto iudicis, ꝛ consensu quorūdam ꝓpinquorum, celebratus nouus contractus, in quo expresse fuit recessuꝫ a primo celebrato inter Alexandrum, ꝛ patrem ip

sius Victorij, et pro omni iure pertinente ad ipsam Lucretiam, tam ex hereditate patris, quam auie, et Christophori patrui fuerunt promissi ipsi Lucretie. 1255. floren. in quodam predio, cuius dimidia pertinebat ad ipsam Lucretiam, et in terrenis montis politiani, pertinentibus similiter ipsi Lucretie iure legati ex testo auie, et in bonis mobilibus ex paterna hereditate ipsius Lucretie, super bonis Pauli antonij patris. d. Helisabeth auie, et Christophori patrui simpliciter.

¶ In anno. M. D. xiij. cum venisset in lucem testm do. Helisabeth prius ignoratu, Lucretia egit ad quedam legata sibi in eo facta, et obtinuit, et post talem rem iudicatam fuit celebratus alius contractus inter. d. filias, et heredes Alexandri, et maritum Lucretie, vt eius procuratorem, pro qua et promisit de rato, in quo narratis. d. litibus, super legatis predictis iam per sententiam sopitis, et narrato et quod Lucretia pretendebat ius ad alia bona, predicte heredes Alexandri, tradiderunt marito et procuratori ipsius Lucretie stadia. 50. terrenorum, cōmunis valoris floreñ. centum in circa, et ab eo receperunt floreñ. cl. et liberationem modiorum. x. grani, in quibus dicte heredes Alexandri fuerant condēnate.

¶ Insuper. d. maritus, vt procurator Lucretie, et pro qua et de rato promisit, liberauit. d. heredes Alexandri ab oi eo, quod Lucretia posset petere ex hreditatibus patris, auie, et patrui tam ex testamentis quam ab intestato visis, et lectis verbis. d. testamentorum, nulla tn habita mentione testamenti. d. Bartholomei aui paterni, quod penitus pro parte Lucretie, et eius mariti ignorabatur.

¶ Presupponitur et in facto, quod due ex filiabus Alexandri, fuerunt tradite nuptui, et pro dotibus tradiderunt maritis oia bona, et nominatim bona montis Calbuli, et predium arnani, super quibus existit lis, tertia vero filia recepta dote, seu elemosina est effecta religiosa.

¶ Presupponitur et, quod bona, que fuerunt assignata Lucretie ex patrimonio ipsarum filiarum Alexandri, non ascendebāt ad cōem estimationē floren. dc. bona vero, que remanserūt penes filias Alexādri, ex patrimonio Lucretie ascendebāt ad cōmunem estiñationem floreñ. 2500. et vltra.

¶ Presupponitur et, quod predictus maritus ex predicta Lucretia post predictas renūciationes, suscepit plures liberos.

¶ Stantibus. s. narratis, queritur de pluribus.

¶ Primo an. d. Lucretia admittatur ad. d. fideicom. purificatum in personam patris, et lz ab ipso patre non agnitum, et an petendo. d. bona dicatur venire contra factum. d. Helisabeth auie paterne, si probaretur. d. Lucretiam eius hereditatem adiuisse, ex quo prius ab Alexandro erat iam reuocatum, quam Lucretia hereditatē Helisabeth adire posset.

¶ Scdo an. d. Lucretie obstent renunciationes, de quibus in puncto, cum nulla fuerit habita notitia. d. fideicom. prouenientis ex testamento Bartholomei aui, et ex quo continent dolum ex proposito, vel saltem re ipsa, et ex quo suscepit plures filios.

¶ Tertio dato, quod Lucretia admittatur ad. d. bona, an maritus ex sua obligatione et iurata, possit se aliquo iure defendere, quo minus teneatur ad conseruationem indēnitatis.

SVMMARIVM

¶ De testō, seu fideicom. soluz per testes probato, an sit seruandum, et quot testes sufficiant, et vtrum et quando res fideicom. subiecte per fideicom. ante sibi factā restitutionem, peti possint a tertio possessore.

¶ De viribus certarum transactionum, nunquid. s. preiudicent cuidam mulieri fideicom.

¶ Et vtrum maritus eius, cuius pater, et ipse etiam promiserat ipsam mulierem non contrauenire teneantur ipsa veniente contra transactiones.

1 Testamentum ad eius validitatem requirit septem testes et alias solemnitates.

2 Fideicommissum non agnitum per patrem an ad suos trāsmittatur, et. j. nu. 7. et nu. 15. vbi dicit quod sic bz cōem opi.

3 Fideicommissarius non habet aliquam actionem ad bona nisi hereditate saltem verbaliter restituta, vide. j. nu. 16.

4 Fideicommissarius an possit repetere bona subiecta fideicommisso alienata, an agere ad pretium.

5 Heres non potest venire contra factum defuncti.

6 Uerbum sine hrde in testō positū intelligitur idest sine filijs.

8 Successor non potest impugnare quod semel per eius auctorem est approbatum.

9 Filij qui voluntatez patris recognouerunt eam postea impugnare non possunt.

10 In testamento inter liberos sufficiūt de iure cōi duo testes.

11 Testamentuz, et vltima voluntas inter liberos sufficit, quod probetur per quelibet inditia.

12 Uoluntas testatoris probatur per cedulam manu eius scriptam, sine testibus.

13 Instrm nō vacillat, lz vnus ex testibus instrarijs, ꝯdicat instrumento, qn remanet numerus integer aliorum testium.

14 Testm tempore pestis conditum valet, lz in eo sint pauciores testes, sm veram opinionem.

16 Fideicō. potest agere ad bona absqz alia actionū cessione, qn nulle actiones sunt apud grauatuz, qr forte alienauit.

17 Restitutio fideicōmissi facta vni ex confideicōmissarijs censetur facta alteri, et ignoranti maxime qn intellecta tali restitutione declarauit velle sibi acquiri.

18 L. i. §. sed et quotiens. ff. ad trebellia. quomodo et in quo casu procedat.

19 L. fi. §. fi. ff. de leg. ij. non habet locum, qn alienatio est facta per scientem in scientem onus fideicōmissi.

20 Item non procedit ille tex. qn alienatio est facta iam purificata, et non pendente conditione.

21 Item procedit ante restitutionem fideicom. secus si post.

22 Priuatio presupponit habitum.

23 Repudiare hereditatē, et hereditati renūciare sunt diuersa.

24 Renunciatio presupponit ius iam quesitum.

25 Renunciatio hereditatis in dubio aditionem nō includit.

26 Repudians hereditatem accepta pecunia, non dicit adire, sed repudiare.

27 Faciens actum, qui potest importare aditionem, et non aditionem hereditatis, dicitur illum actum fecisse, qui sibi prosit, et non noceat.

28 Filius heres potest reuocare donata per matrem, quando donatio fuit inofficiosa.

29 Renunciatio facta per aliquos tertio non nocet, ratihabitione non secuta.

30 Renuncians successioni ab intestato, non dicitur renunciare successioni ex testamento, quando ignorat ex testamento sibi deferri hereditatem.

31 Renunciare nemo dicitur iuri, quod ignorat sibi cōpetere.

32 Renunciatio si sit facta omni iuri prouenienti ex testō, vel fideicom. nisi in specie sit facta mentio de tali testō, renunciatio, sm cōem opinio. non tenet, et. j. nu. 37. 60. et. 62.

33 L. de his. ff. de transact. generaliter procedit, qn transactio fit super his, que pendent ex testō, et in testamento relicta sunt, cum illo cui relicta sunt.

34 Trāsactio si fit inter heredes, et creditores hereditarios vel debitores, nō est opus videre verba testi, qm nil releuat. Limita tamen, vt. j. nu. 36.

35 Lex de his procedit semper, quando releuat videre verba testamenti.

38 Transactio si sit facta super parte legati, non visis verbis testamenti vitiatur in totum.

39 Contractus in totum irritatur, qn in aliquo est erratum.

40 Renunciatio continens dolum ex proposito, vel re ipsa est inualida, quia dolus ex proposito, vel re ipsa equiparatur, et infra nume. 47.

41 Dolus non infertur scienti, et volenti.
Et quomodo dolus re ipsa probetur, et. j. nu. 45.

42 Alienata computantur in legittimam.

43 Fideicōmissarius aduersus confideicōmissarium nō detrahit trebellianicam.

44 Possessor bone fidei melioramenta cum fructibus compensat.

46 Lesio vltra tres ex quattuor partibus dicitur enormissima.

48 Lex. ij, C. de rescinden. vendi. locum habet in transactione, sm cōmunem opinionem.

49 L. si vnqz. C. de reuocan. dona. habet etiaz locum in donatione non pura.

50 Mandati fines sunt diligenter custodiendi.
51 Mandatum speciale ad donandum requiritur.
52 Mandatum specialissimum vbi requiritur, non sufficiunt verba generalia in mandato expressa importantia aliqd specialiter mandatum.
53 Mandatum speciale requiritur ad transigendum.
54 Mandatum si sit alicui factum generale, ⁊ cum istis verbis, vcꝫ ⁊ ad transigendum, prout sibi videbitur, ⁊ placebit, important non liberam ⁊ absolutam libertatem, sed limitatam, ⁊ regulatam arbitrio boni viri.
55 Promittens simpliciter aliquid non petere, non dicitur se extendere ad contenta in testamento.
56 Emptio ⁊ venditio est, vbi interuenit precium, ⁊ res, lꝫ non sit adiectum verbum vendo.
57 Lis non debet, nec potest fingi.
58 L. cum his. ff. de transactio. habet locum etiam in pacto liberatorio.
59 Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.
61 Exclusa ab hereditate patris non dicitur excludi ab hereditate fratris, lꝫ forte eadem bona in vtraqꝫ reperiantur.
63 Renunciari an possit cum iuramento, solemnitati. l. cũ his. ff. de transactio.
64 Contractus, qui est nullus alterius odio, iuramento nõ firmatur.
65 Renunciatio generalis omnium iurium ⁊c. que potius ex consuetudine notariorum ponitur, lꝫ trahatur ad iura, que renuncians sibi sciebat competere, tñ non trahitur ad iura, que penitus ignorabat sibi competere.
66 In renunciatione generali non venit id, quod quis verisimiliter in specie non renunciasset.
67 Lex si quis cum aliter. ff. de verb. obliga. procedit etiam in maiore, etiam ꝙ iurauerit.
68 Dolus ex coniecturis probatur.
69 L. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. iij. quomodo loquatur, ⁊ intelligatur.
70 Iuramentum, quando habeat vim specialis consensus, ⁊ quando non.
71 L. si vnqꝫ. C. de reuocan. donat. habet locum, etiam quãdo donatio est in notabili quantitate.

CONSILIVM CXXIX

Dirigat Dominus verba mea in
viam veritatis, ⁊ iustitie.
Quantum ad primum quesitum, videt̃ pri-
ma consideratione dicendum. d. Lucretiaꝫ
nullo modo fuisse admittendam ad vindi-
candum bona montis Calbuli, virtute. d. fideicom. proue-
nientis ex testõ auito, lꝫ purificati in persona Pauli anto-
nij sui patris. Nam primo loco non videtur probari auituꝫ
testm̃, ⁊ lꝫ instante, ⁊ petente Alexandro altero ex fideicõ.
fuerint recepti, ⁊ examinati quattuor testes, super vltima vo
luntate ipsius Bartholomei, qui predecesserat ruri tempo
re pestis, ⁊ in anno. M. cccclxxviij. iuxta tex. ⁊ que ibi not.
in. l. publicatis. C. de testa. tñ non videtur sufficiens nume-
1 rus testiuꝫ, †cum de iure cõmuni requirantur septem testes,
⁊ alie solemnitates, de quibus in. l. hac consultissima. C. de
testa. ⁊ insti. eo. tit. in. §. sed cum paulatim. ⁊ hec magis vi-
dentur in casu isto procedere, in quo primus testis videtur
potius contradicere, qꝫ affirmare voluntatem ipsius defun
cti. ¶ Secundo data validitate. d. testamenti, adhuc vide
2 tur dõm, †ꝙ ex quo. d. fideicom. non fuit agnitum per ip-
sum Paulum patrem non transmiserit ad suos, iuxta glo.
in. l. cum filio. ff. de lega. i. ⁊ fuit opi. Azo. C. ad trebellia. ⁊
refert Bal. formando. q. in. d. l. cum filio. ¶ Tertio lꝫ dice
retur transmissum, ex quo Alexander habuit. d. bona a mo
nasterio solutis. cccxviij. floren. potius videtur habuisse ex
3 causa emptionis, qꝫ ex testõ paterno. ¶ †Uel saltem vide
tur experiri sine actione. d. Lucretia, contra tertios posses-
sores, cum nulla sibi fuerit facta restitutio fideicom. saltem
verbaliter, iuxta tex. ⁊ que ibi not. in. l. restituta. ⁊ in. l. mu-
4 lier. ff. ad trebel. ¶ †Quarto cum. d. bona fuerint primo lo
co alienata per. d. Helisabetaꝫ in monasterium, ⁊ exinde
per monasterium in Alexandrum, ⁊ per heredes Alexan-
dri in maritos filiarum, videtur ẽt dicendum, ꝙ non com-
petat actio ad bona, ⁊ si qd ius competit, potius videtur cõ
petere ad precium, per tex. in. l. fi. §. fi. ⁊ que ibi not. per scri
5 ben. ff. de lega. ij. ¶ †Quinto ⁊ vlti. cuꝫ. d. Helisabeth do
nauerit monasterio, ⁊ promiserit non venire contra ⁊ postea
in eius testõ instituerit heredes, Alexandrum ⁊ Lucretiaꝫ
videtur, ꝙ Lucretia non possit venire contra factum defun
cti, per. l. cum a matre. C. de rei vendi. ⁊ per. l. venditrici. C.
de reb. alien. nõ alie. cũ simi. ¶ Sꝫ predictis minime ob. in
6 cõtrium est veritas, †nam cum. d. Bartholomeus disposue-
rit in vltima sua voluntate, ꝙ si. d. Christophorus, Pau-
lus, ⁊ Alexan. decederent sine herede. i. sine filijs, vt decla-
rat tex. in. l. ex facto. in. §. si. ff. ad treb. non possent se inuiceꝫ
exheredare, ⁊ per ꝯñs dicitur fecisse inuicem substitutioneꝫ
fideicom. ⁊ Christophorus decesserit sine filijs, vt presup-
ponitur in puncto purificata est conditio. d. fideicom. in per
sona Pauli antonij ⁊ Alexandri, qui superuixerunt. §. cu.
igitur. circa fin. ⁊. §. sinautem sub conditione. C. de cad. tol
7 †Et cum tale fideicom. fuerit purificatum in personã Pau
li antonij, qui superuixit Christophoro, illud ius etiam non
agnitũ transmisit ad suos filios ẽt non natos tempore mor
tis, iuxta text. ⁊ glo. in. l. si in personam. C. de fideicommiss.
¶ Non ob. ꝙ testm̃, seu voluntas Bartholomei non vi-
detur probari, qꝛ hoc est a veritate longe alienuꝫ. ¶ Et qꝫ-
8 uis ista disputatio sit superuacua, †ex quo Alexand. auctor
istius Ioãnis rei conuenti, ⁊ Bartholomei clerici filij, ⁊ he
redis Gentilis pro sua portione heredis Alexandri, illud
approbauit in iudicio petendo testes recipi, ⁊ testm̃ publi-
cari, prout publicatum extitit ad effectũ consequendi a. d.
monasterio, bona montis Calbuli per dictũ monasterium,
iam occupata, vt constat per instrumentum compositionis
factum inter ipsum Alexandrum ⁊ monasteriuꝫ prefati suc
cessores Alexandri non possunt impugnare, qd semel per
eorum auctorem approbatum extitit, iuxta text. ⁊ que ibi
not. in. l. post legatum. ff. de his quib. vt indign. ⁊ est glo. or
dina. in. c. presentium. in glo. i. extra de testi. ⁊ in terminis,
9 †qñ filij recognoscunt voluntatem patris, ꝙ postea impu-
gnare minime possint, tenuit Pau. de cast. in ꝯsi. cccvij. ⁊ in
ꝯsi. ccclxxiiij. in. i. lib. Tñ ex abundanti dico etiam, ꝙ volun
tas ipsius Bartholomei probatur, ⁊ est probata saltem,
per tres testes omni exceptione maiores in iudicio exami-
natos instante, ⁊ petente. d. Alexandro, vt patet ex ꝓcessu
ipsius publicationis ipsius testamenti, qui clare deponunt
voluntatem eius, vt lꝫ ex lectione ipsoꝝ testium videre, ⁊
tres testes ẽt non rogati sufficiunt in qualibet vltima volun
tate ex dispositione Señ. statuti positi in scdo disti. sub rub.
10 de testa. ¶ †Et fortius possumus dicere ꝙ ẽt ex dispositio-
ne iuris cõmunis sufficiunt duo testes inter liberos, vt not.
11 in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. †⁊ in-
ter liberos sufficit, ꝙ probetur voluntas per quecunqꝫ indi
tia, vt est tex. ⁊ ibi not. in. l. fi. C. fam. hercisc. ⁊ per Pau. de
cast. ꝯsi. cccclxix. visis ⁊ examinatis attestationibus. libro. i.
12 ¶ †Fortius ẽt dixit Bar. ꝙ sufficit cedula manu testato-
ris, lꝫ deficiãt testes, vt in. l. si is qui. ff. de testa. ¶ Nec ob-
stabit, si diceretur, ꝙ quartus testis, qui fuit presbiter, ⁊ scri-
pserat testm̃ videatur deponere, ꝙ ille testator non videba-
tur sibi in recto sensu, ⁊ ꝙ protulerit quedam mala verba.
Nam postea repetitus ex iudicis officio deponit, ꝙ testa-
tor bene, ⁊ clare locutus fuit, ⁊ respondit, ꝙ sic. ¶ Prete-
rea iste est solus, ⁊ remanet numerus integer trium aliorum
testium, qui clare deponunt etiam continentiam. d. fideicõ.
⁊ dicunt omnes se non audiuisse talia mala verba, ⁊ ꝙ te-
stator clare, ⁊ sane loquebatur, vt lꝫ videre ex eoꝝ deposi-
13 tione. ¶ †Et lꝫ vnus ex testibus instrumentarijs videatur
ꝯtradicere instrumento, qñ remanet numerus integer alio-
rum testium, non facit vacillare instrumentũ, ita dixit Bar
to. quem sequuntur alij in. l. i. §. si quis neget. ff. quemadmo.
14 testa. aperiant. ¶ †Preterea ex alio potest. d. testamentuꝫ
de iure communi sustineri, qꝛ. s. tempore pestis (quo tempo-
re fuit conditum. d. testamentum) pauciores testes sufficiũt,
ſm vnam opini. magis veram, in. l. fi. de testa. vt ibi per Ia
so. ⁊ vltra allegata ibi per eum, ita tenet Barbat. in consil.
lxxxvij. prope est dominus. ij. colum. iiij. volumi. excellentissi
mus compater meus Deci. in consi. cclxxxiiij. viso puncto.

in primo dubio, ⁊ Hippol. de Marsil. in l. i. §. preterea. co
15 lum. xix. ff. de quest. ¶ † Ad scdm ꝙ fideicõmiss. non trans-
mittatur ad suos, qñ non est agnitum, respondetur, ꝙ opi.
d. glo. in d. l. cum filiofam. non tenetur, ⁊ communis opin.
est in contrarium, vt declarant Bar. ⁊ ceteri scribent. in d.
l. cum filio. ⁊ per Roman. in consil. xvij. viso puncto mihi
presupposito. ⁊ per do. ⁊ patruum meum Soci. in consilio.
cclxxx. qm̃ presens consultatio. ⁊ consi. cxxxij. dubia discus-
sa. in ij. colum. versi. postremo. in iiij. lib. ⁊ Paul. de cast. in
consil. clxiij. in iiij. colum. versi. ad septimum. ⁊ alias plene
dixi in d. l. cum filio. in vj. questio. ¶ Ad tertium, ꝙ Ale-
xander videatur habuisse dicta bona a monasterio ex causa
emptionis ⁊ dationis in solutum, ⁊ non ex causa fideicom.
ex testamento paterno prouenientis. Ridiculuꝫ videt̃ disse
rere, sed qꝛ sepe ex aduerso hoc fuit oppositum, dico ꝙ re-
sponsio patet ex lectura ipsius instrumenti compositionis
facte inter Alexandrum ⁊ monasterium, in quo apparet ex
pluribus locis ipsius instrumenti, ꝙ moniales cesserunt iu-
ra sibi competentia super dictis bonis montis Calbuli rece
ptis ab Alexandro floren. cccxviij. pro omni legitima, ⁊ tre
bellianica, de quibus Christophorus potuisset disponere, ⁊
solum voluit teneri monasterium de euictione pro florenis.
cccxviij. receptis, ⁊ non vltra, ⁊ sic clare apparet, ꝙ recupe
ratio fuit facta ex ea causa, ⁊ non ex alia, super qua fuerat
diu litigatum, inter Alexandrum ⁊ monasterium, vt can-
tant verba dicti instrumenti, ⁊ in incertis non certis, locus
est coniecturis vulgata. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo.
16 obligat. ¶ † Et ex istis patet etiam responsio ad l. restitu-
ta. ⁊ ad l. mulier. ff. ad treb. ꝙ ex quo fuerunt d. bona alie-
nata in monasterium per d. Helisabettam heredem Chri-
stophori ex dispositione ipsius Christophori non erat opus
Lucretie alia restitutione, qꝛ penes grauatum nulle erant
actiones, quas restituere posset, ⁊ tali casu potest fideicom.
agere sine cessione, ⁊ restitutione actionum, prout declarat
glo. cõmuniter approbata, in l. pen. C. ad treb. per tex. in l.
fi. §. pen. C. cõmun. de lega. in penult. colum. in versic. quero
vtrum sint alij casus. ⁊ late per domi. Mari. Soci. in l. i. §.
sed ⁊ quotiens. in penul. colum. ff. ad trebelli. ⁊ est commu-
17 nis opinio. ¶ † Potest etiam dici, ⁊ clare, ꝙ ex quo resti-
tutio est facta iam per monasterium Alexandro vni ex cõ-
fideicommiss. vt. s. est declaratum, censetur etiam facta Lu-
cretie, lꝫ ignorauerit per text. expressum in l. i. §. sed ⁊ quo-
tiens. ff. ad trebell. ¶ Attento maxime, ꝙ statim ꝙ Lucre
tia sciuit, ⁊ intellexit nuper predictam restitutionem, vt su-
pra Alexandro factam declarauit eius mentem, ⁊ se velle
etiam sibi acquiri, iuxta cautelam traditam per moder. do-
cto. in d. §. sed ⁊ quotiens. ⁊ maxime per do. Maria. So-
18 cin. ¶ † Et lꝫ forte ille tex. in d. §. sed ⁊ quotiens. loquatur
in fideicom. conditionali, ⁊ puro, tñ procedit etiam si ambo
bus sit pure relictum, si vnus tempore quo alteri restituitur,
non est habilis ad restitutionem petendam, puta qꝛ sit ab-
sens, vel qꝛ pupillus, prout erat Lucretia tunc, que penitus
ignorabant d. restitutionem, nam eo reuerso ⁊ intelligente,
⁊ volente sibi queri fideicommiss. actiones dicuntur ipso iu-
re translate in eum, vt declarat do. meus Socin. in d. §. sed
⁊ quotiens. ¶ Ad quartum, ⁊ sic ad text. in l. fi. §. fi. de le-
gat. ij. potest quo ad casum nostrum plurifariam responde-
19 ri. † Et primo, ꝙ dispositio illius tex. non habet locum, quã
do alienatio est facta per scientem onus fideicom. in scien-
tem, vt euenit in casu nostro, nam ⁊ do. Helisabeth, ⁊ mona
sterium mediantibus personis suoꝝ administratorum scie-
bant illud fideicom. ⁊ voluntatem Bartholomei testato-
ris. De scientia autem do. Helisabeth probatur, qꝛ interfuit
testamento ipsius Bartholomei, vt deponunt testes instru
mentarij examinati ad perpetuam rei memoriam instante, ⁊
petente d. Alexãdro. ¶ De scientia vero d. monasterij ꝓ
batur, qꝛ fuit citatum ad publicationem ipsius testamenti,
vt patet ex processu, quorum scientia operatur ꝙ potest agi
contra d. monasterium, ⁊ eius successores ad bona, vt est
tex. ⁊ ibi declarant scribent. in l. fina. C. communia delega.
20 ¶ † Rñdet̃ ⁊ scdo ad tex. in d. §. fi. ꝙ dispositio illius tex.
procedit, quando alienatio esset facta pendente conditio-
ne, secus quando conditio erat iam purificata, prout eue-
nit in casu isto, ita declarat Jo. de imo. illum tex. in l. quidaꝫ
sta. §. si quis filium. ff. ad trebell. ⁊ refert ⁊ sequitur do. Ale
xan. in l. marcellus. §. res que. ff. eodem titu. in secunda con
clusione. ¶ Et lꝫ Alexan. dicat ibi, ꝙ Pau. de cas. teneat
contrarium, tamen veritas est, ꝙ Paul. de cast. idem tenet
21 ibi, ⁊ clare vt lꝫ videre volenti. ¶ † Respondetur ⁊ tertio,
ꝙ dispositio d. §. fin. procedit ante q̃ꝫ esset facta aliquo mo-
do restitutio, vt ibi ꝓbatur, sed in casu nostro dicitur facta,
vt s. est declaratum, quando Alexander recuperauit a mo
nasterio tali casu, ergo censetur facta etiam Lucretie, per te
xtuꝫ, in d. §. sed quotiens. in l. i. ff. ad treb. ⁊ sic patet, ꝙ nul
lo mõ sumus in terminis d. §. fi. ¶ Ad quintuꝫ in quo dr̃,
ꝙ ex quo Lucretia fuit istituta hr̃s in testõ. d. Helisabeth,
⁊ videtur postea eius hereditatem acceptasse, ex quo illius
hereditati etiam renunciauit, vt dicetur infra, ⁊ renunciatio
22 videtur includere aditionem, † priuatio enim presupponit
habitum. l. decem. ff. de verboꝝ. oblig. ⁊ tali modo arguen-
di vtitur do. Mari. Soc. in consi. xxxiiij. visa repudiatione
23 paterne hereditatis, in iiij. volumi. ⁊ per eundem Socin. in
consi. clxxxij. eleganter sunt omnia discussa. versi. sed tamen
premissis. vbi dicit, ꝙ aliud est repudiare hereditateꝫ, aliud
24 hereditatem renunciare. † Ille enim qui renunciat, presup-
ponit iam ius quesitum, vt probatur ẜm cum in l. fuit. ff. de
acquiren. hered. ⁊ per Pau. de cast. in l. pactum. C. de col-
latio. ⁊ sic cum videatur probari aditio, Lucretia non po-
test venire contra factum do. Helisabeth, ⁊ recuperare bo-
na iam per eã alienata. ¶ Sed ad ista potest pluribus mo
dis responderi. ¶ Et primo ꝙ non probatur, ꝙ Lucretia
adiuerit hereditatem d. Helisabeth, nam quantum attinet
25 ad renunciationes, respondetur, † ꝙ renunciatio in dubio
non includit aditionem, ẜm Py. in consilio. iij. incip. in que
stione do. Alberti. ⁊ sequitur Joan. and. in addit. ad Spe-
cu. in titu. de testa. §. in primis. in magna additione, incip. in
fine, Ubertus de bobio. ¶ Secundo respondetur, ꝙ in cã
su nostro, ex d. renunciationibus non videtur argui aditio,
sed potius repudiatio, cum Lucretia abdicauerit a se here-
ditatem cum omni bono, ⁊ malo cõmodo, ⁊ incõmodo, vt
patet in renunciatione celebrata in anno. M. D. ij. de quã
in puncto, quo casu succedit dispositio text. in d. l. fuit. ff. de
26 acquiren. hered. † ꝙ ille, qui repudiat hereditatem recepta
certa pecunia, non dicitur hereditatem adire, sed potius il-
27 lam repudiare. ¶ † Tertio ꝙ lꝫ fecerit aliquem actum, per
quem possit dici eam adiuisse hereditatem, qꝛ tamen potest
dici ille actus alia ratione factus, debemus interpretari ta-
lem actum, vt potius prosit, q̃ꝫ noceat, quando vnus habet
duplicem viam, vt declarat Barto. in l. gerit. ⁊ in l. pro he
rede. ff. de acquir. hered. nam potuit Lucretia succedere. d.
Helisabeth auie paterne ex forma statuti Senen. sine one-
re, qꝛ statutum vult, ꝙ mater, vel auia non possit disponere
in preiudicium filioꝝ, vel nepotum, nisi de quarta vt pa-
tet in statuto sub rub. ꝙ mulier non possit disponere in pre-
iudicium filiorum, ⁊ sic potest succedere absqꝫ eo, ꝙ se im-
plicauerit oneribus hereditarijs, ita declarat patruus, ⁊ do
mi. Mari. Soc. in terminis in cõsi. xciiij. in iiij. columna, in
versicu. circa quartam. ⁊ ita alias fuit iudicatum in hac ci-
uitate, in causa nobilis viri Joan. vgurgerij, in qua ego ideꝫ
scripseram. ¶ Quarto respondetur, ꝙ isti successores Ale
xandri non possunt hoc obijcere, qꝛ allegarent turpitudineꝫ
suam, seu eorum auctoris, qui talem alienationem reuoca-
28 uit, vt s. est declaratuꝫ. ¶ † Quinto ⁊ vltimo respondetur,
ꝙ filius etiam heres potest reuocare alienata per matrem,
quando donatio esset inofficiosa, prout fuit in casu, de quo
agitur, vt concludunt Bar. in l. ij. in versi. opponitur, ꝙ he
res, C. de inofficio. donat. ⁊ Saly. in l. penul. eodem titu. ⁊
Barto. in l. prima. §. imperator. in versi. quero quid si iste fi
lius. ff. de legat. ij. Curt. consi. i. colum. fina. cui se subscripse-
runt Soci. Uincen. paleololus, ⁊ Jac. de puteo. ¶ Capio
modo secundum articulum principalem, in quo videndum
est, an do. Lucretie obstent renunciationes in contrariuꝫ op
posite, ⁊ video, ꝙ ex tribus renunciationibus nituntur ad-
29 uersarij infringere intentionem actricis. ¶ † Prima renun
ciatio fuit celebrata sub die. v. mensis Aprilis anni. 1497.
inter Alexandrum actorem istius rei conuenti, ⁊ Lauren-
tium patrem do. Uictorij, ⁊ ipsum domi. Uictorium, tunc
minoreꝫ annis. xv. qui pro d. Lucretia promiserũt de rato,
¶ Et

¶ Et hec minime obest Lucretie, cum sit inter alios acta, vulgata. l. sepe. ff. de re iudica. cum nulla pro parte sua fuerit secuta ratihabitio, facit totus tit. C. res inter alios acta. & hoc non habet hesitationem. ¶ Scda renunciatio fuit celebrata de mense Maij anni. M. D. ij. inter tutorem Lucretie tunc pupille, & tutorem filiarū. d. Alexandri, in qua fuerunt promissi pro dotibus Lucretie floren. 1250. p omni iure, quod peruenire posset ipsi Lucretie ex hereditate Pauli antonij pris Christophori patrui, & d. Helisabeth auie, ita q omne bonum, & malum, cōmodum, & incōmodum remaneret. d. filiabus Alexandri, & in hac nulla fuit habita mentio testōrum. ¶ Et quantum attinet ad hanc dicendum est similiter non obesse ipsi Lucretie ex pluribus. ¶ Primo qr in ea non est renunciatum successioni ex te-
30 stamento, † & ille qui simpliciter renunciat ab intestato non dicitur renunciasse, si potest succedere ex testō, quādo ignorat sibi ex testamento deferri hereditatem, vt habetur in. l. nec his. §. i. ff. de acquir. hered. sed nec do. Lucretia, que pupilla erat, nec etiam tutor eius sciebat aliquam ex. d. hereditatibus eidē ex testamento deferri, aut ex. d. hereditatibus aliquid, igitur sequitur renunciationem ab intestato fa-
31 ctam eidem non obesse, quo ad causam testati, † nemo enim dicitur renūciare iuri, quod sibi competere ignorabat. l. ma-
32 ter decedens. cum simi. ff. de inoffic. testa. ¶ † Secundo qr si renunciat alicui iuri prouenienti ex aliquo testamento, vel fideicom. nisi saltem in specie fiat mentio de tali testamēto, renunciatio non tenet, scḋm magis cōmunem opinio. scribentium, de qua per Barto. in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. in. v. q. cuius opi. dicunt esse cōmunem moder. papien. ibi in. xxvj. colum. in versi. circa quintam. per text. in. l. de his. ff. de transac. & in. l. i. ff. quemadmo. testa. apian. ¶ Nec obstabit, si quis diceret, q dispositio. l. de his. non habet locum, nisi quando fieret transactio inter heredes, & legatarium, vt videtur probari in. l. iij. in prin. & in. l. cōtrouersia. ff. de transac. & videntur tenere doctor. maxime Jas.
33 in. d. l. de his. in prima limitatione, per iura. s. allega. † qm rńdet ad hoc, & est aduertendum, q immo illa regula procedit semper & generaliter, quando transactio, vel pactum liberatoriū fit super his, que pendent ex testō, & in testamento relicta sunt cum eo, cui relicta sunt, & hoc ea. s. ratione, ne occultentur testamenta in damnū eorum, quibus in eis aliquid relinquitur tam iure institutionis q̃ iure legati, & ita importat generalitas. d. l. de his. & l. i. ff. quemadmo. testa.
34 aperiant. ¶ † Fateor bene, q si pactum liberatorium, vel transactio fierent inter heredes, & creditores hereditarios, vel debitores tali casu non est opus videre verba testamēti, qr illud nihil releuaret, ex quo debitum, & creditum nō pendent ex testamento, vel eius verbis, vt declarat Jas. in. d. l. de his. ¶ Et idem etiam posset dici, si fiat transactio inter heredem scriptum, & legittimum, modo fiat tanq̃ cum herede scripto, qr cum iā presupponatur, q sit heres scriptus iam notum est ei queri hereditatem ex testamento, tali ergo casu videre verba particularia testamenti nihil releuaret, & in hoc casu potest intelligi, quod per aliquos dicitur per. d. l. controuersia. vt per Jaso. vbi. s. & per Fulgo. in consi. lj.
35 † Sed vbi videre verba aliquid releuaret, & gnr diceretur transactio fieri super testamento, semper procedet dispositio. d. l. de his. propter eius generalitatem. l. i. §. generali-
36 ter. ff. de lega. prestan. † etiam si fieret inter heredem, & debitores hereditarios, puta qr debitori esset certo modo relicta liberatio, quod non intelligabatur particulariter, & simpliciter. prout testm̃ loquebatur, & etiam si inter scriptum, & legittimum puta q dicatur eum esse institutum cum aliquibus adiunctis oneribus respectu legittimi, vel quid simile, id tamen particulariter, & in specie non appareat, his casibus non video, cur non procedat dispositio. d. l. de his. argu. l. non est nouum. ff. de legi. ¶ Et vltra etiā dici potest, q in. d. iuribus presupponuntur termini habiles ad id, qd in eis disputatur, iuxta. l. qui testamento. ff. de testamen. Referebat ergo do. Lucretie videre verba testamenti. d. Helisabeth propter legata in eo facta, & testamentum paternū, cum in eo ipsa heres erat instituta, & non alius, & testamentum aui, a quo causabatur illud ius fideicom. propter bona montis Calbuli, ex quibus resultat enormissima lesio.

37 ¶ † Accedat quod. s. diximus, q est introductum pro forma, q saltem fiat mentio testamenti, & non sufficit dicere in genere, nisi dicatur in specie virtute testamenti talis testatoris ad hoc vt teneat renunciatio, vt declarat Bar. communiter approbatus in. d. §. duo fratres. in. v. q. & loquitur in fideicom. de presenti, vel de futuro. ¶ Et ex predictis infer-
38 tur, † q si dicta renunciatio est nulla respectu bonorū montis Calbuli debitorum ex causa dicti fideicom. redditur nulla in totum, & sic respectu predij arnani, & aliorum bonorū, ita declarat glos. in. d. l. de his. dum dicit, q si sunt legata. xv. & interponitur transactio, pro. x. q irritatur in totum, &
39 ita declarant modern. papien. ibi. ¶ † Facit, qr si in aliquo est erratum totus contractus irritatur. l. si non sortem. §. si centum. ff. de conditio. indebi. & l. si quis aliam. ff. de solutio. ¶ Facit. l. i. ff. de rer. permut. & ita in proprijs terminis determinat do. Lauren. calca. in consi. xvij. in. iij. colum. in ver
40 si. nec obst. generalitas verborum. ¶ † Tertio redditur dicta renunciatio inualida, qr continet dolū, si non ex proposito, saltem re ipsa, & tali casu dolus ex proposito, & re ipsa eq parantur, scḋm magis cōmunem opinio. vt tenuit vbiq; Pe. de anchar. in repetit. c. i. de constitut. xxij. car. in versicu. ego etiam consului in ciuitate Senarum. & in consi. xxxviij. pro clariori decisione. in. ij. colum. versic. secundo pondero. & in consi. lxxxij. visis diligenter actis. in finalib. verbis, & consilio. clxxx. visa diligenter. & Abb. in. c. cū contingat. in. xviij. colum. extra de iureiuran. versi. nonus casus. vbi etiam hoc firmat in maiore iurante dicens, q hoc casu idem operatur dolus re ipsa, q dolus ex proposito, & idem tenuit in consilio. viij. Laurentia mulier. in secunda colum. in versicu. paria enim sunt. in secundo libro, & in alio consi. cvij. quattuor sunt dubia. in. iij. colum. in versicu. ad quartam. & pro hac opinio. consuluit etiam do. Petr. philip. corne. in consi. xj. in tertio libro, & plures alij solemnes docto. s. do. Bald. de bartolinis, do. Benedictus de benedic. alias Capra. Alexan. de imo. & Joan. baptista caccialup. quorum consilia citat do. Mari. Soci. in consi. ccxv. super alio articulo. & extant Senis dicta consil. in suo originali, & hanc partem dicit esse cōmunem do. Philip. deci. in consi. clxxx. visa renunciatione. in primo libro, & ibi late respondet ad ea, que dicit Alex. in consi. xlij. in primo lib. qui loquitur in muliere scien
41 te valorem patrimonij, † nam scienti & volenti dolus nō infertur, & in consi. eciij. vt vera resolutio habeatur. ¶ Et q in casu, de quo agitur, probetur dolus re ipsa in maxima & notabili q̃titate patet ex processu agitato in partibus contra Joānem, nam Lucretia ab illis heredibus Alexandri, solum recipit dimidiam partem cuiusdam predij vocati prato, altera vero dimidia pertinebat ad ipsam Lucretiam, vt patet ex illo processu, & fuit eo tempore extimatum a cōmunibus arbitris computata quadam domuncula existente in fortilitio Gallici, & computatis recollectis pendentibus eo anno. M. D. ij. floren. 970. dicamus ergo, q ex bonis aduerse partis esset dicta dimidia, & sic flor. 450. & flor. 70. p extimatione illius domus, & sic patet, q solum Lucretia habuit ex bonis aduerse partis floren. 520. ¶ Et si diceretur, q habuerit bona montis politiani, verum est, sed erant ppria ipsius Lucretie virtute legati sibi facti in testamento. d. Helisabeth auie, vt postea apparuit, prout mihi asserit. ¶ Et si habuit postea vsq; ad summam floreno. 1250. dico, q habuit in suppellectilibus proprijs ipsius Lucretie, vt presupponitur patere in inuentario confecto per Alexandrū, & in illo pcessu producto. ¶ Sed penes aduersā partem remansit prediū arnani cōis extimationis flor. 1100. & palatium montis Calbuli, cum suis domunculis cōmunis extimationis floren. 150. vt probatur per testes in illo processu, que bona pertinebant in totum ad. d. Lucretiam. Remanserunt etiam aduerse parti reliquum fortilitij montis Calbuli, & predia communis extimationis, vt deponūt plores testes florenor. 2200. que pro dimidia pertinebant ad ipsam Lucretiam, vt. s. est deductum in primo articu. & sic alijs floren. 1100. additis dictis floren. 1100. pro extimatione arnani, & floren. 150. pro extimatione palatij constituunt summam florenorum. 2350. deductis floren. 520. remanet lesio in summa floren. 1830. & sic vltra tres ex quattuor partibus. Extat etiam vltra predicta bona, de qbus

In inuentario, ⁊ maxime codices rationum, in quibus (vt
mihi asseritur) sunt multa credita, ⁊ qꝛ pars aduersa habet
penes se, ⁊ occultat ita est presumendum, quia si inessent de
bita ostenderet, extant etiam bestie, vt boues aratoꝛij. xx. pe
cudes, asini, ⁊ alie, de quibus per testes, extabant ⁊ quedaꝫ
alia bona stabilia alienata per Alexandrum ⁊ per suas fi-
lias, vt quedam domus in castro Fontanelle, ⁊ terrena Co
toni. Sunt etiam considerandi fructus medij temporis, ⁊
sic saltem ab anno. M. D. vsqꝫ ad annum. M. D. xiij. qui
augent lesionem, vt declarat in proprijs terminis Corneus
in dicto consi. xj. in. iij. volu. ⁊ in consi. ccvj. viso themate. eo
deꝫ lib. in littera. x. ¶ Nec minuũt hereditatem legitima,
⁊ trebellianica de quibus videbatur, ꝙ Christophorus pos
42 set disponere, † qꝛ quo ad legitimam dico, ꝙ in ea sunt impu
tanda bona primo per euꝫ alienata, vt fuit molendinũ mon
tis Calbuli relictum. d. Lucretie, ⁊ bona montis politiani
eidem similiter relicta, prout mihi narratur, que absorbent
dictam legittimam, ⁊ primo alienata imputantur in legiti-
mam, vt in. l. marcellus. §. fi. ff. ad trebell. ⁊ in auct. resqꝫ. C.
communia delegat. ⁊ per domi. Mari. Soci. in consi. xciij.
colum. fina. ¶ Nec etiam dicta bona minuuntur respectu
43 trebellianice, † qꝛ fideicom. aduersus confideicom. non de-
trahit per text. in. l. ex asse. §. fi. ff. ad trebell. per Bar. in. l. i.
§. deniqꝫ. eo. titu. per Pau. de cast. in consi. cccliiij. in anti-
quis. ¶ Et si qua ratio esset habenda legittime, ⁊ trebellia
nice, Lucretia solum teneretur ad dimidiam florenoꝛ. 318.
qui dicuntur soluti per Alexandrum monialibus ratione
dicte legittime, ⁊ trebellianice, vt patet in instrumento recu
perationis bonorum mõtis Calbuli facte a monasterio, qui
possunt compensari cum alijs creditis hereditarijs pertinen
tibus ad Lucretiã, que vt mihi presupponitur plurima sunt.
¶ Et si pro parte Joãnis peterẽtur meliorationes alique,
vt dicitur per eum facte in dictis bonis. Dico ꝙ tales me-
liorationes non minuunt hereditatem, quia veniunt com-
pensande cum fructibus perceptis per ipsum Jo. ab anno.
M. D. xv. vsqꝫ ad annum. M. D. xxiiij. quo tempore fuit
44 mota lis, ⁊ contestata contra eum, † nam etiam bone fidei
possessoꝛ compensat meliorationes cum fructibus, vt est te-
xtus. in. l. emptoꝛ. ⁊ in. l. si sumptus. ff. de rei vẽdi. ⁊ per An
45 ge. areti. insti. de re. diui. §. si quis a non domino. ¶ † Pro
batur etiam dolus saltem re ipsa ex mensuratione terreno-
rum, que mihi facta presupponitur infrascripte quãtitatis,
nam predium prati est modiorum. xv. quorum septem cũ di
midio pertinent ad Lucretiam, ergo ex bonis aduerse par-
tis solum recepit modia septem cum dimidio. penes parteꝫ
aduersam remansit integrum predium arnani, quod totum
erat Lucretie, ⁊ est modiorum. xxv. Remansit etiam dimi-
dia pars possessionum montis Calbuli, que in totum sunt
modioꝝ. xxx. vt probatur in processu, ergo modia. xv. perti
nent ad Lucretiam, vt. s. est probatũ, vnde additis modijs.
xv. modijs. xxv. predij arnani constituunt summam modio-
rum. xl. ex modijs. xl. si deducantur modia septem, vel octo
pro dimidia predij de prato restant modia. xxxij. ⁊ sic etiam
ad mensuraꝫ remanet lesio vltra tres ex quattuoꝛ partibus.
¶ Nec obstabit, si diceret, ꝙ terrena predij de prato sunt
melioris conditionis, ⁊ maioris extimationis, qꝛ per testes,
vt mihi narratur probatur contrarium, nam predium prati
fuit extimatum cum domo Gallici, floreno. 97. vt dicitur
patere in laudo lato a communibus arbitris, ⁊ prediuꝫ ar-
nani ſm testes in eodem anno. M. D. ij. erat communis va
loris florenorum. 1100. vnde deducta dimidia parte floꝛe.
900. extimationis prati, ⁊ sic floren. 450. ex floꝛe. 1100. su-
46 persunt floꝛ. 750. † ⁊ sic lesio est vltra tres ex quattuoꝛ par-
tibus, vt. s. est deductũ, ⁊ dicitur enormissima lesio ſꝫ Pa.
de cast. consi. clxxiiij. in primo volumi. ¶ Extant postea be
stie, supellectilia, fructus annorum. xiij. ab anno. M. D. ij.
vsqꝫ ad annum. M. D. xv. ⁊ fructus annorum duorum.
M. D. et. M. D. j. tempore administrate tutele per Ale-
xandrum, extant bona de quibus in inuentario, ⁊ alia credi
ta hereditaria, de quibus in codicibus rationum descripto
rum in inuentario, ⁊ existentium penes istum Joan. ⁊ ne-
47 potes, vt superius retuli. ¶ † Et sic ex omni parte proba-
tur dolus, qui talis est, ꝙ reddit contractuꝫ renunciationis
nullum per tex. in. l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obliga. ⁊
in. l. apud celsum. §. labeo. ff. de except. do. late per scribent.
in dicta. l. si quis cum aliter, ⁊ in. l. in summa. ff. de conditio
indebi. ¶ Ad hec optime conueniunt, que dicit Coꝛn. i cõ
silio vndecimo, in tertio libro supra allegato, vbi videnduꝫ.
¶ Et hec magis videntur procedere in casu, de quo agiť,
qꝛ non sumus in vera transactione, cum non fuerit interpo-
sita super lite, sed litibus iam sopitis, ⁊ potius sumus in pa-
cto mere liberatorio, in quo habet locum dispositio dictoꝛuꝫ
iurium, vt late per scribent. ⁊ maxime per do. Anto. de bur
gos. qui habet signaturam in Roma. cur. in. xv. columna. in
versi. capio modo vltimam gl. in. c. cum dilecti. extra de em
ptio. ⁊ venditio. ¶ Et si quis pertinaciter vellet instare, ꝙ
48 esset transactio, quod vtiqꝫ est a veritate alienum, † ⁊ tunc ẽt
in transactione habet locum dispositio dictorum iuriuꝫ, vel
saltem dispositio. l. ij. C. de rescin. vendit. Et lꝫ plures doct.
videanť tenere contrariam partem, prout sunt Areti. ⁊ do.
Alexan. vt refert Jaso. in dicta. l. si quis cum aliter. per glo.
in. c. cum causam, extra de emptio. ⁊ vendit. Tamen magis
cõmunis opinio est in contrarium, a qua in consulendo, ⁊ iu
dicando non est recedendum. Quam opinionem tenuerunt
Barto. in dicta. l. si quis cum aliter. Ray. Barto. Angel.
Imo. ⁊ Pau. de cast. in. l. lutius. §. fin. ff. ad treb. Anton. de
but. Cardin. ⁊ Imo. in. d. c. cum causam. ⁊ hanc partem di
cit esse cõmunem, domi. Fabianus de monte in suo tracta.
de emptio. ⁊ vendit. in. viij. questio. principa. in. iiij. colum.
⁊ Calderi. consi. iij. de transact. latissime per clarissimuꝫ do
mi. Philip. deci. compatrem meum honoran. in cõsi. cciij.
vt vera resolutio. in. iij. colum. in versicu. sed venio ad secun
dum. ⁊ in alio consi. ccxvj. visa transactione. ⁊ per do. Ma
ria. Soci. auum meuꝫ, in consi. lxxxv. viso compromisso. in.
ij. colum. in versicu. his tamen non obstantibus. Alexand.
de imo. in terminis nostris in consi. lxxxix. viso pũcto, ⁊ in-
strumentis. in. iij. colum. in versi. secũdo respondeo. in secun
do volumi. Cardina. Jo. de imo. ⁊ Abb. in. c. quintauallis.
carta. xv. de iureiurando. ¶ Et hec magis, ⁊ clarius pro-
cedunt in casu, de quo agitur, in quo dubius euentus litis
nullo modo est considerabilis, cum clare constet dicta bona
tunc ⁊ hodie pertinere ad Lucretiam. ¶ Possumus etiaꝫ
euitare opiniones distinguendo ⁊ concordando, vt decla-
rat do. Petrus philip. coꝛn. in consilio. clxvj. libro primo,
colum. antepen. cuius distinctionem etiam refert, ⁊ appro-
bat excellentissimus domi. Philip. deci. in dicto ꝯsil. ccxvj.
visa transactione. in versi. negari non potest. vbi pro concoꝛ
dia opinionum concludunt, ꝙ quando quis fuit deceptus
parum vltra, vel citra dimidiam in modica extimatione, seu
excessu iuste litis extimationis, ⁊ tunc procedat opinio ne
gatiua, ꝙ transactio retractari non possit, iuxta glos. in. c.
cum causam. extra de empti. ⁊ vendi. aut quis est deceptus
vltra dimidiam iuste extimationis litis in magno excessu, ⁊
tunc locum habeat opinio Barto. ⁊ aliorum, ⁊ ſm hãc opi
nionem dicit Deci. se consuluisse, ꝙ quedam transactio erat
irritanda. ¶ Quarto principaliter succurritur. d. Lucretie
ex dispositione. l. si vnqꝫ. C. de reuo. donat. propter superue
49 nientiam plurium liberorum, qui superuenerunt, † ⁊ disposi
tio. d. l. habet locum etiam in donatione non pura, quate-
nus excedit summam receptam in eo pluri, ⁊ sapit causam
lucratiuam, vt per Barto. in. l. titia. §. imperatoꝛ. ff. de leg.
ij. late per Coꝛne. in dicto consi. xj. in tertio libro, ⁊ per do
mi. Maria. Soci. consi. ccxv. ⁊ per alios consulentes supra
allegatos, ad quos breuitatis causa me remitto. ¶ Tertia
renunciatio celebrata de mense Decemb. anni. M. D. xiij.
similiter non obest Lucretie, primo qꝛ. d. Lucretia in ea nõ
interfuit, vt patet ex lectura ipsius, ⁊ lꝫ dederit mandatum
marito, tamen tale mandatum non fuit ad renunciandum
50 iuribus hereditarijs, † ⁊ custodiendi sunt diligenter fines
mandati. l. diligenter. ff. manda. ⁊ cum ista renunciatio con
51 tineat effectualiter maximam donationem, † ⁊ ad donan-
dum requiratur speciale mandatuꝫ, vt. l. filiusfam. §. primo.
52 ff. de donat. † nec verba generalia in mandato importantia
aliquid specialiter mandatum sufficiunt, vbi requiritur man
datum specialissimum. c. quid agendum. de procurat. in. vj.
Areti. in. l. qui rome. §. duo fratres. colum. xj. versicu. tu er-
53 go pondera. ff. de verborum obligatio. ¶ † Et similiter ad
transigendum requiritur speciale mandatuꝫ, vt. l. mandato
generali. ff.

54 generali.ff.de procura.† ꝛ licet in dicto mandato detur specialis facultas ad transigenduꝫ, vt ibi, ꝛ ad transigendū ꝛc. tamen dicta facultas est limitata arbitrio boni viri, vt patet ex illis verbis, prout ei videbitur, ꝛ placebit, que verba non liberam, ꝛ absolutam cōmissionem importāt, sed regulatam arbitrio boni viri, prout de verbo videbitur est text. in.l.fideicommissaria. la secunda.§.primo.ff.de fideicommiss.liber. ꝛ in.l.fideicommiss.§.q̄ꝗ.de legatis tertio. tradit Barto.in extrauagan.ad reprimendum, in versicu.videbitur. Et de verbo placebit, est tex.in.l.thais.§.sorore.ff.de fideicommiss.libe.tradit Abb.in.c.cum venissent.extra de institu. ꝛ de vtroqꝫ verbo est doctrina communis omnium doctorum, ꝛ maxime Alexand. ꝛ Jas.in.l.si sic.in princip. ff.de legatis primo. ꝛ sic cum ipsa non dederit tale mandatum, sibi non obest. ℭ Secundo dato sine preiudicio veri, ꝙ dedisset, potest succurri ei per remediū.l.de his.ff.de trāsactio. ꝛ.l.prime.ff.quemadmodum testmen.aperiantur. qꝛ in hac nulla est habita mentio, vel notitia testamenti Barto.aui, a quo causatur enormissima lesio, vel per remedium dicte.l.si quis cum aliter.ff.de verborum obligation. ꝛ.s̄.est declaratum in responsione ad secundam renunciationem. ℭ Vel ꝛ tertio per remedium.d.l.si vnquam.C.de reuocan.donatio.propter superuenientiam plurium liberorum. ℭ Nec.d. Lucretie potest opponi de actu geminato per ea, que dicit insignis doctor, ꝛ compater meus domi. Philip.deci.in consil.clxxxi.satis nota est questio. in primo lib. ꝛ in consi.ccxvj.visa transactione.quia ipsa, vt declaratum est, non potest dici, ꝙ nisi semel renunciauerit, ꝛ mediante persona sui tutoris. ℭ Circa tertium quesitum, de quo.s̄. in puncto, vbi queritur, si Lucretia potest obtinere dicta bona, an maritus, qui pro ea promisit de rato, teneatur ad conseruationem indemnitatis dictis filiabus Alexandri, ꝛ earum heredibus, est alia questio, que non venit discutienda, super processu in partibus agitato, contra Joannem condemnatum. ℭ Et quantum ad personam ipsius mariti possunt considerari duo contractus, in quibus videtur dictus maritus se obligasse, ꝙ Lucretia non contraueniet, ꝛ non petet. ℭ Primus est de mēse Aprilis anni.M.ccccxcvj. in quo pater mariti vna cum marito tunc iuniore annorum. xv.promiserunt Alexandro patruo Lucretie tunc pupille, ꝙ ipsa Lucretia aliquid non petet de hereditate patris, ꝛ Christophori patrui, ꝛ.d.Helisabeth auie tunc viuentis, ꝛ dicenduꝫ est, ꝙ talis oblatio nullo modo obest ipsi marito.

55 ℭ † Primo quia non fuit promissum ex testamento, sꝫ simpliciter, ꝛ sic non se extendit ad dispositionem.d.l.de his. ff.de transaction. ꝛ.l.prima.ff.quemadmodum testa. aperi. ℭ Secundo quia Alexander non adimpleuit ꝓ parte sua promissa, cum sit (vt mihi presupponitur) ꝙ ipse curauerit ꝙ Lucretia efficeretur religiosa, ꝛ posuit eam in monasterio, vt habetur in puncto, ꝛ sic incidit in penam.l.si qs maior.C.de transactio. ℭ Tertio quia per tutorem Lucretie, ꝛ filias Alexandri fuit ab illa expresse recessum, vt patet in scđa conuētione celebrata de mense Maij anni. M.D.ij. vt patet in versicu. ꝛ volentes dictas partes a contractu.s̄. rogato, per ser Petrum de oca expresse recedere ꝛc. ℭ Quarto si non esset recessum, faciunt in fauorem mariti omnes responsiones infra dande, quo ad secundum in quo maritus videtur se obligasse. ℭ Secundus contractus, in quo interfuit maritus, ꝛ pro vxore promisit fuit celebratus de mense Decembris in anno. M.D.xiij. ℭ Et quantum ad hanc obligationem attinet defenditur maritus ex triplici capite. ℭ Et antequam defendamus ad species defensionis ipsius mariti, considerandus est effectus talis cōtractus, vt clarius appareat veritas. ℭ In hac igitur cōuentione maritus.d.Lucretie, vt procurator ipsius, ꝛ pro qua promisit de rato narratis litibus iam sopitis per sententias super legatis debitis Lucretie ex testamēto do.Helisabeth auie, ꝛ ꝙ ipsa Lucretia pretendebat ius ad alia bona, recepit ab heredibus Alexandri, staria quinquaginta terrenorum, pro quibus restituit, seu soluit florenos.150. ꝛ liberauit dictos heredes Alexandri a modijs.x.granis, in quibus tenebantur ipsi Lucretie virtute sententiarum, ꝛ rei iu-

56 dicate, † ꝛ in hac prima parte cum interuenerit res, ꝛ precium, fuit emptio, ꝛ venditio, licet non fuerit adiectum verbum, vendo, vt declarat iurisconsultus, in.l.naturalis.§.at cum do. ꝛ in.l.insulam.ff.de prescriptio.verbo.ea scilicet ratione (vt declarat ibi iurisconsultus) qꝛ interuenit precium. ℭ Nec dicatur, ꝙ id fuerit ex causa transactionis, qꝛ nihil fuit datum marito, nisi terrena pro quibus soluit flore.150.

57 † Et lis non debet, nec potest fingi.l.cum hi.§.sed cuꝫ his. ff.de transactio. ℭ In secundo vero capite continet meruꝫ pactum liberatorium, qꝛ maritus liberat heredes Alexandri a tribus hereditatibus.s.patris dicte Lucretie auie, ꝛ patrui tam ex testamento, q̄ ab intestato visis, ꝛ lectis verbis dictorum testamentorum, vnde in hoc secundo capite siue velimus, ꝙ sit transactio, quod vtiqꝫ est falsum, siue merum pactum liberatorium, vt forte melius diceretur, concludendum est dictum maritum posse defendi principaliter ex tribus. ℭ Primo ex dispositione.d.l.de his.ff.de transac. quia nulla est habita notitia testamenti Bartholomei aui, ꝛ fideicommissi ex eo debiti, ex quo causatur lesio, ꝛ dece-

posse ðtrahi,nã posito(absqȝ veri ꝑiudicio)ꝙ aliqð ius p̀di
cte magnifice dñe Ludouice,ꝓ sua legitima aduersus bõa
Magnifico dño Joãni marescalcho relicta ab initio cõpe
tere potuisset,dico(prout ẽt oẽs clarissi. Consultores dñt)
ꝙ tali

ꝙ tali iuri, ⁊ sue legitime dr̄ Magnifica dn̄a Ludouica renunciasse, quando omnia disposita in testamento patris in fauorem domini Joannis predicti, ⁊ sic omnia sibi legata confirmauit, ratificauit, ⁊ approbauit, mō, ⁊ forma, put
16 in.d.approbationis instrumento continetur. † Nam cum omnia predicta legata, ⁊ disposita in fauorem magnifici domini Joannis ratificauerit, approbauerit, ⁊ adimpleri voluerit ad formam, tenorem, ⁊ mentem paterni testamenti, nihil ex eis diminuendo, seu remouendo, non est dubiuꝫ, ꝙ voluerit, ⁊ ita promiserit omnia legata ipsi dn̄o Joanni integra, ⁊ sine diminutione prestare, ⁊ consequenter absqꝫ detractione legitime (si forte illa sibi competeret) alioquin ex eis aliquid diminueretur, seu amoueretur, ⁊ non prestaret̄, iuxta formam, ⁊ tenorem testamēti, quod esset contra promissionem factam per.d.magnificam dominaꝫ Ludouicā, ⁊ qr̄ hoc plene per clarissimos Consultores deductum fuit non insistam. Sic ergo concludendum est ꝙ per talem ratificationem, cum suis amplissimis clausulis ipsa dicitur iuri legitime sue renunciasse, prout poterat tanꝙ̄ inducto in sui fauorem iuxta regulam.l.si quis in conscribendo.C.de
17 pac.cum simi. ¶ † Nec ob.si dicatur, ꝙ in legitima requiritur expressa, seu specialis renunciatio, ⁊ generalis non sufficit.l.si quando.§.⁊ generaliter.C.de inoffi.test. que in casu isto non videtur interuenisse, cum nullibi in.d.ratificatione de legitima fiat mentio. Quoniā ad hoc (in quo stat omnis difficultas) respondetur pluribus modis. ¶ Et primo dico, ꝙ licet nominatim de legitima non sit facta mentio, tamen perinde haberi debet, ac si nominatiꝫ ei renunciasset
18 arg.l.ij.⁊ quod ibi dicunt doc.ff.de lib.⁊ posthu. † Nam lꝫ exheredatio filij debeat nominatim fieri, tamen si fit taliter, ꝙ soluꝫ in eo verificari possit, habetur pro nominatiꝫ facta
19 ⁊ valet, vt ibi, † sed in casu nostro ista approbatio, ⁊ renunciatio non potest quicꝙ̄ operari, nec in alio verificari ꝙ̄ in legitima, ergo perinde fit, ac si ei nominatim, ⁊ specialiter fuisset facta renunciatio. ¶ Et ꝙ alias comprobatio, ⁊ renunciatio nihil operaretur, ostenditur. Nam in primis dispositio testatoris per se valebat, nec confirmatione indigebat. Uerum confirmatio ⁊ renunciatio debent dici per eam fieri non frustra, sed vt aliquid operentur per regulaꝫ.
20 l.si quando.ff.de leg.j.⁊.c.si Papa de priuileg.in.vi. † omnis enim actus hominum, ⁊ omne verbum positum in dispositione debet sic intelligi, vt aliquid operet̄ per iura predicta, ⁊ dixit Bal.in rub.de contrahen.emp.in.ix.q.tradit Bar.per illum.tex.in.l.generaliter.§.i.ff.de vsuf.leg.⁊ Fely.in.c.solite.de maio.⁊ obed. debet ergo talis confirmatio, ⁊ renunciatio intelligi respectu iuris, ⁊ quod ipsi Magnifice domine Ludouice aduersus dispositionem testatoris competere potuisset, sed nullum aliud ius ei competere poterat, nisi respectu legitime sue (qr̄ isto casu de trebellianica non est tractandum, ⁊ falcidiam detrahere non poterat, vt.s̄.dictum fuit) ergo talis confirmatio, ⁊ renunciatio solum in.d.legitima verificari potest, ⁊ consequenter perinde haberi debet, ac si ei expresse, specialiter, ⁊ nominatim esset renunciatum, ex his enim ostendit̄ clara voluntas Magnifice dn̄e Ludouice, ꝙ voluerit legitime sue renunciare, ⁊ taliter, ꝙ si recte intelligamus, intellectus noster non laborabit in hoc intelligendo, ⁊ ideo dicemus, ꝙ in effectu ex
21 presse legitime dicit̄ renuntiatum, † nam quid dicit̄ expresse dictum, qn̄ ita de voluntate ꝯstat, ꝙ intellectus nō laborat in intelligendo, vt signāter declat Bal.in auc.ħ inter liberos in prin.C.de testa. ¶ Secundo rn̄detur, ꝙ ex alio ista reprobatio, ⁊ renuntiatio necessario importāt, ꝙ Magnifica domina Ludouica voluerit excludi a petitiōe legitime, nam siquid in contrarium dici posset, id totum fundaret̄ in.
22 d.l.si qn̄.§.⁊ generaliter de inoffi.testa. † vbi dicit, ꝙ in legitima non sufficit generalis renuntiatio, sed requiritur specialis, sed dico, ꝙ huic legi expresse ipsa domina Ludouica renuntiauit, vt patet in.d.instrumento comprobationis ⁊ renuntiationis in versi.⁊ iuri dicenti generalem renuntiatio-
23 nē non obesse nisi specialis pcesserit, † ibi enim ꝯstat, ꝙ voluit renuntiare iuribus que in aliquo non contentantur generali renuntiatione, sed requirūt specialem, ⁊ per cōsequēs predicte legi si quando.§.⁊ generaliter, ⁊ non est dubium, quod ei renuntiare poterat, cum in eius fauorem veniret iuxta regulaꝫ preallegatā.d.l.si quis in ꝯscribēdo.⁊ certe nō videt̄, ꝙ verba predicta sint posita ad aliū finem, nec aliud vīr posse operari, nisi vt per ea tollatur in casu isto dispositio.d.§.⁊ generaliter, seu ꝙ illi, ⁊ priuilegio inde prouenienti dicatur realiter, ⁊ cum effectu renuntiatum. ¶ Tertio ēt rn̄detur, (⁊ tollitur omnis difficultas) ex virtute iuramenti per Magnificam dominam Ludouicam prestiti pro obseruantia, ⁊ maiori robore predicte ratificationis, ⁊ renuncia
24 tionis per eam facte, † nam iuramentum habet vim illius clausule, ꝙ actus valeat omni meliori modo ⁊c. vt vr̄ pbari in.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de leg.ij.⁊ ibi no.doc. tradit Bar.in.l.si quis in prin.testamenti in antepe.q.ff.de leg.iij.Pau.de ca.in cōs.cclxxxiiij.in facto presenti.iij.col. j.vol.ƀm nouam impress.patruus, ⁊ do.Mar.soci.in cōsi. liij.miror ꝙ in presenti.ij.col.iij.vol.⁊ Corn.in ꝯsil.ccxciij. egregie prope fi.iiij.vol.cum multis, que allegari possent.
25 ¶ † Sic etiam iuramentum hꝫ iura illius clausule, si quod ago nō vꝫ, valeat vt valere pōt per tex.in.d.§.filius matrē, tradit Corn.in ꝯsi.cxcij.licet videatur.iij.col.j.vol.⁊ in ꝯsi. ij.in hac consultatione col.fi.ij.vo.⁊ dominus meus Soci. in consi.c.super cōtrouersia.iij.col.post prin.iij.vol.cū similibus vn̄ in ꝓposito interpretādo istā cōprobationē, ⁊ renūtio.valere omni meliori modo etiam vltra modum expressum dicemus ꝙ valebit quo ad legitimā predictaꝫ perinde ac si ei expresse, ac nominatim esset renuntiatuꝫ. ¶ Immo
26 magis ad propositum dico, prout ēt alij ꝯsultores dn̄t † ꝙ iuramentuꝫ in renunciatione hꝫ vim specialis expressionis, seu specifici consensus, vt tradit Bal.in.l.j.iij.col.ver.secūdo queritur.C.cōmo.dn̄s meus Soci.in ꝯsi.cxlvij.visa facti ꝯtingentia in fi.⁊ excellentis.Deci.in consi.ccccciiij.viso eleganti consilio.iij.col.cum multis alijs, qui.s̄.per clarissi-
27 mos consultores allegati fuerunt † quo fit, vt lꝫ de legitima non sit facta expressa mentio, nec ei sit nominatim renuntiatum, tn̄ generalis renuntiatio per Magnificam dominā Ludouicam facta cum iuramento dicitur habere vim specialis renunciationis de legitima faciende, ⁊ dum renunciatur omni iuri canonico, vel ciuili cōtrarianti comprobationi predicte, cum iuramento, dicitur in effectu renuntiatum legitime, ⁊.d.§.⁊ generaliter in fauorem legitime disponenti.cum ⁊ ille text.⁊ etiam ius legitime viderētur predicte ꝯprobationi aliqualiter contrariari, attento ꝙ requirunt renuntiationem specialiter, ⁊ nominatim factam. dico eniꝫ ꝙ virtute iuramenti perinde est, ac si nominatim, ⁊ specialiter tam legitime, ꝙ̄.d.§.⁊ generaliter esset renuntiatum. ¶ Facit in simili pulchra decisio domini mei Soci.
28 in.d.consilio.cxlvij.in fi. † dum vult, ꝙ per generalem renūtiationem iuramento firmatam dicitur renuntiatum legi si vnꝙ̄.C.de reuocā.donat.solum ex illa ratione, qr̄ iuramentum hꝫ vim specialis renunciationis ⁊ expressionis, vt per eum, sic enim ⁊ in casu isto dicendum est, ꝙ per generalem renuntiationem iuramento firmatam intelligatur renuntiatum.d.§.⁊ generaliter, ⁊ p consequens ipsi legitime per predicta. ¶ Ex quibus vna cuꝫ excellentissimis Decio, Alexandro, ⁊ alijs clarissimis Consultoribus concludo, ꝙ per heredes Magnifice domine Ludouice, nec trebellianica nec etiam legitima detrahi potest de bonis nobili, ac Magnifico domino Joanni marescalcho relictis. Laus Deo.

Soci.nepos Padue legens.1531.

CASUS

¶ Ser Dulcibonus de archo in testō suo Franciscum, Baptistam, ⁊ Gratiadeum filios suos heredes instituit, ⁊ eos inuicem fideicommiss.grauauit, si quis sine filijs masculis dcesserit superuiuentes, ⁊ premortuoꝝ filios masculos substituendo cuꝫ expressa prohibitione detractionis trebelliani.

¶ Post eius mortem filij adiuerunt hereditatem patris, in qua erant bona allodialia valoris Renensium.1960.⁊ feudalia valoris Renensium.400.recepta ab episcopo tridentino per patrem dicti testatoris pro se, ⁊ heredibus suis legitimis masculis in perpetuum ex eo descendentibus.

¶ In hac hereditate erat es alienum respectu quarundam dotium vsqꝫ ad summam Renensium.360.⁊ expensa funeris testatoris fuit in Renensibus.30.

¶ Diviserant isti tres fratres omnia bona patris eorum p rata. Et quilibet eorum pro sua rata debitum soluit.

¶ Franciscus viuens alienauit de suis bonis fideicommiss. subiectis vsq; ad summam Renensium.ccclxi. in pluribus vicibus, & vltima alienatio fuit cuiusdã prati, qđ vẽdidit cuidam magro Bartholomeo de archo p Renẽtibus.106.

¶ Et presupponitur q Franciscus habebat scientiaz dicti fideicommiss. Qui tandem decessit sine liberis, & sic dicitur factus locus fideicommisso.

¶ Nunc Gratiadeus eius frater, & filij Baptiste alterius fratris predefuncti ex causa dicti fideicommiss. petunt predictum pratum vltimo loco alienatum per dictum Franciscum, contra petitionem ex parte rei conuenti multe opponuntur exceptiones, vt ex processu apparet.

¶ Dominus Uicarius archi, qui in hac causa iudicaturus est nos suis litteris consuluit, vt per viaz consilij rescribere vellemus, que sint future partes eius in iudicando, & totum processum cum quibusdã alijs scripturis trãsmisit.

SUMMARIUM

¶ Utrum fideicommissarius vniuersalis ante sibi factam restõnem possit alienata ab emptoribus petere? & que.

¶ Trebellianica an filijs prohiberi possit, & vtrum perdatur per non confectionem inuentarij.

¶ Feudum pro se, & heredibus suis masculis legitime descendentibus receptum, an sit hereditarium.

1 Fideicommissarius nullum ius habet ante restitutionem ei re vel saltem verbo factam per heredem grauatum. Intellige in rebus non alienatis, in alijs secus, vt. j. nu. 3.

2 Fideicommissarius impleta conditione fideicommissi annullat venditionem factam per heredem grauatum pendente conditione.

4 Fideicommissarius non retractat bona subiecta fideicommisso vendita, & empta bona fide.

5 Fideicommissarius retractat, venditionem de re subiecta fideicommisso factam, etiam bona fide, quando vẽditor vel eius hereditas non est soluendo.

6 Trebellianica potest prohiberi per testatorez, sicut falcidia ẽm magis com. opi.

7 Trebellianica prohiberi non potest per patrem in filijs primi gradus.

8 Consulens, cui cause decisio est commissa, absq; allegatio. suam sententiam exprimere debet.

9 Trebellianicam heres non perdit ob non inuentarij confectionem ẽm magis com. opi. quam consuetudo admisit, que est optima leguminterpres.

10 Funeris impensa testatoris tantum operatur quantum es alienum, & pro ere alieno habetur.

11 Legitima filijs minuitur propter es alienum testatoris, & eius funeris impensam.

12 Bona fideicommisso subiecta, & sic alienari prohibita propter alienum testatoris vendi possunt.

13 Feudum concessum alicui pro se, & heredibus non dicitur hereditarium, quia perinde est, ac si dictum esset pro se, & liberis, quia illud verbum heredibus dicitur prolatum respectu liberorum.

CONSILIUM CXXXVII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie. Uiso pcessu cuz alijs scripturis ad me trãsmissis pro resolutione presentis consultationis dimissis non necessarijs videndũ est.

1 ¶ † Primo vtruz reus cõuentus possit se tueri, ex quo per heredem Franci. grauati nulla fuit facta restitutio fideicõ. re, vel saltem verbo, propter quod videtur, q in istos fidei com. nullum ius sit translatum, quod ex ipsa restitutione transferri solet, vt. l. facta. in prin. cum si. ff. ad treb. propterea videtur, q non possint agere, prout agunt, vt videtur velle Pau. de ca. in. l. restituta, in prin. ff. ad treb. dicens se fecisse annullari quedã processuz, in quo fideicõ. petierat sibi bõa dari añq; sibi fcã fuisset aliqua restõ, & ita ẽt ibi seqr Alex. ¶ Circa qđ breuiter ɔcludendo dico, q hoc nõ obstante in casu isto recte actum est per istos fideicom. nam cũ Franciscus grauatus istud pratum alienauerit pendente cõditione fideicõ. & sic tpe quo dñs erat, alienatio valuit, & oẽ ius in emptorem translatũ fuit, ita q venditori nullum ius remanserit, quod per restitutionem transferri possit in fidei

2 commissarios, † lex autez postea impleta ɔditione fideicõ. annullat venditionem in fauorem fideicom. & ei dat ius, & vendicationem aduersus emptorem possidentem text. est

3 clarus in. l. fi. §. sinautez. C. cõ. de lega. & ibi declarat glo. † & no. oẽs doc. volentes q allegata in contrarium pcedant circa res per grauatum non alienatas, quod etiam voluit glo. in. l. pen. §. fin. in glo. fi. in princi. C. ad treb. vbi similr doc. cõiter sequũtur, & ita esse cõem opin. asserit Corne. in vtroq; loco, quod etiam voluit Pau. de ca. in. d. l. facta in prin. Jas. in. l. marcellus. §. res que. iii. col. ff. ad treb. & tradit Cor. in consi. ccxxxiiii. ver. in pñti post princ. iii. vol. Et

4 lz ipse in casu suo determinet in fauorẽ emptoris tñ nõ recedit a pdicta ɔclusione, † sz illud ideo determinat, q; in casu suo vẽditor, & emptor ignorabat fideicõ. & ppea vẽdõ bõa fide facta nõ retractaẽ p. l. fi. §. fi. ff. d leg. ii. vt ibi per eũ hoc aũt in casu nr̃o non est, q; scientia venditoris dr̃ legitime in pcessu pbata, & forte ẽt satis esset pbata ignorantia, iuxta not. per Deci. in ɔsi. ccxxxvj. nõ parua difficultas. v. col. p

5 pe fi. in ver. & ẽt ɔtra Ang. ¶ † Et preterea ẽt ille Franciscus venditor, aut eius hereditas nõ est soluendo, nullus. n. ei fuit heres, & ille decessit in maxima calamitare constitutus, vt in pcessu pbaẽ. Quo posito ẽt vbi venditio bona fide facta fuisset, emptor nõ esset securus, vt signanter voluit Pau. de ca. in ɔsi. xciiii. clarũ est in iure. ii. vol. ẽm nouã impres. refert, et seqtur Alex. in. d. §. res que. ii. col. ver. limita ẽt, & tertio vbi ẽt seq vr̃ patruus, & d. Mar. soci. in. iiii. col. versi. tertio qñ heres, dicens q ita alias ɔsuluit, & d. Alex. subscripsit, vt p eũ, & vr̃ ẽt hoc de intẽtiõe Jas. in. l. fi. C. cõ. de leg. in. §. sed q; nr̃a. ij. col. dum se remittit pro limitatiõe d. l. fi. §. fi. de leg. ii. ad ea, que tradit Alex. in. d. §. res que.

¶ Scđo videndũ est, an reus ɔuentus possit se tueri, dicẽdo, q alienatio. d. prati per. d. Franciscum potuit fieri pro sua legitima naturali rõne debita, & pro sua trebellianica, & certe de legitima nulla est dubitatio, alienata. n. p filiũ grauatũ iuxta ɋ̃titatẽ legitime oĩo sunt ɔseruãda ad instantiã empto. vez in pposito presupponunẽ alienata tot bona ante alienatiõem. d. prati que vñr absorbere totã legitimã & per ɔñs q venditio. d. prati non possit in legitimam imputari, cũ iaz p illa dicaẽ satisfactum ex precedẽtibus alienationibus iuxta not. per Areti. in ɔsi. xviij. visa, & discussa colũ. penu. & per Crot. in. l. filiusfamil. §. diui. ff. de lega. j.

¶ Quare videndum est, nunquid in trebellianicam. d. Frãcisci possit imputari. d. pratum vltimo alienatuz, & si trebellianica illi Francisco debebaẽ, dõm est, q sic per predicta. Sed in casu isto an dẽbeatur, magna est dubitatio, attenta

6 prohibitione testõris. † Est. n. magis cõis opinio q sicut testator prohibere põt falcidiam, vt in auc. sed cum testator. C. ad. l. fal. ita ẽt possit phibere trebellianicã, vt ibi p doct. & traditur in. l. marcellus. in principio. ff. ad trebellianum.

7 ¶ † Hanc tñ opinionez limitant ɋ̃plurimi in liberis primi gradus, & sic in filijs, volentes, q eis in coruz priuilegiuz pater non possit trebell. prohibere, nam si non potest eaz diminnere dicendo, q fructus in eam imputenẽ, vt est textus in. l. iubemus in prin. C. ad trebel. multo minus debet posse in totum tollere. Et licet pleriq; doc. non leuis auctoritatis contrarium tenuerint, vt abinde deducitur per clarissimum consultorez pro pte actor, tñ opinio predicta in fauorem filiorum videtur magis communiter recepta, illã enim in primis tenuit Bal. in. d. l. iubemus, vbi idem sequunẽ Saly. & Fulg. & Corn. & etiam Pau. de ca. in generalitate suor verbor, eandem opinionem sequitur Roma. in. d. l. mercellus in prin. & in cõsi. ccvi. licet ex communi. & Alexan. in cõsil. v. circa primum in vltimis verbis. iij. volu. vbi inquit, q in secundo dubio, de quo consulebatur, non vult consulere, q; institutus erat filius testatoris cui pater non potest prohibere detractionez quarte trebellianice, & allegat decisionẽ Bal. in. d. l. iubemus. & licet Alex. aliquando contrariuz dixerit,

dixerit, tamen ibi hanc opinionem amplectitur, quam etiaz sequitur Andr. barba. in c. raynucius. colum. cxiiij. de testamen. patruus, & do. meus Soci. in regu. ccccxxxij. in i. fallent. licet etiam ipse aliqñ contrarium dixerit. idem voluit Jo. de ana. in consi. xxxvij. viso puncto. Anto. de prat. veter. in l. in quartam. colum. cxxxiiij. versicu. fallit in patre. ff. ad l. falcid. Jo. crot. in l. nemo potest. colum. xj. ff. de lega. i. Jas. in d. l. marcellus. colū. xj. asserens, quod ita se habet cōmunis opi. & ibi ēt hanc sequitur, & dicit esse veriorem do. Claud. de seyssell. do. Guid. pap. in consil. cxxij. & in consil. cxl. & in questi. lj. vbi dicit, quod ita seruatur in curia parlamenti Delphinalis. idem Cato saccus in d. l. iubemus. iiij. colum. versi. an autem hec lex. & do. Carol. ruy. in d. l. marcellus. & hāc opin. tanq̄ cōmunem, & veram sequitur Deci. in cōsil. lxxxj. in casu proposito. ij. col. in consi. ccxviij. in casu ad me transmisso. ij. col. & in consi. cclxix. consultus ab illustri. col. fin. & idem ēt tenet Lancelo. galiaula in l. centurio. colū. xcij. ff. de vulg. & pup. & hanc opi. tanq̄ de iure veriorem, & equiorem sequitur, & defendit do. Pau. pic. in repetitione. d. l. in quartam. col. cx. cum multis seq. ¶ Et licet ipse dicat, quod cōtraria opi. videtur magis cōmunis, tñ in hoc errat, vt ex predictis cōstat. ¶ Et vltra dico, quod quicquid suo tempore fuisset respectu allega. per eum, hodie non est dubium, quod ista opi. (videlicet patrez non posse prohibere filijs trebellianica) est cōmunis. Adduntur enim vltra allega. per eum, Fulgo. Alex. Corn. Soci. Claud. Guid. pap. Jo. de ana. Ant. de prato veter. Cato saccus, Jas. Crot. & Deci. in locis, de quibus. s. & etiā ipsius Picci auctoritas, & ita hanc opinio. alias ego secutus sum, consulendo apud Veronam, vbi ita fuit iudicatuz, & illam pluribus, & pulchris rationibus iuridicam demonstraui, & ab omnibus obiectis (ni fallor) iuridice dēfendi, que omnia hic gratia breuitatis non referam, sed sufficit sic con
8 clusisse, † satis enim esset absq; aliqua allegatione sententiaz meam expressisse, cuz mihi cause decisio sit cōmissa, iuxta tradita per doc. in c. sicut. de re iudi. cum simi. Concludo ergo non obstante prohibitione testatoris trebellianicaz detrahi posse. ¶ Non ob. ēt quod sumus in casu, quo duplex facienda sit detractio, quicquid alias dixerit Paul. de cast. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad treb. cum alijs alleg. per consultorem pro actore. nam ista opin. est securior, vt inquit ipsemet Pau. de cast. in d. l. iubemus. ij. col. & ita ēt firmauit Corne. in consi. clxxx. multitudo questitoruz. col. viij. iiij. volu. Barba. in d. c. raynucius. & Piccus in d. l. in quartam. col. cxvij. cum alijs multis, qui allegari possent. ¶ Nec quicquam facit, quod ille Franciscus non probatur fecisse inuenta-
9 rium, † quia magis cōis opi. videtur, quod heres per non confectionem inuentarij non perdit trebellianicam, sm Alexā. & Jas. in d. l. marcellus. in prin. & licet ēt alia opi. sit multuz probabilis, tñ in iudicando a cōi opi. non est recedendū. ¶ Et licet fortasse propter plurimas auctoritates tenentium cōtrium, posset dubitari de veritate huius dicti, videlicet que sit cōis opin. attento quod quidam asserunt cōem opi. esse in cōtrium, tñ videtur, quod ista opi. seruanda sit, quia eam admisit cōsuetudo, que est optima legum interpres, vt tradit Cor. hanc opi. sequendo in d. consi. clxxx. colum. vij. versi. deueniamus ad octauam. ¶ Tertio ēt videndum est, vtruz es alienum testōris diminuat ltimam. d. Francisci eius filij per fideicom. grauati: Et
10 vtruz in illud sint computanda alienata per ipsuz. ¶ † Hoc prius declarato, quod impensa funeris testatoris tantum operatur, quantum es alienum, & pro ere alieno hr̄, vt l. & si qs. §. idem labeo. & l. in eum. cū tribus seq. ff. de relig. & sump.
11 fune. ¶ † Et circa hec primo cōcludendum est, quod es alienuz testōris, & impensa funeris eius (que in hoc equiparantur) minuunt ltimā, vt est tex. expressus in l. papinianus. §. quar
12 ta aūt. ff. de inoffi. testa. & ibi doc. declarant. ¶ † Scdo concludendū est, quod pp es alienum bona ēt fideicom. subiecta, & sic alienari prohibita vendi pnt, & pp talem cām facta venditio non retractatur, vt est tex. in l. filiusfa. §. diui. in fi. ff. de leg. i. & ibi tradunt omnes, maxime Jo. crot. in iiij. not. & per discursum eox, que ipse ponit ibi, vsq; ad. v. notab. & per ea, que. s. dicta sunt, in proposito nostro cōcludendum est, quod de bonis per. d. Francis. alienatis prius facienda est imputatio in renēses. cxxx. que summa ante oia de portione hereditaria. d. Francisci, detrahi debet pro ere alieno, & funeris impēsa.

¶ Scdo dz fieri imputatio in renenses. clxxiiij. in circa, (q sunt tertia pars eius, qd superest) pro ltima iure nature debita. ¶ Tertio dz fieri iputatio in renenses. lxxxvij. in circa, (qui sunt quarta pars eius, qd superest factis predictis detractionibus) & pro trebellianica detrahendi sunt. & cōir sequitur sm hanc computationem, quod si non est facta alienatio per. d. Franciscuz de tota sua portione hereditaria, nisi pro renensibus. ccclxj. in circa, prout videtur in processu presupponi, alienatio prati, de quo agitur, dz in totum conseruari, quia predicta quantitas non escendit ad sūmam detrahendā pro ere alieno, funeris impensa, pro ltima, & trebell. Jlla. n. est in renēsibus. cccxcj. in circa, vt ex predictis apparebit facta recta computatione, ad quam semper, si erratum fuisset in calculo me remitto. ¶ Verum si pro ere alieno exoluendo aliquid de bonis hereditarijs fideicom. subiectis separatim ante, vel post alienationes pro. d. renensibus. ccclxj. in circa fuisset alienatum per. d. Franciscuz, tunc dico, quod tanto minus de dicta sūma. ccclxj. renensium in circa imputabitur in causas predictas, & facta recta calculatione, si quid reperiatur supra dictam summam renensium. cccxcj. in circa, alienatum computatis etiam his, que pro exoluendo ere alieno alienata essent, illud per fideicommissarios retractari, & sic pro ea summa venditio dicti prati, velut vltimo loco facta debet rescindi per predicta, alias predicta vēditio in totum conseruari debet, sm quod. s. dictum fuit. ¶ Quarto esset videndum circa bona feudalia vtrum in proposito nr̄o consideranda sint ad decisionem presentis consultationis.
13 Super quo non insto, † quia inspectis inuestituris de eis factis arbitror non esse feuda hereditaria cum sint cōcessa patri Dulcisboni predicti pro se, & heredibus suis masculis legittimis descendentibus, que verba tantum operanē, ac si fuisset dictum pro se, & liberis &c. cum clare constet ex verborum importantia, quod verbum illud heredibus, dr̄ prolatum tantum habito respectu ad liberos, iuxta. l. ex facto. §. fin. ff. ad treb. ita declarat Andr. de iser. summus feudista. in c. i. §. & si libellus. ver. quid ergo si dictuz sit. de alien. feu. pater. & ad hoc plura cumulari possent, de quibus per Deci. in cōsi. clxxxv. in causa istox. iij. col. & in cōsil. cccxcv. in causa magnifici. ij. colum. & ita ego sum solitus tenere, & elapso anno in fortioribus terminis consului apud Mantuam, sed hic non intendo instare gratia breuitatis, & quia in casu isto arbitror rem claram esse. vltra id etiam, quod hic sumus in feudo non nouo, sed paterno, vel antiquo, vt clare deducitur per clarissimum consultorem pro parte actorum. Concludendū igitur est bona feudalia non esse consideranda in proposita consultatione, nec quicq̄ facere ad eius decisionem, quaz de iure fieri debere arbitror, & consulo sm quod. s. dictum fuit. ¶ Et ex iustis causis animum meum mouentibus partes hincinde ab expensis arbitror absoluēdas. Laus Deo. Maria. Socinus iunior patritius Senens. iurisconsultus Padue legens. 1532.

SVMMARIVM.

¶ Testamentuz imperfectum inter liberos conditum non valet in fauorem extraneorum, & an sine testiuz numero valeat coram principe inferiore factum.

1 Testamentuz de iure cōmuni non valet, si vltra alias solemnitates, non interueniant septem testes, & hoc fuit inductum ad falsitates remouendas.
2 Testm̄ inter liberos cum vno teste factum valet, non autem respectu extranee persone cōmixte.
3 Successionis prima causa est liberorum.
4 Testamentum factum coram principe inferiore sine alijs solemnitatibus non valet.
5 L. omnium. C. de testam. procedit solum respectu imperatoris, & summi principis.
6 Principes inferiores non dn̄r hr̄e iura in scriniopectoris.
7 Testamentum factum coram Jmperatore quare valeat.
8 Experientia est rerum magistra.
9 Princeps inferior non potest tollere legem inferioris.
10 Testamentum coram Jmperatore conditum, an requirat testes, & quot.

CONSILIVM CXXXVIII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. Presens casus modicam habet dubitationem, nec cõsultatione indigebat. Queritur enim in eo, vtrum testm̃ conditum ab Antonio quondam Guidi ser Francisci de iure subsistat, in quo solum reperitur adhibitus vnus testis cum notario, qui testm̃ scripsit. Et sine aliqua dubitatione (vbi ex forma statutoꝝ in loco existentium tale testm̃ non comprobetur, prout mihi asseritur) attenta dispositione iuris cõis (qđ vt audio ex consuetudine in loco obseruatur) predictuꝫ testm̃ debet dici nullum,

1 † nam ad falsitates remouendas, que in testamentis cõtingere possent ex iure cõmuni fuit inductuꝫ testm̃ non alias valere, q̃ꝫ (vltra alias solemnitates) si interueniant testes numero septem, vt. l. hac consultissima. in prin. C. de testa. & insti. de testa. in fi. prin. in ver. sed cuꝫ paulatim &c. & in vtroqꝫ doc. declarant, tunc enim testm̃ ipsum tot spectatum oculis, totqꝫ sensibus insinuatum omni caret suspitione fraudis, vt inquit imperator in. l. hac consultissima. in fi. C. qui testa. facere possunt. ¶ Nec dicat aliquis, ꝙ imo lꝫ sit imperfectuꝫ quo ad testium numeruꝫ, debet tñ valere, ex quo in eo est instituta Catherina eius filia legitima, & naturalis, & sic dicitur factum inter liberos, iuxta. d. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa.

2 † qm̃ respondetur hoc non procedere, nisi quatenus filij instituuntur, adeo ꝙ si liberis fuerit commixta alia persona respectu liberoꝝ valet, non autem respectu persone cõmixte, prout expresse dicit text. in. d. §. ex imperfecto. vnde cum in casu nostro vna cum. d. Catherina in institutione fuerit cõmixta ꝑsona Apollonie, que non erat de liberis. d. Antonij, sequitur, ꝙ pro parte. d. Apollonie testm̃ vti imperfectum non valuit, de cuius portione tantuꝫ ad presens agitur. ¶ Cum igitur pro ea parte saltem testm̃ non valuerit, predictus Antonius dicitur decessisse intestatus, iuxta tex. insti. de here. que ab intesta. deferun. in prin. & ꝯñr ei Catherina predicta eius filia legitima, & naturalis dicitur vniuersaliter successisse.

3 † cum prima causa successionis sit liberoꝝ, vt in auc. de her. ab intesta. in prin. cum simi. collum. ix. & propterea ꝯuenienter concluditur predicte Catherine oĩa bona, que fuerunt predicti Antonij patris eius

4 esse restituenda. ¶ † Et si dicatur, ꝙ immo tale testm̃ valere debet tanq̃ꝫ factum coram principe, iuxta. l. omnium. C. de testa. in quo stat punctus, & difficultas p̃ntis consultationis, si qua est, rñdet, ꝙ predictus princeps, vꝫ illustr. Albe rigus marchio Masse non dicit princeps superior (loquor ẽt in temporalibus, vt. l. deprecatio cum materia. ff. ad leg. rhod. de iact. & ponit Bal. in. l. pe. in prin. C. de bonisqꝫ lib.

5 † dispositio autem. d. l. omniuꝫ. videtur solum procedere respectu Imperatoris, & sũmi principis, vt videtur probari, in ea. l. in qua Imperator loquens de tali principe in ꝓpria persona loquitur, vt patet ibi in versi. nobis medijs. & ibi nostris scrinijs, & ibi rescripta nostra, & ibi auribus nostris, & alibi, & per se patet, & in hanc opin. videtur inclinare do. Pet. philip. corn. Perusi. in ꝯsi. cc. incip. videtur prima facie. iij.

6 col. i. volu. motus duplici ratione. ¶ † Primo qꝛ isti principes inferiores non dicũtur habere omnia iura in scrinio pectoris, sicut de Imperatore dicimus, qđ ibi videtur omnino consideratum, vt patet in versi. illo, qđ nostris scrinijs. & hoc prouenit ex eo, qꝛ apud istos principes inferiores non dicitur assistere copia viroꝝ peritorum, sicut assistunt Imperatori. ¶ Scđo qꝛ apud Imperatoreꝫ semper dicitur esse copia nobilium, & probataꝝ personarum, coram quibus nihil fraudis fieri presumitur, & que semper poterunt testimoniuꝫ veritatis prebere, vt clare innuit tex. in. d. l. omnium. in fi. di

7 cens, † ꝙ heres qui est institutus in testõ coram Imperatore facto (si alia sibi non obsunt) non dꝫ de probatione veritatis pertimescere, qꝛ semper idoneis testibus poterit volun

8 tatem defuncti probare. † Hoc aũt (vt experientia rex magistra docet, iuxta. c. q̃ꝫ sit. de electi. lib. vj.) non reperitur in istis principibus inferioribus, & hoc in casu nostro aperte demonstratur, qꝛ vt ex serie testamenti apparet, nullus alius erat presens, & ita mihi in facto affirmatur, nec ẽt reperitur aliquis, qui tanq̃ꝫ presens in. d. testõ de volunta. d. testato

9 ris possit testimonium perhibere. ¶ † Ad que ẽt accedat, qꝛ si tales inferiores hoc possent, viderentur quasi tollere legem superioris, qđ non permittitur argu. c. cum inferior. de maio. & obed. & est gl. not. in. c. fi. de hereti. li. vj. ¶ Nouissime ex alio videt, ꝙ tale testm̃ nõ valeat (posito absqꝫ preiudicio veritatis, ꝙ predictus Marchio in eo loco ꝓ summo superiore haberetur, & fungeretur per omnia vice Imperatoris de quo ad presens non disputo, nec ꝯsultans petit &

10 illud esset probandum, † qm̃ ₰m gl. in. d. l. omniũ videtur requiri, ꝙ aliqui testes requirantur, lꝫ fiat testm̃ coram Imperatore, lꝫ non aperiat quot, quaꝫ opi. sequuntur ibi Bart. Bal. Ange. Salycet. & Alexand. licet varient in numero, nam Angel. requirebat septem, Salycet. tres, sed Barto. Bald. & Alexand. dicunt duos sufficere argu. l. vbi numerus. ff. de testib. ¶ Et lꝫ Paul. de cast. Fulgos. & Ias. ibi videantur tenere, ꝙ nullus testis requiritur, cõis tñ opi. est, ꝙ aliqui requirantur, saltem duo, vt dixi, quam ẽt ibi sequitur Corn. qñ non constat, ꝙ de eo fuerint preces porrecte, a qua in consulendo, & iudicando non est recedendum per iura vulgaria, sed in casu nostro, qñ fuit conditũ. d. testm̃ non constat, ꝙ interfuerint aliqui testes, nec ẽt ꝙ alique preces per. d. Antoniuꝫ fuerint, ergo ₰m illam cõem opin. ẽt si fuisset conditũ coram Imperatore non dꝫ valere. ¶ Posset hoc idem, & alijs rationibus comprobari, verum qꝛ instantia ꝯsultantis non patitur, vt vltra progrediar, nec ẽt super hoc puncto sum consultus, super eo nihil firmando concludo, vt supra. Laus Christo Redemptori nostro.

Soci. nepos. Pisis legens. 1517.

CASVS

¶ In testõ magnifici dñi Vincentij valier, nobilis Veneti manu eius propria scripti inter cetera sic continetur. Item lasso ad Helena mia moglier tutte le sue veste. Item ge lasso la casa da villa, & cortiuo, & teza, & brolo, & orto, & animali mi trouasse hauer de li, & tutti li campi mi restano alle gambarare, che sono posti dentro de li termini, & confini tra li ꝯsorti da cha valier &c. I qual dapoi la sua morte oltra el soprabondãte della sua dote, che lei puol ordenare, voglio che la vada ꝑ mita tra messer Andrea, & messer zaccharia. foscolo suoi fradelli, & miei cognati, & nelli suoi fioli ltimi &c

¶ Et postea subditur, & per talia verba fit institutio hereduꝫ ₰m morem ciuitatis Venetiarum.

¶ El residuo veramente de tutti li miei beni mobili, & stabili, caduchi, disordinati, & per non scritti, che per alcun modo mi potessero essere, lasso a messer Andrea valier mio cugino, & a suoi fioli legitimi mascoli &c.

¶ Tempore ꝯditi testamenti predicti erant in rerum natura do. Marchus filius do. zaccharie, & do. Nicolaus filius Andree foscoli cuꝫ eoꝝ patribus, quibus post morteꝫ do. Helene fuit relictum, prout in testamento dicitur.

¶ Post mortem testatoris viuente adhuc do. Helena decesserunt predicti do. zaccharia, & do. Andreas, & Nicolaus eius filius, vltimo decessit do. Helena superstite tantuꝫ do. Marco filio do. zaccharie, qui solus reperitur ex filijs predictoꝝ do. Andree, & zaccharie foscoli, qui vigore testamenti predicti, vult admitti ad legatum, vel fideicom. bonoꝝ omnium ꝯtentoꝝ in illo. c. testamenti. Item ge lasso la casa &c.

¶ Contra quem duo obijciuntur per diuersas tñ personas.

¶ Et primo per heredes do. Helene, ꝙ illud fideicom. soluꝫ dicitur factum de li campi da le gambarare, ad quos solum dꝫ referri illud relatiuum, i qual cetera vero bona in. d. cap. contenta dicuntur libere relicta do. Helene. Contrariuꝫ asserente dicto do. Marco, & dicente, ꝙ immo relatiuum illud ad omnia debet referri.

¶ Secundo ꝯ eum opponitur per residuarium predicti testatoris, & sic per heredem, ꝙ de bonis fideicom. subiectis solum dimidia spectat ad ipsum do. Marchum, alia vero dimidia tanq̃ꝫ caduca, qꝛ do. Andreas, & Nicolaus eius filius non viuebãt tempore mortis do. Helene, debet ad se spectare. Ad qđ do. Marcus vti residuarium, & heredem respondet, ꝙ immo in effectu non dicitur caduca illa dimidia, saltem ad residuum bonorum testatoris, sed debet ad se spectare iure accrescendi.

¶ His

¶ His sic stantibus queritur circa predictas duas difficultates, quid iuris.

SVMMARIVM.

¶ Clausula in fine posita, an & quando referatur ad omnia precedentia.
¶ Relatio ad que fiat? & quod aliquando preter vim verborum fit ex presumpta voluntate testatoris.
¶ Ius accrescendi habet locum inter coniunctos verbis tantum, & prefertur heredi scripto, licet sit dictum, quod sit heres in caducis, & pro non scriptis.

1 Clausula in fi. posita post plura specificata, an ad proximiora tantum referenda sit, & infra nu. 13. vbi dicit, quod debet referri ad omnia precedentia, nisi ratio in contrarium vigeat, & infra nu. 16.
2 Relationis natura est, vt ad proximiora precedentia referatur.
3 Relatio debet referri ad ea, ad que potest, salua ratione recti sermonis.
4 Qualitas siue clausula in fi. posita, quando aliquid non repugnat, refertur ad omnia precedentia.
5 Appellationis prohibitio, que in vno capitulo est facta, refertur ad omnia capitula illi iudici commissa.
6 Relatio fit ad omnia precedentia, & qualificat omnia in eadem oratione posita, que ab eodem verbo reguntur, & in eadem oratione ponuntur.
7 Qualitas apposita in vna particula contractus qualificat totum contractum, etiam quando ille particule contractus erant in diuersa oratione, vel non regebantur ab eodem verbo.
8 Relatio etiam aliquando fit ex mente disponentis, etiam quod virtus sermonis non videatur dictam relationem importare, puta quando omnia expressa reputarentur eiusdem nature, & simul semper sint, & infra nu. 17.
9 Testatoris intentioni verba seruire debent.
10 Relatio que fit ad aliquid debet fieri cum omnibus suis qualitatibus.
11 Dispositio aliqua semper sic debet interpretari, put disponens, si fuisset interrogatus, verisimiliter respondisset.
12 Testatoris mentem semper sectari debemus in interpretatione statutorum.
14 Relatio non fit ad omnia precedentia, quando resultaret contradictio iurium.
15 Idem si implicaretur contrarietas, & sic declaratur tex. cum gl. in l. si idem. §. fin. ff. de iurisd. omn. iudicum.
18 Verba non sunt secundum rigorem accipienda, quando sunt prolata cum vulgari sermone, & a persona que talem rigorem non seruabat, quia forte non intelligebat.
19 Coniuncti verbis dicuntur illi, quibus relictum est legatum, per vnum & idem verbum.
20 Disiuncti restricte loquendo, licet dicantur illi cuilibet, quorum relicta est medietas alicuius rei, tamen non dicuntur omnino & penitus disiuncti re per testatorem, ex quo cuilibet relicta est medietas simpliciter, & pro indiuiso, que ad oculum demonstrari non posset.
21 Ius accrescendi in particularibus legatis & fideicommissis habet locum inter coniunctos re & verbis.
22 Legatum vel fideicommissum effectum caducum apud heredem remanet.
Limita tamen, vt infra nume. 26.
23 Ius accrescendi, an procedat ex voluntate testantis, vel ex legis dispositione, & infra nu. 24. & etiam. 25. vbi dicitur quod procedit ex voluntate tacita testatoris.
27 Testator in dubio censetur se conformare cum dispositione iuris communis.
28 Fideicommissa effecta caduca non vadunt ad heredem grauatum, quando ille, ob quem fiunt caduca, habet substitutum vel coniunctum, quia isti heredi preferuntur.
29 Idem in pro non scriptis.
30 Verba hec caduca, & pro non scripta ex consuetudine potius testantium ponuntur in testamentis in ciuitate Venetiarum, quam quod intelligant, quid per ea disponatur, quia legum professores quandoque id ignorant.
31 Ius accrescendi, nec ius substitutionis impeditur secundum consuetudinem Venetijs obseruatam per illa verba caduca & pro non scripta.
32 Mutanda minime sunt, que diutinam interpretationem habuerunt.
33 Pluralis locutio, vbi plures non sunt, verificatur etiam in vno.
34 Legatum si sit factum Titio, & suis filijs, filius etiam vnicus si supererit, tale legatum habebit.

CONSILIVM CXXXIX

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie. Viso themate prenarrato, ac etiam diligenter consideratis verbis testamenti magnifici do. Vincentij, de quo in themate predicto, pro resolutione presentis consultationis capio primam difficultatem, in qua licet parua videatur dubitatio, vt ex infra dicendis apparebit, tamen erunt fortasse aliqui, quibus videbitur solum campos delle gambarare comprehendi in legato, vel fideicommisso facto do. Andree, & zacharie foscoli, & eorum filijs moti for-
1 tasse ex eo, † quia per aliquos dici solet clausulam aliquam in fi. positam post plura specificata referendam esse ad proximiora tantum, arg. l. i. §. eum. & §. deinde. & ibi glo. super ver. ne postulent. ff. de postulan. & videtur gl. quam omnes alleg. in l. si idem. cum eodem. §. fi. in gl. fi. ff. de iurisd. om. iudi. & ibi doc. om-
2 nes, de materia tractant, † & solet dici, quod natura relationis est, vt ad proxima precedentia referatur, vt inquit Alexan. in consi. cciij. consideratis. ij. col. lib. ij. & istud pro regula tradit Corne. in consi. xc. scrupulosa. ij. col. versi. videamus. iij. volu. sed proximiora bona specificata, illi clausule, i qual dapoi la sua morte &c. sunt campi de gambararijs, ergo videtur, quod tantum illi campi sint inclusi in d. fideicom. facto fratribus do. Helene, & eorum filijs. ¶ Et pro ista opi. facere videtur, quia illud relatiuum, i qual, videtur generis masculini, & numeri pluralis, propter quod videtur, quod solum ad d. campos referri debent, qui similiter sunt prolati in eodem genere, & numero, & sic conuenienter ad eos videtur fieri relatio, non autem ad precedentia, que talibus genere, & numero non fuerunt
3 expressa, † nam non videtur, quod relatio fieri possit, quando ratio recti sermonis saluari non potest, vt est tex. in l. plautius. ff. de aur. & arg. lega. & ibi Bar. & alij tradunt. ¶ Ad quod bene facit. l. & qui data. §. i. ff. ex quib. caus. maior. prout illum tex. ad hoc alleg. Oldr. in consil. clij. factum tale est, do. Clemens. prout refert, & sequitur Ias. in l. i. prope fi. ver. vndecimo limita. C. de lib. preter. & idem voluit patruus, & do. meus Soci. in consi. xxj. viso testo. iiij. col. iij. volu. vbi etiam alleg. Oldr. in d. consilio. ¶ His tamen non obstan. & vere ad casum istum non facientibus contrariam sententiam de iure verissimam arbitror, & sic quod immo omnia comprehensa in d. capitulo, item ge lasso la casa &c. dominus comprehensa in d. fideicom. post mortem do. Helene facto fratribus eius, & eorum filijs. ¶ Et pro ista conclusione apertissime demonstranda, presuppono in facto, quod domus, curtiuus, ortus, & alia in predicto capitulo contenta sunt in loco detto le gambarare, & sic potest dici, quod sint quodammodo connexa campis, qui vlti. loco in d. capi. sub eadem oratione ponuntur, & ab vno, & eodem verbo reguntur, vez ge lasso, vt constat ex lectura testamenti in predicto capitu. ¶ His sic stantibus conclusio preposita clarissime probatur per vulgatam illam regulam & communem conclusionem, qua di-
4 citur, † quod qualitas, siue clausula in fi. posita, quando aliquid non repugnat, refertur ad omnia precedentia, vt. l. talis scriptura. in fi. ff. de lega. i. vbi Bar. & alij tradunt, nam in ea. l. dicitur. quod si testator post facta plura legata ponat istam clausulam, quas pecunias cuique legaui, quibus dies non est appositus, heres annua bima trima die dato, debet referri talis clausula ad omnia legata precedentia. Ita ergo dominus videtur in casu nostro, vt. s. illa clausula, i qual dapoi de sua morte &c. debeat referri ad omnes res comprehensas in capitulo illo, item ge lasso. ¶ Ad quod etiam est bonus text. in c. secundo
5 requiris. de appellat. † vbi prohibitio appellationis, que in vno capitulo videtur facta, refertur ad omnia capitula illi iudici commissa, & sic clausula ibi posita refertur ad omnia, ita ergo & hic. ¶ Et hanc regulam vbique tradunt doctor. nostri, vt per Barto. in d. l. talis scriptura. per Alex. in con-

sil.lxvj.viso testamento.ij.colum.ij.volumi. ⁊ consi.xcv. re-
quisitus.ij.colum.vij.volumi.Corne.in cõsi.xliij.in hac.ij.co
lum.iij.vol.patruus,⁊ do.Mari.Soc.in.d. consi.xxj.iij.co
lum.versi.confirmatur qꝛ.⁊ in consi.xlvij. in presenti.iij. co
lum.iiij.volu.Deci.in consi.xj. qm̃ iudicantium.colum. xj.
in prin.⁊ per Curt.iunior.in consi.cxij. ⁊ si subtilia.iij. colũ.
⁊ in consi.clvj.in testamento.ij.colum. ⁊ per alios in diuer-
sis locis.¶ Et forte ẽt per.d.iura, ⁊ regulam istaȝ plus dici
posset,ꝙ immo possit referri ẽt ad precedens capitulũ.Iteȝ
lasso ad Helena ⁊c.super quo tñ nihil firmo,nec insisto, qꝛ
de hoc in themate nõ queritur, sed bene constãter affirmo,
ꝙ omnino referri debeat ad omnia bona do. Helene reli-
6 cta in predicto capitulo.Item ge lasso.† cum omnia eadeȝ
oratione relinquentur, ⁊ ab eodem verbo regantur, vt di-
ctum est.nam tunc absqȝ aliqua dubitatione,si aliquid non
vrgeat in contrarium,fit relatio ad omnia predicta, ⁊ qua-
lificantur omnia in eadem oratione posita,que ab eodẽ ver
bo reguntur,vt voluit Bar.in.l.pretor §.eritqȝ differẽtia.
ff.de vi bo. rap. ⁊ ita eum refert, ⁊ sequitur do.Mari.So
ci.in consi.lxvj.visa donatione.vij.colum.versi.primum te-
nendo.iij.volu.⁊ in consi.xxvij.visis instrumentis.iij.colum.
versi.tertio principaliter.iiij.volumi. ⁊ tradit Alex. in con-
sil.cxx.super eo.ij.colum.versi.non ob.etiam.l.seie ⁊c.i. vo
lumi.repetito,in.iiij.volu.nu.xc.cum multis concordã.qui
ad hoc cumulari possent.¶ Preterea pro hac cõclusione,
facit doctri.Bal.in.l.procurator qui pro euictione.ꝓpe fi.
7 ff.de procur.versi.iuxta hoc quero.† dicit enim ꝙ qualitas
quedam officij,de qua ibi dicitur qualificare totum contra-
ctum, ⁊ ibi si recte aduertatur,videtur loqui Bal.qñ parti-
cule ille contractus erant in diuersa oratione,vel non rege-
bãtur ab eodem verbo.Fortius ergo istud dici debet in ca-
su nostro,in quo omnia ab eodem verbo reguntur, ⁊ eadem
oratione ponuntur,vt dixi. ¶ Preterea posito absqȝ pre-
iudicio veritatis,ꝙ ex verborum rigore, ⁊ simplici sono il-
lud relatiuum, i qual , respiceret solum campos illos de le
8 gambarare,† adhuc tñ dici debet,ꝙ omnia in.d.c. conten-
ta,censentur relicta post morteȝ do.Helene fratribus eius ,
⁊ eorum filijs, qꝛ lȝ illa clausula, i qual ⁊c.non referretur ex
virtute sermonis,dicitur tñ referri ex presumpta voluntate
disponentis,que creditur esse,ꝙ omnia illa bona eodem ca
pitulo expressa reputentur eiusdem nature, ⁊ simul semper
sint.Esset enim satis alienum a mente testantis, ⁊ aliquid
etiam absurditatis contineret,ꝙ domus,teza,ortus, ⁊ alia
separarentur a campis predictis,cum videantur ibi esse oc-
casione illorum campoꝝ.¶ Et ꝙ relatio aliqñ fiat ex men
te disponentis,etiam ꝙ virtus sermonis non videatur eam
importare,declarat signanter Bar. ⁊ omnes sequunt̃ in.l.
seie.§.gaio.prima colum.versic.secundo casu.ff.de fund.in-
stru.vbi pro hoc allegat bona iura,vt per eum, ⁊ lȝ Bar. su
mat presumptionem voluntatis in casu suo ex eo,qꝛ talis di
spositio esset inutilis,vt per eum,tñ idem est dicendũ,si aliũ-
9 de talis presumptio assumi potest.† Semper enim videtur
eadem ratio,vt.s.intentio testatoris preualeat, ⁊ illi verba
deseruiant.l.scire oportet.§.aliud.versi. sed ⁊ si maxime.ff.
de excusa.tuto.c.intelligentia.⁊.c.ꝓpterea.extra de verbo.
signifi.facit.l.iij.C.de liber.preter.cum simil. ⁊ in proposito
est bonus tex.in.d.c.secundo requiris.de appell.vbi in rela
tione,vel repetitione facienda,vltra qȝ verborum sonus im
portare videbatur,dicitur id fieri,qꝛ verba intentioni deser-
10 uire debent.¶ † Cõfirmãtur predicta,qꝛ relatio, que fit ad
aliquid dicitur fieri cũ omnibus suis qualitatibus, ꝭȝ Bar
to.in.l.si quis seruum.§.fin.ff.de lega.ij.cum concordan.vt
per Curt.seniorẽ,in consi.lix.dux Philippus. col. xv.ver.
⁊ qđ plus est.⁊ per do.Maria.Socin.in.d.consi.xxvij.iij.
colum.versi.confirmatur hoc⁊c.iiij.volu.⁊ in consi.cclj.qm̃
in presenti.iij.colum.versic.quinimmo in.ij.volumi.sed do-
mus,teza, ⁊ alia contenta in capitulo predicto,vident̃ que
dam qualitates,seu accessiones ad illos campos delle gam
barare,cum eorum occasione ibi sint, merito sicut in legato
predicto campi continentur, ⁊ nullus dubitat,ita ẽt debent
illa alia bona contineri velut ipsis campis adherentia, ⁊ ac
cessoria, ⁊ quodãmodo ad illos campos,seu ad eoruȝ vsuȝ
11 necessaria.¶ † Qđ etiam ex alio ostenditur,qꝛ semper di-
spositio aliqua debet sic interpretari,ꝓut disponẽs, si fuis-
set interrogatus,verosimiliter respondisset,etiaȝ si verba cla
re illud non sonent regula est tutissima,quam ponit gl.com-
muniter approbata in.l.tale pactuȝ.§.fi.ff.de pac.sed nemi
ni dubium arbitror testatorem si fuisset interrogatus, respõ
disse,ꝙ ideȝ intendebat disponere de alijs bonis predictis,
qđ de illis campis,tum qꝛ omnia vna oratione, ⁊ sub vno
verbo reliquit do.Helene,tum etiam qꝛ omnia dicuntur fa
cta, ⁊ ibi esse propter.d.campos,nec conueniat ea bona ab
illis campis separare,presertim cuȝ omnes campi, qui ipsi
testatori ibi restabant,fuerint subiecti legato, vel fideicom.
Si igitur testator sic respondisset, sequitur ꝙ nos testato-
12 ris mentẽ sequendo sic debemus interpretari,† semper.n.in
interpretatione testamẽtoꝝ testantis mẽtem sectari dẽmus,
vti venator vestigia leporis,vt inquit Bal.in.l.quidam.C.
de neces.ser.her.insti.¶ Pro quo bene facit.d.l.iij.C.de li
ber.preter.l.qm̃ indignum.C.de testam.l.cum virum.C.de
fideicom.⁊.l.in conditionibus primum locum.ff.de condi-
tio.⁊ demonst.¶ Et ex his indubitanter concludenduȝ est
omnia bona comprehensa in illo capitulo.item ge lasso ⁊c.
esse subiecta fideicom.facto predictis do.Andree, ⁊ zacha
rie, ⁊ eorum filijs.¶ Et eo maxime qꝛ per testatorem tan-
quam in eodem loco existentia(prout vere sunt)relinquun-
tur,vt patet ex illo verbo dele, iuncto alio, qđ sequitur alle
gambarare,nam sine dubio verbum de li, debet intelligi.s.
alle gambarare.identitas ergo loci facit,vt testator omnia
pro vno quodam vniuersali habuerit, ⁊ ita omnia fideicom
miss.subiecerit.¶ Et ex predictis recte intuenti apparebũt
remota, ⁊ resoluta allega.s̃.in contrarium,vt tñ veritas cla-
13 rius elucescat,ad ea particulariter sic respõdetur. ¶ † Nã
ad primum dico,ꝙ regula est in contrarium,qꝛ clausula in
fine posita refertur ad omnia precedentia,nisi aliqua ratio
vrgeat in contrarium,vt.s̃.dictum fuit.¶ Non ob.d.l.i.§.
eum.⁊.§.deinde.de postulan.cum sua glo.qꝛ illud ibi con-
14 tingit ex eo,† qꝛ si ad omnia fieret relatio,resultaret cõtra-
dictio iurium,cum illi,qui in primo ⁊ secundo loco sunt po-
siti clare pro omnibus alijs postulare prohibeantur, ⁊ qui in
15 primo etiam pro se,vt probatur in.d.l.i.post prin.¶ † Nõ
ob.etiam gl.in.d.l.si idem cum eodem.§.fi.ff.de iurisdi.om.
iudi.cum suo tex.qm̃ respondetur id esse,qꝛ si ad omnia re-
feret̃ implicaretur ꝯrietas ex eo,qꝛ ille sententie prima.s. of
filij, ⁊ proculi, ⁊ secũda cassij, ⁊ pegasi sunt omnino contra-
rie, ⁊ se non compatientes, ⁊ glo.ibi in fi.dicit, ꝙ si nõ eẽnt
ita contrarie facerẽt relationem ad vtrunqȝ, ⁊ alleg.l.talis
scriptura.§.fi.ff.de leg.i. ⁊ sic gl.illa retorquetur in contra-
rium,attento ꝙ in casu nostro in relatione facta ad omnia
16 nulla implicatur,aut resultat contrarietas.† ⁊ illam glo. in
hoc sequuntur omnes doc.ibi facientes regulam, ꝙ clausu
la in fi.posita,debet ad omnia referri, vt ibi per modernos,
⁊ per Iaso.in.l.i.C.de liber.preter.⁊ in.d.l.talis scriptura.
in quibus locis ponit ad istam regulam aliquas limitatio-
nes,quarum nulla conuenit casui nostro. ¶ Bene tñ fa-
teor,ꝙ relatio debet fieri ad proxima,vt dicebant Alexã.⁊
Corne.in consil.s̃.allegatis,tñ ex eo non sequitur,quin etiã
ad alia fieri debeat,qñ nulla ratio repugnat, ⁊ ista est verissi
17 ma responsio.¶ † Posset etiam ⁊ secundo responderi, ꝙ
lȝ relatio ad omnia non fieret virtute sermonis simpliciter
considerati,fieri tñ debet ex presumpta voluntate testato-
ris,vt.s̃.dixi in rationibus pro nostra conclusione.¶ Item
⁊ tertio dici posset,ꝙ immo in casu isto dicam fieri relatio-
nem ad proxima.hoc est ad capitulum illud. item ge lasso.
qđ proxime precedit, ⁊ non ad alia capitula precedẽtia, sed
tñ debet fieri ad totum capitulum , cum omnia in eo posita
sint sub eadem oratione, ⁊ ab eodem verbo regantur, ⁊ etiã
qꝛ omnia videntur cõnexe per testatoreȝ considerata,vt ple
ne.s̃.deductum fuit.¶ Ad scđm vero respondetur,ꝙ im-
mo per talem relationem,non offenditur ratio recti sermo-
nis,qꝛ illud relatiuum,i qual,negatur ꝙ sit prolatum in ge-
nere masculino,qm̃ dico prolatum in genere neutro, vt sic
exponatur,i qual.s.beni,de quibus in predicto capitulo.
18 ¶ † Vel secundo responderi potest, ꝙ in hoc testamento
non sunt verba ita ꝭm rigorem accipienda,cum vulgari ser
mone sint prolata, ⁊ a persona,que talem rigorem non ser-
uabat,qꝛ forte non intelligebat,vt patet ex eodem testamen
to.¶ Primo in capitulo.Item prego, ⁊ cargo ⁊c.in ver.
de la qual

de la qual sia intitulata &c.nam rectus sermo non sic prefer retur,sed diceretur,la qual sia intitulata,vel de la qual sia el titulo,vt de se notum est. ¶ Secundo etiam constat in hoc capitulo de quo agimus,nam dicit,i qual dopo la sua morte voglio,che la vada &c.qm̄ illud verbum,i qual,non concordat cum illis,che la vada.sed debet dici che vadino.

¶ Et ista verba,che la vada,arbitror plurimuz ponderanda pro conclusione.s.firmata,vt.s.dicamus testatorem habuisse respectum ad domū,que primo loco in.d.c. relinquitur do. Helene, intelligendo tñ cum omnibus immediate relictis post domum in eodem capitulo,& per idem verbū, & idem dicemus omnia illa bona comprehendi vna cuz domo,& sic importabit relatiuum,i qual.s.beni,vt supra dixi. ¶ Vel etiam potest responderi,vt secundo & tertio loco respondi ad primum argu. ¶ Capio modo secundam difficultatem,in qua breuitatis gratia conclusiue loquendo arbitror,& ita mihi de iure aperto videtur,qꝫ omnia bona fideicōmisso subiecta per ipsum testatorem pertineant ad magnificum do. Marcum stantibus veris his,que in themate narrantur,vt sic habere debeat etiam dimidiam illam que erat relicta do. Andree,que ad do. Marcum dicitur perue

19 nisse iure accrescendi. ¶ †Et istud euidenter probatur,naz illi fratres do. Andreas,& do.zacharias,& eorum filij fuerunt in tali fideicom.coniuncti verbis,cum per vnum,& idē verbum fuerit eis relictum,vz voglio che la vadi &c. vt est

20 tex.& ibi tradunt doc.in.l.re coniuncti.ff.de legat.iij. ¶ †Et lz dicantur disiuncti re stricte loquēdo,qr cuilibet relicta est medietas,vt patet ibi per meta &c.vt habetur in.d.l.re coniuncti.tñ non dicuntur omnino, & penitus re disiuncti per testatorem,ex quo reliquit cuilibet medietatem simpliciter, & pro indiuiso,que ad oculum demonstrari non posset, iuxta.l.meuius.§.duorum.ff.de lega.ij.quem ad hoc allegat Bar.in.d.l.re coniuncti.mihi in.ix.colum.in.ij.q.prime.q.

21 princi. ¶ †Quo stante sequitur clara & cōmunis omnium conclusio,qꝫ inter eos habet locū ius accrescendi,prout est tex.in.l.vnica.§.his ita.C.de cad.toll.vt per eum, & hꝫ hāc opin.consuluit Bar.in consi.liij.picharellus. & Corn.in cōsi.ccxxxviij.circa primum.iij.colum.versi.deuemendo itaqꝫ ad scōm.ij.volum.qui dicit,pro hoc esse tex.in.l.si duobus. §.titio.ff.de legatis.i.vt per eum.idem etiam consuluit patruus,& do.meus Soci.in consi.xciiij.pro clariori.in fi.iiij. volumi.& Curt.iunior.in consi.lxxxiij.presupponitur in facto.prope fin.cum alijs,qui allegari possent,sed causa breuitatis dimitto,qr super hoc loquendo in particularibus legatis,vel fideicom.omnes vbiqꝫ nemine prorsus contradicente,firmant opin.Bar.in.d.l.re coniuncti.in. d.ij. quest. ¶ Sed huic conclusioni ob.videtur(prout dicitur in themate)qr testator faciendo suum residuarium more Veneto, hoc est heredem vniuersalem reliquit illi inter cetera etiam

22 bona caduca,vt in testamento apparet,†vnde cum ps predicti fideicom.relicta do.Andree videatur effecta caduca, cum omnes decesserint ante do.Helenam,& sic ante euentum conditionis,vt est tex.in.l.vnica.§.& cum triplici.in fi. iuncta gl.C.de cad.tollen.videtur dicendum, qꝫ talis pars

23 pertineat ad predictum heredem,seu residuariuz. ¶ †Nec videtur obstare ius accrescendi,qr cuz illud procedat ex voluntate testantis,vt.l.titio, & meuio.§.iulianus.ff.de leg.ij. (prout illum tex.ad hoc alleg.patruus, & do. meus Soci. in.l.centurio.mihi in.vij.colum.ff.de vulga.& pup.)videtur qꝫ non possit habere locum,qm̄ de contraria voluntate apparet,prout videtur apparere in casu isto,ex quo voluit residuarium, & heredem suum habere bona caduca. ¶ Veruntamen hoc nullo modo obstante,puto conclusioneȝ predictam verissimam esse,& in primis ad argu. respondendo posset negari,qꝫ ius accrescendi ita procedat absolute ex voluntate testatoris,prout voluit glo.fi.prope fin.in.l.apud iulianum.§.idem iulianus.ff.ad trebell.& videtur bene probari in.l.prima.C.de testam.milita.prout illum tex.ponde

24 rat ibi Jas.in quinto nota.qui dicit,†qꝫ ius accrescendi potius procedit immediate ex dispositione legis, q̄ ex dispositione hominis,& dicit ita voluisse Bart.in.l.si testamento. ff.de vulgari & pupillari.& hoc stante argumentum totaliter ruit,qr testator non potest facere,quin leges habeantur locum in suo testamento.l.nemo potest.ff.de legatis primo.

25 ¶ †Vel secundo posito qꝫ cum iure accrescendi sit aliqualiter testatoris voluntas saltem tacita,prout videtur concedendum,& prout etiam Bar.& Jas.in locis predictis concedunt,respondetur,qꝫ falsum est in casu isto apparere de cōtraria voluntate testatoris. ¶ Quinimmo dico,qꝫ illa tacita voluntas,que alias in iure accrescendi presumitur adesse etiam in casu isto adest,qr cum coniunxerit illos fideicommissarios verbis,nec re totaliter disiunxerit,ſm qꝫ.s.dictuȝ fuit,apparet,qꝫ testator voluit apud eos totum esse,& quodāmodo eos pro vno habuerit, & ideo deficiente vno, debet pars eius ex verosimili mente testantis ad alium perti

26 nere. ¶ †Nec obstat,qꝫ reliquerit heredi,& residuario etiā bona caduca,qr illud debet intelligi de caducis totaliter, & que ex ordine iuris remanerent apud heredem, quod non est in casu nostro,cum illa pars ex ordine iuris,& etiaȝ ex voluntate testantis,pertineat ad magnificum do. Marcum, prout supra conclusum fuit. ¶ Et qꝫ ita talia verba debeāt intelligi,ex sequentibus verbis apparet,duȝ dicitur,che mi potessero essere,hoc est,que ad me pertinere possent,verum ista pars,licet respectu do. Andree,& filiorum possit dici caduca,non tamen sic dicitur,vt ad testatorem,seu ad eius residuum de iure posset pertinere,cuȝ iure accrescendi debeat pertinere ad dominum Marcum predictuȝ,per ea que dicta fuerunt,voluit ergo testator loqui de his,que totaliter & respectu omnium fierent caduca,ita qꝫ remansura sint in residuo testatoris,sed ista pars non dicitur totaliter, & respectu omnium caduca,cum adhuc viuat dominus Marcus, ad quem debet pertinere,ergo &c.ex verbis igitur testatoris clara mens eius colligitur,que omnino attendi debet,vt .l.in conditionibus primum locum.ff.de cond.& dem.cum ɔcord.s.alleg. ¶ Sed vlterius dico,qꝫ si mēs testantis clare non colligeretur ex verbis,& posset dici dubia, adhuc tamen deberet omnino interpretari,vt dictum est, & hoc cla

27 re ostenditur,†naȝ testator in suo testamento creditur in dubio se voluisse conformare cum dispositione iuris,vt tradūt Bartol.Angel.Cuman.& Alexand. in.l.heredes mei.§. cum ita.ff.ad trebellianum.& ibi atiam domi. meus Soci. colum.penulti.versic.postremo ex dictis Bartholomei.tradit Alexan.in consi.lv.perspectis his.ij.colum.iiij.volumi. Corne.consi.xxij.in hac consultatione.v.& vj.colum.secundo volumine,& dominus meus Socin.in consil.xxvij. presens consultatio.ix.columna,versi.sexto,& vltimo.cum concordantibus,vt per Jason. in consil.lxxxiiij. omissa longa. post princip.primo volumi.& per Deci.in consil.cclvij.que

28 ritur.secunda colum.†sed de iure cōmuni clarum est,qꝫ licet dicatur caduca remanere apud heredem,vel aliam personam grauatam,tamen intelligitur,nisi ille talis,cuius respectu dicitur quid fieri caducum, habeat substitutum, vel coniunctum,qr illi omnimodo heredi preferuntur,casus est in.l.vnica.§.sin autem aliquid sub conditione.C.de caduc.

29 tollen.ibi & hic vel substitutus,vel coniunctus accipiat,† sicut etiam in simili dicitur de pro non scriptis,& venientibus in causam caduci in eadem.l.§.in primo.& §.pro secundo. merito ergo sequitur,qꝫ si dubia de se testatoris volūtas debet sic interpretari,vt scilicet caduca remaneant apud residuarium,siue heredem,nisi adsit coniunctus,qui eam accipiat. Hic autem adest magnificus do. Marcus, ergo &c.

30 ¶ †Et eo maxime hoc dicendum videtur,quia testator cuz esset vulgaris,verosimiliter non intelligebat,quid importarent illa verba,caduchi,& per non scripti.Cum etiam multi legum professores illud ignorarent, & sic dicitur talia verba protulisse potius ex communi consuetudine testantiuȝ in ciuitate Venetiarum,q̄ qꝫ intelligeret quid per ea disponeretur.Merito non potest dici, qꝫ testator in dictis verbis voluerit alterare iuris dispositionem, sed potius se cum illa conformare per predicta. ¶ Et tanto fortius hoc dicendū

31 est,†quia(vt audio)sic semper in dicta ciuitate fuit obseruatum,vt per talia verba,quibus omnes fere testatores vtūtur,non dicatur impeditum ius accrescendi, nec etiam ius

32 substitutionis.†Minime ergo mutanda sunt,que diutinaȝ interpretationem habuerunt.l.minime.ff.de legibus.

¶ Preterea dici posset in ꝓposito,qꝫ cuȝ testator relinquerit dominis Andree,& zacharie, & filijs eorum, & cum illi sint mortui,& ex filijs solum reperiatur dominus Marcus,

33 videatur testator totum ipsi reliquisse, † cum pluralis locu-
tio in proposito nostro, vbi plures non sint procedat, & ve-
rificetur etiam in vno argumento. l. non est sine liberis. ff.
de verborum significatio. & ibi doctores tradunt.
34 ¶ † Et certe nemo dubitabit, ꝙ si quid relinquo Titio, & fi
lijs suis, ꝙ post eum etiam vnicus filius, qui supersit, habe-
bit relictum. Ita ergo & in casu nostro cum dixerit testator,
voglio che la vadi in messer Andrea, & messer zacharia, &
nelli suoi fioli &c. & ex eorum filijs post eos solum supersit
magnificus dominus Marcus, ille absq; dubio debet to-
tum habere. Laus Deo.
Soci. nepos, iurisconsult. Padue legens, in prima sede ve
spertine lectionis. 1536.

CASVS

¶ Magister Andreottus de olcellis de riperia, instituit he
redes vniuersales Bartolottum, & Turinum filios eius le
gitimos, & naturales, & Vincentium, & Sanctinum nepo-
tes eius ex Jacobo altero filio predefuncto equis portioni
bus per stirpem. & non per capita.
¶ Hac tamen lege, & conditione, ꝙ si aliquis, vel aliqui de
dictis eius filijs, & nepotibus decederet, seu decederent si-
ne filijs masculis, alij superuiuentes masculi sibi ad inuicem,
& vicissim succedant, & succedere debeant per stirpem.
¶ Adiuerunt omnes hereditatem, & facte sunt tres partes,
quarum duas habuerunt duo filij testatoris, quilibet vide-
licet tertiã, & aliam tertiã habuerunt simul illi duo nepotes.
¶ Decessit postea Vincentius vnus ex dictis nepotibus si-
ne filijs.
¶ Et ita primo dubitatur, stante predicto testamento, quis
ad bona eius sit admittendus, vtrum scilicet solus Sancti-
nus frater eius, an cum eo etiam Bartolottus, & Turinus
eius patrui.
¶ Deinde decessit predictus Turinus similiter sine filijs.
¶ Et sic secundo queritur, an ei solus frater eius Bartolot
tus succedat, an vero simul cum eo etiam dictus Sancti-
nus admittatur.

SVMMARIVM.

¶ De quadam substitutione facta de superuiuentibus, si
quis ex filijs, & nepotibus institutis decesserit, an. s. nepo
tes soli per prius videantur inuicem substituti.

1 ater succedit fratri ab intestato patruo excluso.
2 Substitutio fideicommissaria, si est facta ad inuicem filijs &
nepotibus institutis, & vno decedente, vel pluribus ex di
ctis filijs, & nepotibus sine filijs, alij superuiuẽtes per stir
pes ad inuicem succedãt, si moriatur alter ex nepotibus,
alter veniet ad fideicõmissum, patruo excluso, cui nihil ex
fideicõmisso restituere tenetur.
3 Testatoris mẽs omnino preualere debet, & obseruari, qua-
liacunq; verba prolata fuerint.
4 Testatoris sensus quando notus est, numquam verborum interpre-
tatio tantum valet, vt melior sensu existat.
5 Verborum omnis rigor, & forma in vltimis voluntatibus
postergatur, vbi de mente constat, & maxime in fidei-
commissis.
6 Substitutio & fideicommissum in ea factum ab institutione
declarantur.
7 Substitutio fideicommissaria censetur facta eo modo, quo
ab intestato persone substiture vocantur.
8 Testator si relinquat aliquid suis fratribus, censetur prius
vtrinq; coniunctis, demum ex vno parente tantum re-
linquisse.
9 Institutio, si est facta de filijs in loco vbi masculi feminis
preferuntur, censetur prius facta de masculis.
10 Substitutio non secundum vim verborum, sed secundum
voluntatem testatoris presumptam ex coniunctione in
institutione debet interpretari, & etiam fm ordinem suc-
cedendi ab intestato.
11 Substitutio fideicommissaria ad inuicem si sit facta filijs &
nepotibus institutis, altero ex filijs decedente sine libe-
ris, alter filius vna cum nepotibus patrem representan-
tibus veniet ad fideicommissum.

CONSILIVM CXL

Dirigat Dominus verba mea in
viam veritatis, & iustitie.
Presens consultatio (ni fallor) mentem te-
statoris recte intuendo, claram habere vi-
detur resolutionem, & ipsam clariorem red-
didit excellentissimus dominus Camillus butius mihi ma
ior honorandus, qui in eius consilio (more suo) omnia sub-
tiliter, & abunde discussit, & ita vt mihi de subscriptione requi
sito, satis esset conclusiones eius in vtraq; dubitatione tan-
quam iuridicas simpliciter approbare, vt tamen nõ videar
impremeditatus ad comprobationem deuenisse, & vt etiam
consultanti morem geram, paucula quedam subijciam.
1 ¶ Et circa primam dubitationẽ non est dubium, † ꝙ San
ctinus attento iure cõmuni dicitur verus & vniuersalis he-
res Vincentij fratris eius ab intestato decedentis exclusis
eorum patruis, cum ille sit frater, & proximior, text. est in au
ctenti. cessante, & in corpore vnde sumitur. C. de legitimis
heredibus. & idem etiam est secundum formam statuti Ri-
perie, vbi causa agitur, quod in hoc ius cõmune non immu
2 tat. ¶ Solum autem est questio, vtrum ipse Sanctinus † ex
causa fideicõmissi teneretur aliquid restituere predictis eius
patruis. Et certe concludendum est, ꝙ non, quia decedente
Vincentio ad eius partem per fideicõmissum dicitur voca-
tus solum, & duntaxat Sanctinus frater eius, nam testator
cum ex premortuo filio Jacobo, haberet illos duos nepo-
tes patris eorum personam representantes, haberetq; alios
duos filios superstites, voluit in institutione illos omnes vo
cari tanquam si essent tres filij, & sic vt de bonis suis fierent
tres partes, quarum vnam haberent illi duo nepotes repre
sentantes personam eorum patris, alie due darentur filijs il
lis duobus superstitibus, & istud voluit testator, dum dixit,
ꝙ eos instituebat equis portionibus per stirpes, & non per
capita. & in hoc fuit prudens eius consilium, & conforme iu
ri communi, & etiam municipali, quibus iuribus inspectis
sic fuisset ab intestato delata hereditas ipsius testatoris, iu-
xta aucten. in successione. C. de suis, & legitimis. & §. cum fi-
lius. institu. de heredi. que ab intesta. defer. sic ergo testator
istos duos nepotes in vno triente re, & verbis coniunxit, &
eos pro vno tantum habuit in comparatione filiorum suo-
rum superstitum. ¶ Et si ex predicto filio predefuncto plu-
res fuissent nepotes, vt tres, aut quattuor, similiter omnes
pro vno tantum habuisset, & ad trientem tantum vocasset
considerata persona patris eorum ab illis representata.
¶ Similiter etiam si vnicus tantum fuisset ad totum illum
trientem eum vocasset, cum per eum solum alterius prede-
functi filij persona representaretur. & de his neminem credo
dubitaturum, & probatur ex eo quia dum vocauit eos in stir
pem, ostenditur manifeste, ꝙ in mente testantis nepotes con
siderabantur solum vt predefunctum filium representãtes.
¶ Quibus sic stantibus (prout verissima sunt) quando te-
stator alicui ex institutis sine filijs decedenti substituit alios
superuiuentes per stirpem censetur sic substituere, vt si vnus
ex nepotibus decedat, alter solus superstes per fideicõmis-
sum vocetur, vt sic primeua eius volũtas seruetur, que fuit
vt quicunq; superessent ex predefuncto filio, & personã eius
representantes vnum trientem liberum, & integrum habe-
rent quoscunq; essent, vnde cum nunc post mortem Vin-
centij, supersit ex Jacobo filio testatoris solus Sanctinus,
ille solus debet habere integrum trientem, quod quidem se
quitur dicendo, ꝙ solus ille per fideicommiss. fuerit voca-
tus. Et istam esse mentem testatoris nemo negabit, si sit re-
3 cti sensus. ¶ † Qua posita non est dubium, ꝙ illa debet om
nino preualere, & obseruari, qualiacunq; verba fuerint pro-
lata, cum (vt vulgo fertur) verba intentioni seruire debeant
. c. secundo requiris. de appellati. & . l. scire oportet. §. aliud.
4 ff. de excusatio. tuto. † & ideo dicitur in. l. tertia. C. de liberis
preter. ꝙ quando testatoris sensus notus est, nunquam ver
borum interpretatio tantum valet, vt melior sensu existat,
vnde alias signanter dixit Ange. in consilio. ccxxij. bene, &
egregie.

5 egregie.in princi.† ꝙ in vltimis voluntatibus omnis postergatur verborum rigor, ꝛ forma, vbi de mente constat, al leg.d.l.iij. ¶ Et maxime procedit hoc in fideicom.in quibus ante omnia voluntas testantis etiam per coniecturas intellecta attendi debet, iuxta.l.cum proponeretur.cum ibi not.ff.de legat.secundo.cum simi.adductis.s.per excellentissimum consultorem. vt igitur hec testantis voluntas in casu isto seruetur, est concludendum absq; dubio solum.d.Sanctinum per fideicommiss.vocari, tum ratione predicte coniunctionis re, ꝛ verbis, per.l.coheredi.§.qui discretas.cum his, que ibi doct.tradunt.ff.de vulga. ꝛ pup.iuncta.l.re con
6 iuncti cum materia.ff.de legat.iij.† tum etiam vt substitutio, ꝛ fideicom.in ea factum declaretur, ab institutione, iuxta.l.i.cuz materia.C.de impu. ꝛ ali.substi. ꝛ.§.ꝛ si ex disparibus. insti.de vulg.substi.prout.s.per consultorē plene dictū fuit. ¶ Preterea talis interpretatio omnino fieri dz, quia si testator de tali casu fuisset interrogatus absq; dubio respondisset Sanctinum solum esse admittendum per predicta. Hoc igitur ista ratione attenta omnino ꝛ nos dicere debemus per ea, que not.in.l.tale pactū.§.fi.ff.de pac.cuz simil. ¶ Et ista interp̄tatio ex eo ēt fieri dz, q2 sic ab intestato solus Sanctinus Vincētio fratri suo successisset exclusis patruis tam de iure cōi, vt in auc.cessante.C.de legit.here. q̄z etiam de iure municipali Riperie obseruando, prout mihi
7 presupponitur.† Est enim regula ꝛ vera conclusio, ꝙ testatoris dispositio facta de personis aliquibus eas per fideicō miss.vocando censetur facta eo modo, ꝛ eo ordine, quo ab intestato persone predicte vocarentur, vt tradunt Bart. ꝛ alij, maxime Alex. ꝛ domi.meus Soc.in.l.heredes mei.§.cum ita.ff.ad trebell.dixit Bal.in.l.precibus.C.de impub. ꝛ ali.substi.Bar. ꝛ alij per illum tex.in.l.si duo.ff.de acquiren.hered. ꝛ traditur cōmuniter in.l.gallus.§.i.ff.de libe. ꝛ posthu.cum alijs allega.s.per consultorem, ꝛ vltra eum ita firmat Alex.in consi.lv.perspectis his.iij.colum.vers.confirmātur predicta.iiij.volumi. ꝛ Corne.in consi.xxij.in hac consultatione.v. ꝛ.vj.colum.ij.volumi. Dicetur itaq; in proposito vocati ad fideicom.alij superuiuentes, ḃm ꝙ iure cōmuni, vel municipali ab intestato succederēt, q̄uis verba in eorum sono videantur omnes simul vocare. ¶ Ad quod optime facit singularis decisio Paul.de cast.in.l.si.prope
8 fin.C.de verb.signifi.dum vult, † ꝙ si testator aliquid relinquat fratribus suis simpliciter, lz verba videātur sonare de omnibus fratribus, tamen intelligitur testator voluisse, ꝙ primo detur fratribus vtrinq; coniunctis, ꝛ postea coniunctis ex vno tantum parente, ꝛ hoc q2 sic de iure cōmuni succedere debebant ab intestato, ꝛ istam decisio.refert, ꝛ sequitur Corne.in dicto consi.xxij.vj.colum.versi.item alias eadem ratione ꝛc. ¶ Accedat ēt alia pulchra decisio do.mei Soci.in consi.cxv.s.scripti.ij.col.dum vult, ꝛ concludenter
9 probat, † ꝙ si pater simpl'r filios suos instituat in loco, vbi masculi ex forma statuti preferantur feminis, intelligitur prius vocasse masculos ḃm formam statuti, tam ꝛ si verbū filios, vniuersaliter tam masculos, q̄z feminas comprehendat, ꝛ ita proprie est dicendum in casu nostro, vt.s.verba illa, ꝛ alij supra viuentes ꝛc. intelligantur eo ordine, ꝛ ḃm ꝙ alias ab intestato essent successuri per predicta. ¶ Facit ēt decisio Dec.in consi.clxxxv.qm̄ ex facto ius orit'.per totū,
10 † vbi in fortioribus terminis concludit substitutionem in casu suo non ḃm vim verborum, sed ḃm voluntatem testantis presumptam ex coniunctione in institutione debere interpretari, ꝛ etiam ḃm ordinem succedendi ab intestato, vt per eū, per quam assumitur decisio casus nostri, secundu3 predicta. ¶ Ad que etiam alia plura possent cumulari, si tēpus mihi ad illud superesset, sed non est curandum, cum predicta sufficiant, maxime iunctis his, que abunde, ꝛ sapienter per do. consultorem deducta fuerunt, ex quibus vna cum eo concludo Sanctinum pred.solum ad fideicom.post mortez Vincentij fratris eius esse admittendū. ¶ Circa scđam dubitationem non intendo instare, q2 nullam prorsus continet diffi
11 cultatem, † nam cū Sanctinus sit de vocatis ad vnuz trientem, ꝛ nunc ad eum solum ille triens pertineat, vt.s.est conclusum, sicut ēt.d.Bartolottus frater Turini nuper defuncti ad alium trientem vocatus fuit, non video, cur simul nō debeat admitti ad tertium trientem ipsius Turini, attento ꝙ ab intestato fuissent illi Turino successuri, ꝛ ēt ꝙ ita creditur testator.voluisse considerando, ꝙ iste Sanctinus dicitur representare personam patris eius, ꝛ fratris.d.Turini, ac etiam attento, ꝙ substitutio facta est per stirpem, qđ non conueniret, nisi ēt nepotes ex predefuncto filio simul cuz superstite filio vocarentur, vt per consultorem dictum fuit. ¶ Firmando igitur ꝯclusionem hanc, velut indubitatam, vt.s.Sanctinus, ꝛ Bartolottus simul dicantur vocati per deducta.s.per do.consultorē, gratia breuitatis vlterius nō puto insistendum, ꝛ maxime ne in re clarissima, ꝛ omnino indubitabili videar difficultatem facere. Laus Deo.

Mar.Soci.iunior Sen̄.patritius iuriscon.Padue legēs.

CASVS

¶ Do.Magdalena papi de monte politiano habēs filios ex primo viro predefuncto, secundo nupsit cuidaz Blasio, ꝛ pro dotibus eis promisit floren.cc.in rebus, bonis, ꝛ pecunijs, modis, formis, ꝛ temporibus, prout ꝛ sicut fuerit arbitratum, ꝛ declaratum per Laurentium, ꝛ Marcum ad illud cōmuniter electos, qui postea mortui sunt, ꝛ non probatur, ꝙ aliquo tp̄e per eos, vel alios fuerit aliqd circa predicta declaratum, Sed reperitur, ꝙ.j.annum vel circa a tempore contracti matrimonij, do.Magdalena tradidit dicto Blasio vnam domum, tunc valoris floreno.cl. ꝛ vltra, ꝛ vnum predium tunc valoris florenor.lxx. ꝛ vltra, ꝛ dicta bona simpliciter, ꝛ absq; aliqua estimatione particulari tradidit. ¶ Et postea reperitur, ꝙ tradidit eidez Blasio floren. xxxj.pro residuo florenorum.cc.

¶ Demum decessit.d.Blasius, nihil habens proprium in bonis suis vltra bona, que.s.a do.Magdalena receperat, sicut ꝛ nihil habebat tempore contracti matrimonij, ꝛ recepte dotis. Qui per aliquot annos ante mortem vnico teste probatur dixisse, ꝛ confessus fuisse, ꝙ bona ab eo recepta post eius mortez reuersura sunt ad filios dicte do.Magdalene ex priori viro.

¶ Quibus sic stantibus, queritur an do.Magdalena possit saltem pro restitutione dotium petere domum, ꝛ prediuz cum floren.xxxj.prout dedit, an vero compellatur accipere simpliciter floren.cc.in pecunia numerata.

SVMMARIVM.

¶ Residuum importat, vt reliquum presumatur solutum.

¶ Estimatio rei in dotem date, quando inducat tacitam venditionem.

1 Vxor si dedit in dotem bona valoris duca.cc.eueniente casu restitutionis dotis, an possit petere.d.bona, an vero ducat.cc.accipere compellatur, ꝛ.j.in discursu.

2 Vxor si promisit nomine dotis.cc.si tradit aliqua bona marito, ꝛ demum pro residuo det certam quantitatem, puta.50.an dicatur.d.bona dedisse pro extimatione ducat. cl. ꝛ sic an dos dicatur in quantitate data, ꝛ.j.nu.5.vbi dicitur, ꝙ.d.ducat.cl.presumuntur soluti non in bonis, sed in pecunia, ꝛ illa bona dicuntur vltra dotem data.

3 Extimatio bonorum in dotem datorum facit emptionem, vt postea dos in quantitate data dicatur, ꝛ ꝙ tantum illa quantitas sit restituenda.

4 Dotis promissio si precessit in certa quantitate, ꝛ postea reperiatur predium pro dote assignatum, lz nulla sit facta mentio quantitatis, dicitur predium extimatuz pro quātitate dotis, ꝛ dos non in predio, sed in quantitate consistere dicitur, vide.j.nu.2.et.7.

6 Bona vltra dotem data dicuntur paraphrenalia.

8 Verba hec in contractu dotis posita, vcz formis, modis, ꝛ temporibus important pacta, leges, ꝛ conuentiones, quibus solutio dotis modificari, qualificari, ꝛ formari pōt.

9 Dos si sit promissa, prout fuerit arbitratum per tales, licet ipsi non declarent, nec arbitrentur ex dotis priuilegio actus non dicitur nullus, ꝛ debet recurri ad arbitrium boni viri.

10 Vir bonus dicitur iudex.

11 Extimatio rei in dotem date, lz inducat tacitaz emptionez,

vt videatur dos in quantitate data, tamen hoc nō procedit, vbi de cōtraria partiū volūtate appareat, vel etiā tacite ex aliquibus coniecturis.

12 Extimatio rei in dotem date non operatur tacitam venditionem, qñ tempore dotis assignate, vir non erat soluendo, quia si vir non habet in bonis, non potest lex fingere, ꝙ breui manu ille dederit precium vxori pro re in dotem data.

13 Extimatio rei in dotem date, lȝ faciat emptionem, qñ vir tempore eius traditionis erat soluendo, si tñ ex post vir efficiatur non soluendo, datur petitio rei in subsidiuȝ, ꝛ sufficit soluere rei extimationem, secus qñ ab initio non fuit soluendo, qꝛ non sufficeret soluere extimationē, qꝛ ab initio ob impeditam venditioneȝ fundus remansit dotalis, ꝛ eius dñium mortuo viro in vxorem transfertur, ꝛ potest vendicari iure proprio, ꝛ non in subsidium.

Extimatio rei in dotem date, lȝ faciat emptionem, qñ talis extimatio fit tempore traditionis dotis, tñ si simpliciter ab initio res tradatur absqȝ aliqua extimatione, si qua postea extimatio tacite censeatur facta, non creditur per talem extimationem presertim tacitam partes velle facere, ꝙ res inextimate que erant dotales, desinant esse dotales, ꝛ dos in quantitatem conuertatur, sed talis extimatio dicitur tunc fieri ad declarationem deteriorationis, ꝛ meliorationis.

15 Extimatio rei dotalis facta post tempus ꝯcti matrimonij, etiam de voluntate partium non pōt facere, quin fundus remaneat dotalis, nec inducere venditionem.

16 Alienatio rei dotalis non pōt fieri sine iusta causa etiā per extimationem rei dotalis ex post superuenientem.

17 Dotis restitutio ꝯstante matrimonio regulr̄ est prohibita.

18 Nouatio non presumitur.

19 Nouatio circa dotem non valet, nisi sit vtilis mulieri.

20 Extimatio rei in dotem date non inducit tacitam venditionem, qñ preciuȝ, ꝛ quātitas, qua dicitur illa res extimata, non dicitur consona, nec congrua ipsi rei.

21 Uerisimile non est, quem vendere velle rem minoris precij, ꝗ̄ valeat, ꝛ sic iactare suum.

22 Uenditio dicitur inducta, si pecunia data ꝑ seruo manumittendo est precio serui condigna, aliter secus, si non sit condigna.

CONSILIUM CXLI

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, ꝛ iustitie.
1 †Uidetur primo aspectu circa propositam questio. dicendum restitutionem dotis faciendā esse solum de floren. cc. in pecunia numerata, ꝛ domum, ꝛ predium, de quibus agitur peti nō posse.
2 †Nam cum do. Magdalena post traditionem domus, ꝛ predij soluerit floren. xxxj. ꝑ residuo floren. cc. dicitur. d. bona dedisse pro extimatione florenoꝝ. clxix. qui cum. d. floren. xxxj. faciunt summam. cc. arguitur, ꝙ reliqui floꝛ. clxix. iam erant soluti, vel de eis aliter erat satisfactum, iuxta. l. si ex pluribus. in prin. cum ibi not. per gl. Ange. ꝛ Imo. ff. de solutio. tradunt Pau. de cast. ꝛ Alexā. atqȝ alij in. l. ij. C. de hered. instit. maxime Jas. ibi in. i. colum. versi. iteȝ ad istum tex. ꝛ c. ꝛ voluit Corne. in consi. xxxiij. incip. visa copia. iiij. colum. in fi. ij. vol. vnde cum non constet, ꝙ aliud do. Magdalena dedisset. d. Blasio, nisi bona predicta sequi videtur, ꝙ in. d. bonis dicantur soluti floreni. clxix. ꝛ per consequēs ꝙ ea bona pro tali precio extimata fuerint soluta, ꝛ tradita. d. Blasio.
3 ¶ Quo sic posito dicendum vr̄, †ꝙ talis extimatio dicatur fecisse emptionem, ꝛ postea dos dicatur in quantitate, ꝛ ꝙ tm̄ illa quantitas sit restituenda, vt vr̄ text. in. l. quotiens. vbi ita tenent Bal. ꝛ alij. ff. de iu. dot. ꝛ in. l. plerunqȝ. §. si ante. eod. tit. cum simi. Dicuntur. n. tunc duo actus gesti, quo ad ius, vcȝ emptio, ꝛ venditio, cum solutione precij, ꝛ dotis consignatio, ꝛ hoꝝ actuum primus occultatur, ꝛ breui manu omnia dicuntur facta, vt in simili habetur in. l. singularia. cum materia. ff. si cer. pet. ita in proposito inquit Bal. in. l. si inter virum. C. de iu. dot. refert, ꝛ sequitur do. Mar. Soci. auus meus in ꝯsil. lvj. stantibus. §. scriptis. iij. colum. versicu. septimus casus. ¶ Confirmatur ista conclusio, quia talis videtur mens partium in traditione, ꝛ receptione rerum predictarum pro dote, qualis fuit in principio in ipsa dotis constitutione. Sed secundum constitutionem, seu dotis promissionem dos ipsa dicitur in quantitate ducentorum florenorum consistere cum domina Magdalena talem summam pro dotibus promiserit, vt in instrumento constat, ergo postea, quando bona illa tradita fuerunt, videntur partes fuisse in tali voluntate, vt scilicet dos consistat in ducentis florenis, ꝛ illa quantitas duntaxat sit restituenda, vt sic bona predicta cum dictis florenis. xxxj. in sua extimatione faciant dictam summam ducentorum florenorum. ¶ Ad que faciunt, que signanter dixit patruus, ꝛ domi. meus, do. Bartholo. Soci. in consil. lxix. incipiē. viso laudo. iij. colum. ver. circa secundam difficultatem. iiij.
4 volumi. vbi per plurima per eum allegata concludit, † ꝙ si precesserat dotis promissio in certa quantitate, ꝛ postea reperiatur per arbitros simpliciter assignatum predium pro dote, licet nulla tunc fuerit facta mentio quantitatis dicitur predium extimatum pro quantitate dotis, ꝛ dos non in predio, sed in quantitate dicitur consistere, vt plene per eum videri potest. ¶ Et ex his videtur in proposito concludendū domi. Magdalenaȝ posse compelli ad accipiendum ꝓ suis dotibus florenos ducentos, ꝛ consequenter a petitione dictorum bonorum posse repelli, que (vt verum fatear) me prima facie hesitantem reddiderunt. ¶ Sed his nequaquaȝ obstantibus maturius, ꝛ diligentius omnia in facto contingentia animaduertens contrariam partem de iure probabiliorem esse arbitror, prout ēt eleganter, ꝛ copiose, per insignem aduocatum conclusum fuit. ¶ Et vltra adducta per eum animaduertendum in primis est, quoniaȝ iuridice dici potest, ꝙ domi. Magdalena domum, ꝛ predium precipua habere debet vti bona propria, ꝛ vltra etiam petere possit pro suis dotibus florenos ducentos. Et hoc clare videtur
5 probari, † qꝛ cuȝ ꝑ illa dote ꝓmiserit florenos ducentos, ꝛ postea reperiatur, ꝙ soluerit florenos vnum ꝛ triginta, pro residuo ducentorum, ꝛ ita Blasius maritus eos pro dicto residuo acceperit, iuridica sequitur consequentia, ꝙ reliqui. clxix. floreni dicuntur, seu presumuntur soluti non dico de bonis, sed similiter in pecunia numerata, prout debebātur, ꝛ prout residuum solutum fuit, per nota. in dicta. l. si ex pluribus. ff. de solutio. ꝛ in dicta. l. secunda. C. de heredib. insti
6 tuen. cum alijs. ꝯ. allegatis. ¶ † Quo sic posito dico, ꝙ domus, ꝛ predium, dicentur vltra dotem marito tradita, vt sic paraphrenalia dicantur, ꝛ nō in dotem data, iuxta. l. si ego. §. dotis. ff. de iu. dot. d. l. fina. C. de pac. ꝯuen. ꝛ tradit Corne. in consi. cccvj. incipien. opportunum. v. colum. iij. volumi. ¶ Et hoc eo maxime dicendum videtur, quia in traditione dictorum bonorum, nulla fuit habita consideratio precij eorum, nec etiam fuit facta mentio dotis, vt sic pro dote dicerentur tradita, sed simpliciter vti bona do. Magdalene fuerunt tradita dicto Blasio, ꝛ per consequens proprie videntur bona paraphrenalia, ꝛ ideo videtur, ꝙ illa precipua habere, ꝛ petere possit vltra dotem florenorum ducen
7 torum. ¶ † Nec huic conclusioni ob. decis. patrui mei Soci. in dicto consilio. lxix. quoniam ibi expresse in assignatione illius predij fuit dictum, ꝙ pro dote assignabatur.
¶ Hanc conclusionem affirmarem, si do. Magdalena dotem totam in quantitate solutam assereret, hoc ad onus cōscientie sue relinquendo, sed quia an ipsa ita affirmet, ignoro. Ad alia descendam. ¶ Posito ergo (absqȝ tamen veritatis preiudicio) ꝙ bona predicta soluta, ꝛ tradita fuerint ex causa dotis, adhuc concludi debet, ea realiter, ꝛ prout sunt, peti posse. Et considerandum est in primis, quod arbitri illi, Laurentius, ꝛ Marcus fuerunt electi non solum ad declarandum, in quibus bonis dos est soluenda Sed in quibus modis, ꝛ formis, hoc est quibus pactis, ꝛ conuentionibus, prout verba instrumenti exprimunt, ibi formis mo
8 dis, ꝛ temporibus. † Nam ista verba important pacta, leges, ꝛ conuentionem, quibus solutio dotis modificari, qualificari, ꝛ formari potest, vt de se patet, ꝛ sentit Alexander in consilio septuagesimo nono, eleganter, ꝛ subtiliter. versiculo circa tertium. quinto volumine. ¶ Ex quo infertur, quod ipsi arbitri poterant, ꝛ debebant declarare, etiam

ꝙ vellent

ꝙ vellent bona ista dari estimata, an talis estimatio faceret
emptionem, ⁊ sic in casu restitutionis dotis, an eadem bo-
na deberēt restitui. ¶ Et lꝫ ipsi nihil declarauerint, aut fue
runt arbitrati, ⁊ alias soleat ex tali defectu actus annulla-
ri. vt. l. fina. C. de contrahenda emptione. ⁊. l. si merces. in
principio. ff. locati. tamen in casu isto ex dotis priuilegio ac
tus non dicitur nullus, ⁊ debet recurri ad arbitriuꝫ boni vi
ri. iuxta. l. iij. C. de dotis promissione. ⁊. l. cum post. §. ge-
ner. ff. de iure dotium. ⁊ declarant doctores in dicta. l. fina.
maxime Saly. ibi in. iiij. oppositio. vnde potest a iudice pe
ti, vt a bono viro, ꝙ in hoc officium suū impartiatur, ⁊ de-
10 claret, quibus pactis dos danda fuisset, † bonus enim vir
dr̄ iudex, vt inqt glo. in. c. potuit. de loca. in verbo celeri. in
fi. ⁊ Bar. in. l. societatem. §. arbitroꝝ. ff. pro soc. i. colū. vbi
multa iura allegat. Et non est dubitandum debere declara
ri ꝙ talia bona sic tacite estimata ita dicantur in doteꝫ tra
dita fuisse, vt postea pro eadem estimatione eadem sint re
stituenda, attento maxime ꝙ Blasius non erat soluendo,
⁊ ꝙ estimatio non erat ꝯdigna rebus ipsis ſm qđ statiꝫ ĩ.
deducam. ¶ Sed vlterius nunc ꝓcedendo, posito, ꝙ pre
dicta declaratio de iure fieri non debeat (absqꝫ tamen pre
iudicio veritatis) vel qđ de facto non fieret arbitrioꝛ tñ de
iure ⁊ equitati consonum esse bona predicta omnino resti-
tui debere etiaꝫ ꝙ tacite videantur tradita estimata pro. d.
florenis. clxix. ⁊ pro declaratione huius ꝯclusionis presup
11 pono, † ꝙ licet alias estimatio rei in dotem date inducat ta
citam emptionem, ⁊ operetur dotem solum in quantitate
per superius allegata, tamen istud ꝓcedit, nisi de contraria
voluntate partium appareat, vel expresse puta si ita actum
fuerit, de quo non est dubium, ⁊ est tex. in. l. si estimatis. vbi
bene. ff. solu. matrimonio. vel etiam tacite ex aliquibus con
iecturis, vt colligitur ex pluribus dictis Bald. ⁊ aliorum
in. l. ex conuentione. C. de pact. ⁊ in terminis signanter de-
clarat Aretinus in consilio octuagesimo quarto incip. Di
ligenter ponderatis. secunda columna. ⁊ egregius doctor
dominus Andreas barbatia in consilio decimo nono in-
cip. Clementissimum Deum. quarta columna.
¶ Hoc ita posito dico ex voluntate partium (saltem ve-
rosimiliter, ⁊ ex coniecturis) constare, quod si qua estimatio
aliquo modo facta presupponat̄, non dicat̄ fecisse emptio-
nem. Ita vt solum in quantitate consistat dos, ⁊ sola quan
12 titas sit restituenda. ¶ † Et primo pro hoc colligitur, ex
eo ꝙ dictus Blasius maritus dicte domine Magdalene
tempore date ⁊ consignate dotis non erat soluendo, vt cla
re deducitur per insignem aduocatuꝫ, ⁊ etiam in facto pro
batur in processu. vt mihi supponitur, naꝫ tunc propter ege
statem ipsius Blasij non potest estimatio rei in dotem da-
te operari tacitam venditionem. ita voluit Bald. in. l. ex
conuentione. C. de pactis. ⁊ in. l. interest. C. de vsu ⁊ habi-
tatio. ⁊ tradit Jason signanter in. §. actionum. colum. xv.
institu. de actio. cuꝫ alijs allegatis ad hoc per insignem ad
uocatum. Et ratio est, quia si maritus nihil habet in bonis
lex non potest breui manu tangere, ꝙ ille precium dederit
vxori pro re in dotem data, ⁊ postea illud precium pro do
te receperit, attento, ꝙ vere, ⁊ realiter tale precium, ⁊ rei
estimationem in bonis non habebat, vnde hoc considera-
to sumimus coniecturatam mentem partiuꝫ fuisse, ꝙ asser
ta estimatio non induxerit venditionem. Sed ad designan
dum interesse, vel ad aliud facta fuerit, ⁊ hanc opinionem
videtur etiam tenere Salyce. in dicta. l. interest. ⁊ Decius
13 in. l. traditionibus. C. de pact. ¶ † Nec tenendo hoc obst.
quod dicunt Bald. in dicta. l. ex conuentione. in tertia op
positione. ⁊ Jas. in dicta. l. traditionibus. in decima tertia
fallentia. de soluenda estimatione. Quia vltra dicta per in
signem aduocatum, potest dici, ꝙ illud procedit, quando
vir non est soluendo tempore soluti matrimonij, sed bene
fuit soluendo tempore tradite, ⁊ estimate rei. Nam cum
tunc ab initio fuerit inducta venditio per estimationem, si
vir ex post fiat non soluendo, datur rei peritio in subsidiū, ⁊
ideo nimirum si sufficit soluere rei estimationem, secus au-
tem est quando etiam ab initio tempore tradite, ⁊ estima-
te rei maritus fuit non soluendo, put est casus noster, quo-
niam tunc non sufficeret soluere estimationem. Ex quo ab
initio propter impeditam tacitam venditioneꝫ res dicitur
fuisse funditus dotalis, ⁊ illius dominiuꝫ statim mortuo vi
ro retransfertur in mulierem, vt. l. in rebus. C. de iure do-
tiuꝫ. ⁊ sic potest res talis vendicari recto, ⁊ proprio iure, ⁊
non in subsidium. Et ista sit prima coniectura, per quam di
cimus de voluntate partium fuisse, ꝙ dicta asserta tacita
estimatio non induxerit venditionem.
14 ¶ † Secundo idem colligitur, ⁊ fit alia coniectura, ex eo
ꝙ estimatio, que asseritur facta, non dicitur facta ab initio
tempore traditionis rerum, de quibus agitur. Ab initio
enim fuerunt simpliciter, ⁊ absqꝫ aliqua estimatione tradi-
te, ⁊ si qua estimatio presupponatur consideratur facta ex
post, quando scilicet fuerunt soluti floreni vnus ⁊ triginta
pro residuo ducentorum. ¶ Quo sic stante non creditur,
ꝙ partes voluerint per talem estimationem, presertim ita
tacitam, facere, ꝙ res, que iam inestimate tradite, erāt do
tales, desinant esse dotales, ⁊ dos in quantitate conuerta-
tur. Sed dicitur tunc estimatio fieri ad declarationem de-
teriorationis, ⁊ meliorationis, ita eleganter declarat Bal
dus in dicta. l. ex conuentione. vbi etiam idem tenent Sa-
lyce. Riminal. ⁊ Jas. ⁊ est cōmune dictum, vt per eos vide
ri potest. quod etiaꝫ voluit Areti. in dicto consilio. lxxxiiij.
⁊ Barba. in dicto consilio. xix. colum. fin. Immo vult Sa
15 ly. in dicta. l. ex conuentione. si recte pōderetur, † ꝙ nec vo
lentes partes in estimatione ex post facta tempore iaꝫ con
tracti matrimonij possent facere, quin fūdus remaneat do
16 talis. † Nam si vellent, ꝙ per estimationem expost super-
uenientem inducatur venditio sequeretur vel alienatio rei
dotalis, quod sine iusta causa non tolleratur, inter quas nō
reperitur talis estimatio. vt. l. prima. ⁊ per totum titulum.
17 ff. de fun. dota. † Vel restitutio dotis constante matrimo-
nio, quod similiter regulariter est prohibitū. vt. l. i. C. si dos
18 const. matrimo. † vel saltem nouatio ꝙ non debet presumi.
iuxta. l. fina. C. de noua. ⁊ dicunt Bald. ⁊ Salyc. ⁊ etiam
19 alij in locis preallegatis. ¶ † Nec etiam talis nouatio fa-
cta valeret, nisi fuisset vtilis ipsi mulieri. vt. l. ita constante.
ff. de iure dotium. Cum igitur in casu nostro bona ista ab
initio fuerint tradita inestimata, ⁊ per consequens dican-
tur effecta dotalia, non debet aliquid alterari per aliquam
assertam estimationem constante matrimonio, ⁊ expost ꝯ-
tingentem. ¶ Et hec est secunda coniectura ad dicenduꝫ,
20 vt supra. ¶ † Tertio, ꝙ predicta asserta estimatio non in-
duxerit tacitam venditioneꝫ, colligitur ⁊ manifeste ex alio,
quia precium, ⁊ quantitas qua dicuntur illa bona estima-
ta, videlicet floreni. clxix. non dicitur consona, ⁊ condigna
ipsis rebus, que tunc erant valoris, ⁊ estimationis floreno
rum ducentorum, ⁊ viginta in circa, vt in themate narra-
tur, ⁊ vt mihi asseritur, in processu probatur.
¶ Quo posito, dico, ꝙ per talem estimationem non indu
21 citur venditio, † quia non est verosimile quem velle vende
re rem minoris, ꝙ̄ valeat, ⁊ sic iactare suum. iuxta regu-
lam. l. cum de indebito. ff. de probationibus. ⁊ ita in termi
nis concludit Baldus in dicta. l. ex conuentione. allegat in
argumentum glos. in. l. prima. §. primo. ff. de superficie. in
verbo agendo. dum dicitur ibi, quod ex quantitate precij,
emptor a conductore dignoscitur. Idem voluit Salyce-
tus in dicta. l. ex conuentione. ⁊ sequuntur ibi Riminald.
Jaso. ⁊ alij communiter. ⁊ dicit Salycetus hoc probari,
ex quadam concordia, ⁊ solutione duorum iurium. Pri-
ma facie repugnantium, videlicet. l. tertia. §. primo. ff. de cō
ditione ob causam. ⁊. l. si is C. si manumi. ita fuer. aliena.
22 † Nam si pecunia data pro seruo manumittendo corre-
spondet, ⁊ est condigna precio serui dicitur inducta vendi
tio, ⁊ succedit constitutio, qua post moram seruus liber fit.
vt dicta. l. si is. Secus si precio non sit condigna. vt dicto
§. primo. non enim inducitur tunc venditio, vt ibi dicitur.
Hanc eandem opinionem in proposito nostro sequitur
Aretinus in dicto consilio octuagesimo quarto. ⁊ An-
dreas barbatia in dicto consilio decimo nono. ⁊ hoc soluꝫ
fundamentum in casu nostro sufficeret ad victoriam. Et
ita alias vidi consultum, ⁊ obtentum.
¶ Et tunc ista estimatio vltra predicta potest dici facta ad
finem, vt minor gabella ex ista dote veniret soluenda, sicut
ego in ista nostra ciuitate Senaruꝫ vidi pluries obseruari.
¶ Concluditur ergo ex predictis nullam fuisse inductam

venditionez domus & predij, de quibus agitur, & per ꝯñs. ꝙ real'r, & ꝑut sunt, veniunt restituenda dicte dñe Magdalene vna cum florenis. xxxj. prout ipsa dederat posito nilles, ꝙ asserta estimatio facta dicatur, de quo plurimum dubitari posset. Sed non insisto, cum non sit necessariũ. Predicta. n. de iure apertissima sunt. Ex quibus clare constat, non obstante que supra in ꝯrium allegata fuerunt.

Socinus nepos Senis legens. 1523.

SVMMARIVM

¶ Legitimatio patre petente facta in ciuitate Senarum per Comitem imperialem, confirmata per ꝯsiliũ populi, an valeat: lz non sit facta agnatoꝝ mentio, & causa nõ sit inserta, & an opereẽ ad successionem alterius, q̃ pr̃is.

1 Imperator non potest legitimare in terris ecclesie, nec in alijs terris ei non subiectis, nisi accedat auctoritas consensus & decretum illius ciuitatis.
2 Prorogatio iurisdictionis de loco ad locũ, & de ꝑsona ad ꝑsonã i ltimatione nõ põt fieri, cũ sit õ reseruatis ꝑncipi.
3 Ciuitas Senaꝝ Imperatorẽ in supiorem nõ recognoscit.
4 Ius suum nemini detrahi debet.
5 Dispositio de re aliena consentiente domino valet.
6 Iuri suo quilibet renunciare potest.
7 Auctoritas expost interposita incontinenti per ciuitatez legitimationi facte per Imperatorez, aut eius Comitem palatinum in ciuitate sibi nõ subdita tantum operatur, quantum si in ipsa legitimatione fuisset interposita.
8 Iussus parentis in adeundo debet precedere, quia tractatur de acquisitione ei facienda.
Auctoritas autem tutoris potest interponi ex post, cum nihil ei veniat querendum.
9 Princeps in suis terris auctorizat ex post legitimationez per Comitem palatinum imperialem factam.
10 Legitimatio quando fit citandi non sunt agnati venientes ab intestato ẽm cõem opinionem.
11 Agnatoꝝ mentio an facienda sit in legitimatione, vt appareat patrem petentem filium ltimari, & ẽt ltimantem voluisse agnatis preiudicare, & nu. seq. ibi dicitur ꝙ nõ, & ĩ. nu. 15. vbi rationem assignat. & nu. 19.
13 Ltimatio quando fit, sufficit ꝙ pater, & legitimatus cõsentiant, quando non extant filij legitimi.
14 Sed si extant filij legitimi de eis est facienda mentio, & citandi sunt. & ĩ. nume. 18. & nume. 43. vbi dicit ꝙ tales legitimi debent consentire.
16 Dans aliquid vni videtur alijs denegasse.
17 Exheredatio filioꝝ est expresse facienda ꝑpter ius, quod dicitur eis quesitum in bonis patris, & eo viuente.
19 Ltimatio filioꝝ per legem conceditur, non in defectum succedentium ab intestato, sed in defectum aliorũ filiorum legitimorum, & eorum carentiam, & ĩ. nu. 28.
20 Ltimatio dr̃ h̃re causam insertam, quando in ea dr̃, ꝙ legitimandus est bone, & honeste vite, & ꝯuersationis &c.
21 Legitimatio quando fit ad instantiam patris de filio naturali non existentibus legitimis non requiritur expressio alicuius cause, & ĩ. nu. 26. et. 27.
22 Secus quando superesset proles legitima, qꝛ tunc requiritur cause cognitio, & eius expressio.
23 Legitimatio quando fit de spurio, que potius dicitur dispensatio, tunc requiritur expressio cause.
24 Causa aliqua nõ requiritur in eo, quod potest libere disponi vltra voluntatem disponentis.
25 Disponentis volũtas pro cã & rõne sufficit in his, q̃ sunt iuris positiui, cũ ea ꝓcedant ex libera voluntate supioris.
28 Declaratio ad. §. illud. in auc. quib. mod. natu. effic. sui.
29 Argumentum ab his, que sunt verisimilia, valet.
30 Ltimatio prius ltime facta, cuz eius ꝑfectionez, & ꝯsumationem receperit, non reuocaẽ, etiam quo ad effectũ per superuenientiam legitime sobolis, & est com. opi.
31 Ltimatus p rescriptũ ꝑncipis an sit ltimus, neduz p̃ri, sed ẽt fratribus, & alijs agnatis agnascaẽ, quo ad effectũ succedendi, & ĩ. nu. 34. vbi dĩ ꝙ sic, & est cõis opi. vt ibi late.
32 Legitimatus per rescriptum non querelat testamentũ fratris legitimi, turpi persona instituta.
33 Ltimatio, q̃ fit per oblationem curie dr̃ potentior ltimatione, que fit per rescriptum, vide tñ ĩ. nu. 37. et. 39.
35 Legitimatus admittitur ad successionem fratris legitimi, exclusa sorore legitima, mediante statuto excludente sororem a successione fratris legitimi, extãtibus fratribus masculis ex eodem patre.
36 Legitimatus factus agnatus alijs agnatis patris admittitur de iure cõmuni ad successionem sororis legitime, exclusis patruelibus, veluti remotioribus.
38 Legitimati nil a legitimis differunt, & in eis ius succedendi procedit, sicut ceteris ab intestato legitimis.
40 Legitimato per oblationem curie pater non potest plus relinquere, q̃ vni ex legitimis, cui minus relinquit, quod non est in legitimato per rescriptum.
41 Iura de intestatis loquentia etiam in pupillis procedunt, ẽm magis cõmunem opinionem.
42 Lex presumit, ꝙ hij, qui non habent velle perfectuz, velint id, quod a lege est ordinatum.

CONSILIVM CXLII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie. Uiso puncto cuz alijs scripturis cũ eo trãsmissis, visis etiaz duobus consilijs super eo redditis, & idem concludentibus, videlicet consilio primo loco reddito per excellẽtissimum iurisconsultum mihi vti patrem honorandum dominum Uincentium herculanum de Perusio, & alio secundo loco reddito per celebratissimum iurisconsultum dñm Philip. deci. nemini etate nostra secundum & mihi patrem honorandũ. Omnibusq; mature & diligenter pro tenui facultate nostra ꝯsideratis de subscriptione requisitus facillime, & euidenter in eorum sententiam, vti iuri, & rationi congruam condescendo. Et presens consultatio adeo subtiliter, & copiose per predictos patres, & viros excellentissimos absoluta, & discussa est, vt addere aliquid volenti locus minime relictus videatur. Preterea solez facibus quereret illustrare, qui ꝯclusioni per eos aperte demonstrate demonstrationẽ superaddere tentaret. Uex ne inconsiderate videar eoruz ꝯclusionem approbasse, ad mei ipsius & mentis mee declarationem paucula quedam subijciam. ¶ Concludo ergo ẽm eos legitimationem factaz de dicto Saluatore per Comitem palatinum, cui accessit consensus, auctoritas, & decretum ciuitatis Senaꝝ omnino firmam esse. Nec per natiuitatez Mariane filie patris legitimantis expost superuenientem in aliquo (etiam quo ad effectum) sublatam esse, & ita valuisse, & firmaz esse, vt ea mediante do. Saluator admittatur hodie ad successionem predicte Mariane eius sororis mortue in pupillari etate, exclusis prorsus alijs coniunctis in gradu remotioribus. In cuius cõclusionis probatione aliter non insistam, quoniam satis superq; per predictos consulentes probata extitit. ¶ Et si quis dicat, ꝙ legitimatio non valuit ex defectu potestatis legitimantis, cũ eius auctoritas proueniat ab Imperatore, qui in ciuitate Senarum, vbi facta fuit, non videtur habere iurisdictionem aliquam cum predicta ciuitas saltem de facto non recognoscat eum in superiorem, & per se ipsaz vtatur iure imperij & plenitudine potestatis, sumpto argumento ab eo,
1 † ꝙ nec in terris ecclesie Impator potest legitimare, vt inquit Bald. in. l. i. C. de iur. aureo. annu. ponit Corne. in cõsi. i. in littera, o. iij. volu. & plene supra per consulentes probatur, vnde sicut non põt in terris ecclesie, qꝛ non sunt subdite imperio, ita nec possit in ciuitate Senarum, que similiter ei non vr̃ subdita, qua argumentatione sepe cõsulendo vtebatur Abb. in ciuitatibus Tuscie, prout eum refert insignis doctor do. Salusti. Perusinus in quodam suo repertorio decisiuo in verbo legitimatio, relatus per prefatuz dominum Philip. deci. secundo loco cõsulentem in suis consilijs numero. lv. in. ij. colum. Cui non videtur, ꝙ obst. quedam solutio data supra per secundum consulentem, dum dicit, ꝙ in casu nostro talis defectus non ꝯsideratur, quia partes expresse ꝯsenserunt, vt. s. per eum in. vj. car. in prin.

¶ Quoniam

¶ Quoniam illud videtur valde dubium, cum tunc videatur fieri quedam prorogatio iurisdictio. respectu loci, & personarum mediante consensu partium. iuxta. l. i. & ibi per do
2 ctores, ff. de iudicijs. † que prorogatio in legitimatione nõ videtur fieri posse cum sit de reservatis principi, vt plene declarat idem secundus consultor in suo consilio. cl. super quo ad presens nihil determino. ¶ Rñdebitur hoc in proposito nostro nihil facere vt per vtrumq; consulentem plene supra responsum fuit. Et inter alias responsiones vna est, que omnem tollit difficultatem, quam ponit supra pri
3 mus consultor, videlicet, † quia dato q aliquo modo predicta ciuitas non dicat iurisdictionis imperialis, nec Imperatorem in superiorem recognoscat prout, verum videtur, licet sua Maiestate deuotissima, adhuc tamen legitimatio predicta valuit optimo iure, cum ei accesserit auctoritas, consensus, approbatio, & decretum populi illius ciuitatis, & sic principis, seu ab eo habentis auctoritatem, vt per eum supra sapienter deducitur. Ex quo res nostra in conspicuo ponitur. Nam si qua ratione poterat ex fundamẽto supra scripto dicta legitimatio dici inualida. Id erat ideo quia quis videbatur immittere falcem in messem alie
4 nam, quod iure non tolleratur † l. sicuti. §. aristo. vbi radũt doctores. ff. si seruitu. vend. c. primo. sexta questione tertia. & c. venerabilem. in principio. de electionibus. Nemini enim ius suum detrahi debet. vt in. §. sed & maior. institu. de his que sunt sui vel alieni iuris. cum similibus. Que ratio omnino cessat accedente predicte ciuitatis volunta
5 te, consensu, auctoritate, & decreto. † Dispositio etenim de re aliena facta domino consentiente omnino valet. l. mater tua. C. de rei vendi. fact. l. deceptio. C. de euic. & l. qui
6 dam. ff. eodem titulo. † quilibet enim potest iuri suo renunciare. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. cum similibus.
7 ¶ † Et cum iste consensus cõmunitatis Senarum interpositus fuerit per viam auctoritatis, licet expost fuerit dicta auctoritas interposita, incontinenti tamen tantum operatur, quantum si in ipsa legitimatione fuisset interposita. argumento. l. si quis mihi bona. §. iussum. & ibi notatorum.
8 ff. de acquirenda hereditate. dum dicitur, † q licet iussus parentis in adeundo debeat precedere, tamen auctoritas tutoris potest interponi etiam expost. traditur etiã per glossam, & alios. in. §. tutor. institu. de auctoritate tutorum. maxime attenta ratione Ioan. fab. in dicto. §. tutor. dicentis, q iussus debet precedere, cum tunc tractemus de acquisitione facienda patri, secus in auctoritate tutoris, cui nihil venit acquirendum, quam rationem posuit etiam dominus Alexander in dicto. §. iussum. & eam ibi sequuntur moderniores. Cum ergo communitati Senarum ex dicta legitimatione nihil sit querendum, potuit ei interponere auctoritatem etiam expost, & pro hoc adduco, quod voluit Andreas barbatia in consilio trigesimo quarto, co
9 lumna decimanona, secundo volumine. † vbi concludit, q dux Mediolani vti princeps in suis terris auctorizauit ex post quandam legitimationem de quodam infante factam a Comite Palatino. Et ex predictis circa istud primum obiectum est sublata penitus omnis difficultas.
¶ Nec secundo loco obst. si dicatur legitimationem fuisse surreptitiam cum in ea de agnatis ab intestato venienti
10 bus non fuerit facta mentio. † nam licet non sint citandi, nec eorum consensus requirat secundum Bartol. Paulum de castro, & alios in. l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthumis. que opinio communiter tenetur, vt inquit Alexander in consilio. clxxxviij. Perspectis verbis. tertia columna, quinto volumine. & Raphael cumanus in consilio nonagesimo octauo. Supposito tenore. columna fina. & supra per consulentes deducitur, quod etiam tenet Andreas barbatia in consilio quadragesimo nono. Scribitur sapientie. in principio, secundo volumine. Et Corneus consilio trigesimo quarto. In hac quidem. in littera. M. primo volumine. Et fuit determinatum per dictum Stephanum aufrerium in additione ad decisiones Tholosanas in questione. cccclvj. in fi. tamen de eis facienda est omnino mentio secundum Antonium de butrio in. c. per venerabilem. extra qui filij sint legitimi. & Paulum de castro consilio. ccxxij. Super eo de quo queritur. & supra per consulentem primum plene probatur. Et adde q idem tenet Andreas barbatia in consilio quadragesimo nono. Clementissimum Deum. in secunda columna,
11 quarto volumine. † Et hoc quidem videtur requiri secundos predictos, maxime Barba. in dicta secunda columna. vt ex eorum facta mentione appareat patrem petentem filium legitimari, ac etiam legitimantem voluisse agnatis,
12 & alijs successuris ab intestato preiudicare. † Quoniam respondetur illam opinionem in iure non esse veram, & communiter magis reprobatam prout declarat Paul. de castro ex mente Barto. in dicto. §. & quid si tantum. vbi etiam idem tenet Areti. in decima septima columna. versicu. & licet Antonius de butrio &c. idem etiam voluit dominus Federicus de senis in consilio quinquagesimo septimo. Et plene supra per consultores deductum fuit. ¶ Quibus adde, q idem voluisse videtur Abb. in dicto. c. per venerabi
13 lem. in prima columna. † dum dicit, q pater, quando petit suum filium legitimari non extantibus sibi filijs legitimis, sufficit tunc ipsum patrem & legitimatum consentire, si enim illud sufficit. Infertur, q de agnatis non est facienda mentio, & idem etiam expresse tenuit insignis doctor dominus Carolus ruinus in repetitione dicti. §. & quid si tantũ. columna septuagesima sexta, in principio. in versicu. quinimmo &c. vbi refert idem tenuisse Angelum in. §. si quis igitur. el primo. in aucten. quibus modis naturales efficiuntur sui, columna septima, qui licet in lectura mea hoc non ponat expresse videtur tamen illud sentire, quando simpliciter dicit, q comes potest ad petitionem patris legitima
14 re filium etiam extantibus legitimis, † sed tamẽ mens sua ibi est loqui de legitimis, scilicet filijs, quorum omnino facienda est mentio, vt statim subdit Rui. in preallegato lo
15 co. ¶ † Stat ergo firma conclusio q in legitimatione facta de filio naturali patre petente, prout est casus noster, nõ sit necessario facienda mentio agnatorum & aliorum alias ab intestato successurorum. Quoniam vt inquit Paul. de castro & alij, vbi supra, ex quo eis vere nullum ius quesitum est, & pater libere de bonis poterat disponere, sicut poterat eos spe succedendi priuare extraneum quempiam instituendo absq; eo, quod de illis aliqua mentio fieret. Ita poterit etiam legitimando filium eum sibi parare heredem, & sic illos priuare absq; aliqua mentione de eis facienda. Et ista ratio in proposito nostro tollit omnem difficultatem, si recte ponderetur.
¶ Nec predicte conclusioni obst. ratio, quam supra in contrarium allegabam, vt scilicet omnino mentio de eis fieri debeat, vt constet sibi esse preiudicatum. Quoniam licet consulentes hoc non tangant, respondetur q istud nihil facit, nam si loquimur de patre, dico, q constat, q eis voluit preiudicare, licet de illis mentionem non fecerit, eo ipso, q altrum sibi legitimum successorem ordinauit, sicut in simili dicimus eis voluisse preiudicare, & ius succedendi eis auferre, si alium instituisset heredem in testamẽto. Nam tunc oẽs ab intestato venientes dicuntur exclusi, licet de eis nul
16 la fuerit facta mentio, † & ratio esse potest, quia, qui aliquid vni dat, alijs denegasse videtur, argumen. l. cum pretor. ff.
17 de iudicijs. in principio, cum similibus. † Et quemadmodum hoc non procedit in filijs in materia testamenti, sed de illis expressa est facienda exheredatio. vt. l. inter cetera. ff. de liberis & posthumis. propter ius forte, quod eis dicitur quesitum in bonis patris, etiam eo viuente. iuxta. l. in suis. ff. de liberis & posthumis. ita etiam in materia legitimatio
18 nis hoc non procedit in filijs legitimis, † quoniam vt supra dixi de eis facienda est mentio, immo sunt citandi vt communiter concludunt doctor. in dicto. §. & quid si tantum. & in dicto capitulo per venerabilem. ponit Salycetus in dicta aucten. item si quis. C. de naturalibus liberis. & dominus Bartholomeus socinus doctor sua tempestate supremus & mihi patruus, imo pater & preceptor colendissimus in consilio. cxij. secunda columna. & Barbatia cõsilio quadragesimo nono, secunda columna, quarto volumine. Super hoc tamen non insto, quia in casu nostro tempore legitimationis non extabat legitima soboles.
¶ Si vero loquamur de ipso Comite, & adhuc dico, q dicitur Comes voluisse preiudicare venientibus ab inte

stato eo ipso, q̃ concedit patri legitimationem filij, ex quo ea mediante filius fuit patri legitimus successor, sumpta similiter ratione ex dicta.l.cum pretor.

¶ Et si dicatur, si de agnatis fuisset facta mentio, forte Comes non concessisset saltem tam de facili. Dico, q̃ hoc

19 non est verum, neq; credi debet, † quia iura concedunt legitimationem filiorum non in defectum succedentium ab intestato, sed in defectum aliorum filiorum legitimorum, & propter eorum carentiam, vt in.§.generaliter. in auctenti. quibus modis natura.efficiun. sui. & in.§.precedenti. & in dicto.§.si quis vero non habens filios legitimos.in aucte. quibus modis natura.efficiuntur legitimi. cum similibus. venientes autem ab intestato nunquam reperiuntur considerati. Et merito, quia pater respectu illorum habet liberam suorum bonorum dispositionem, vt iam dixi, alioquin diceremus, q̃ regulariter quasi nunquam concederetur legitimatio, cum raro dicatur, q̃ quis non habeat sibi ab intestato successurum, quod esset contra mentem Imperatoris in dictis titulis quibus modis efficiun. legi. & sui. & per totos. Unde dico, q̃ si Comiti millies diceretur, quod petenti filium legitimari extant tales & tales agnati, vel cognati ab intestato successuri, non propter hoc minus legitimationem concederet. Sicut enim iura eos non considerant, ita nec ipse considerare habet. ¶ Et ex his remanet omnino tuta conclusio, in principio facta ab isto secundo obiecto. ¶ Tertio similiter non obst. si quis diceret legitimationez esse nullam ex defectu insertionis cause, prout supra consideratur, & plene deducitur, quibus adde, q̃ idem voluit post multos, quos ipse refert Jas. in.l.filiusfamil.§. diui in secunda lectura primo notab. de legat. primo. & tangit Corne.consilio primo, secunda colum. tertio volumi. pro quibus est text. quem fere omnes allegant in dicto.c. per venerabilem. versi. diuersis causis inspectis &c. † Quo

20 niam respondetur, q̃ immo in nostra legitimatione causa dicitur inserta dum in ea dicitur condigna relatione. Intelleximus dictum Saluatorem esse bone, & honeste vite, & laudabilis conuersationis &c. que causa dicitur honestissima & laudabilis, prout etiam dixit primus consultor, & vltra eum dico, q̃ hoc in terminis videtur concludere Corne. in dicto consilio primo, septima columna, versicu. & insuper non potest dici &c. ¶ Ubi autem hec solutio cuipiam

21 pertinaci non satisfaciat, aliter & conclusiue respondet, † q̃ quando legitimatio fit ad instantiam patris de filio naturali non existentibus legitimis non requiritur expressio alicuius cause, iura enim de materia loquentia si causa necessario esset exprimenda, illud ponerent sicut de alia necessi

22 tate ponũt. ¶ † Et allegata in contrarium solum p̃cedũt, quando superesset legitima proles quo casu cum legitimatio non fiat ex iure regulari, & ordinaria potestate, vt plene tradit Alexan. consilio. lxvij. colum. penulti. primo volumi. debet, & merito fieri causa cognita & cum eius expressione, vt per Alexan. consilio. lx. quinta colum. secundo vo

23 lumi. Et supra per consulentes plene deducitur. † vt etiam procedunt quando fieret legitimatio de spurio, que potius dici debet dispensatio, & in isto casu loquuntur fere omnes in contrarium allega. vt supra tunc in legitimatione, seu potius dispẽsatione requirit̃ expressio cause. Ita voluit Pau. de castro in consilio. ccxix. Super puncto &c. iiij. colum. & ita proprie in spurio, loquit̃ Jas. in dicto.§.diui. & supra per consulentes sapienter deductuz fuit, ad quos me remitto. In casu ergo nostro vbi fuit proprie legitimatio, & de iure regulari, & potestate ordinaria fieri potuit. Si qui dicant

24 cause expressionem requiri, male loquuntur, † non enim requiritur aliqua causa, in eo quod potest libere disponi, vltra voluntatem disponentis. Argumento eius quod dici

25 tur, † q̃ in his que sunt iuris positiui cum ea procedant ex libera voluntate superioris, pro causa, & ratione sufficit voluntas disponentis. iuxta glosam notabilez, & ibi docto. in .l.prima.§.initiuz.ff.de postu. & est tex.in.§.sed & quod prin

26 cipi.institu.de iure natura.cuz similibus. † Et hanc opinionez in terminis nostris egregie firmat Alexan. consilio penultimo, colum. fin. quinto volumi. Perspectis verbis priuilegij &c. Et ita est de intentione Jaso. in dicto.§.diui. allegantis Alexan. vbi supra idez etiam voluit Corne. in dicto consilio primo, septima colum. tertio volumi. & idem in casu nostro voluit Franc.curt. in suo longo consilio. lxxiij. incip. Super memorata facti narratione &c. in. xxx. colum. versicu. quia aperte põt responderi &c. vbi inter alia expres

27 se firmat, † q̃.§.illud.in auct.quib.modis natu.effi.sui. qui causam in legitimatione non videtur requirere procedat, & intelligatur quando fit legitimatio filij naturalis, patre petente, & non existente legitima sobole, tunc eniz ipse fatetur q̃ cum talis legitimatio proprie ita dicatur, & fiat extraordinaria potestate, prout proprie est casus noster, non debet causa in ea exprimi, & istam opinionem arbitror in iure verissimam, prout etiam posuerunt supra ambo consulentes. ¶ Et vltra supra adducta multum me mouet, q̃ in hac legitimatione cuilibet sani capitis causa per se patere debet, & quidem causa a.l. considerata, scilicet carentia legitimo

28 rum filiorum † ob quam causam legitimatio dicitur principaliter concessa. vt in.§.si quis vero non habens filios. in aucten. quibus modis natu. effici. legiti. & in.§.si quis ergo filios non habet. in aucten. quibus modis natura. efficiun. sui. cum.§.sequen. ¶ Et licet ista causa non fuerit in legitimatione expressa ex hoc tamen non vitiatur legitimatio, quia vt supra dixi eo casu non requiritur expressio, & credi debet, & omnino est verosimile q̃ hanc causam, & dictus

29 Petrus pater, & Comes in mente semper habuerint, † valet enim argumentum ab his que sunt verosimilia.l.nõ est verosimile.ff.q̃ metus causa. & est glo.in.l.tale pactum.§. fina.ff.de pact. facit.l.qui concubinam.§.qui fundum.de legatis tertio. & l.iulianus.§.preterea.ff.de actione empti. cum similibus. ¶ Et si dicatur Comes hoc ignorabat. dico, q̃ eo posito si ignorans sobolem legitimam non extare concessit legitimationem fortius concessisset vbi illud certo sciuisset argumen. dictorum.§.§.si quis vero, & si quis. ergo &c. Et ex predictis sublata est totaliter omnis difficultas proueniens ex isto tertio obiecto &c.

¶ Non insistam super scda parte conclusionis.s.in prin.

30 firmate, † quoniam vt per consulentes deducitur. Uera & communis opinio illa est, q̃ per superuenientiam legitime sobolis legitimatio prius facta (cum eius perfectionem, & consumationem receperit) non reuocatur etiam quo ad effectum, vt tradunt Bartolus, Paulus de castro, Alexander, & Jason, atq; alij magis communiter in.l.ex facto. in principio.ff.de vulgari & pupillari. Ponit Salycetus in.l. si vnquam.C.de reuocanda donatione. & Alexander consilio. cxxxviij. prima columna, primo volumine. & idem voluit Abbas in dicto.c.per venerabilem. in sexta columna. Licet ergo expost dicto Petro del cesta nata fuerit Mariana filia legitima, & naturalis, non tamen ex eo fuit reuocata legitimatio prius facta de dicto Saluatore etiaz quo ad effectum succedendi. ¶ Nouissime circa tertiam partem conclusionis predicte dubitatio non parua consistere

31 primo aspectu videtur. † Nam legitimatio sui natura non videtur porrigere effectum suum, nisi quo ad patrem preces offerentem, non autem quo ad bona alioruz. ita inquit Barba. consilio vigesimo primo, columna decima quarta, primo volumine. referens ita tenuisse Petruz de ancharano consilio. ccccvj. sed inter impressa est. nume. ccccxxvij. incip. Circa primum quesitum. Idem videtur voluisse Sa

32 ly.in.l.fratres.C.de inofficio.testamen.dicens, † q̃ legitimatus per rescriptuz non querelat testamentum fratris legitimi, puta instituta turpi persona. & idez ipse voluit in aucten.item si quis.C.de natu.libe. hoc limitans nisi illi agnati legitimationi consenserint. Idem etiam voluit Jacobus de beluisio in corpore vnde sumitur.d.aucten.item si quis. prout eum refert & sequitur Barbat.consilio nono, tertia columna, quarto volumine.

33 ¶ Que opinio videtur comprobari, † nam legitimatio facta per oblationem curie dicitur potentior legitimatione, que fit per rescriptum, cum illa possit fieri ex iure regulari etiam existente legitima sobole. vt in.§.si quis igitur. el primo. auctentica quibus modis natural. efficiuntur sui. & nota. Salycetus in dicta aucten. item si quis. prima questione, quod non conceditur in legitimatione per rescriptum. Sed in legitimatione non succedit alijs, sed tantum patri. vt.§.filium vero. eodem titulo. que tamen est potentior, vt dixi,

vt dixi, ergo minus hoc erit dicendum in ista cum sit debilior aucte. multo magis. C. de episco. ⁊ cleri. ¶ Et maxime hoc videtur verum cum vt supra conclusum fuit agnatorum consensus in dicta legitimatione non requiratur, fuit enim totum illud negocium legitimationis inter alios gestum, ergo non debet quicquam operari circa agnatos, vt. C. res inter alios acta in rubrica, ⁊ per totum. ¶ Uerum tamen predictis minime obstantibus contrariam sententiam amplecti debemus, ⁊ per ꝯsequēs vera erit tertia

34 pars nostre principalis conclusionis. † Dico ergo ꝙ qui legitimatur etiam per rescriptū principis vel habentis ab eo auctoritatem, ita fit legitimus, vt nedū patri, sed etiam fratribus, ⁊ alijs agnatis agnascatur etiam quo ad effectum succedendi, hoc expresse probat text. in. §. sit igitur licentia patri. auctenti. quibus modis natu. efficiun. legiti. ⁊ in. §. illud. versiculo sit igitur licentia patri. in alio titulo dum in vtroq; text. dicitur nihil a legitimis differentes. si enim nō succederent alijs agnatis in eo a legitimis differrent, quod esset contra illa iura, ⁊ idem probatur in dictis titulis in multis. §. §. si quis recte intueatur, quod referre omitto, expressius tamen, q̄ alibi hoc probatur in. §. generaliter. in fine, in illo secundo titulo ibi, nam sicut in ceteris ab initio legitimis opp. etiam in eis fieri successiones ⁊c. Imperator etenim ideo ibi non vult tractare de successione ab intestato legitimorum, ⁊ legitimatorum intellige generaliter, scilicet tam actiue q̄ passiue, quia in eis, ⁊ circa eos par est ius, ⁊ idem dicendum est de legitimatis, quod de his, qui ab initio legitimi nati fuerūt. Et per istum textum omnino terminatur questio nostra. ¶ Et hanc opinionem tenuit Azo in summa. C. de natura. liber. ⁊ Bartolus in dicto. §. ⁊ quid si tantum. in generalitate verborum, ⁊ clare hoc voluit in. l. comitem. in principio. C. de natura. liber. ponens in hoc differentiam inter legitimatos per rescriptum, ⁊ per oblationem curie. Idem etiam voluit Pau. de castro in dicto. §. ⁊ quid si tantum. ⁊ in consilio. cccxxvij. tertia colum. ⁊ consuluit Angel. consilio decimo tertio. ⁊ Bald. in. l. nam ita diuus. ff. de adoptioni. Antonius de butrio. Abbas, ⁊ Prepositus in dicto. c. per venerabilē. ⁊ Alexan. in consilio secundo, qnta columna, primo volumine. ⁊ ista est cōmunis opinio, vt asserit, ⁊ sequitur Alexan. consilio. cxxxix. secunda columna, primo volumine. ⁊ plene supra per consulentes deductum fuit. ¶ Et idem vltra predictos voluit Barba. consilio. lxviij. in vltima dubitatione, in tertio argumēto in fin. quarto volumi. dicens ꝙ quando illegitimus legitimatur agnoscitur nedum patri, sed etiā omnibus eius agnatis, allegat ita tenuisse Py.

35 in tractatu successio. ab intestato. † ⁊ ideo concludit ibi prefatus doctor ꝙ frater legitimatus admittitur ad successionem fratris legitimi exclusa sorore legitima mediante statuto excludente sororem a successione fratris legitimi extātibus fratribus masculis ex eodem patre. ¶ Et sic bene

36 considerando determinatur ibi casus noster. † Nam iste Saluator per legitimationem factus agnatus alijs agnatis patris admittetur ad successionem sororis legitime exclusis prorsus patruelibus velut remotioribus, ita dictante regula iuris communis. vt in. §. reliquum. in aucten. de heredi. ab intestato. ¶ Et hanc opinionem (cum sit communis) omnino iudex amplecti debet per iura vulgaria. Quicquid in contrarium dixerunt doctores supra allegati, quia eorum opinio non est vera, ⁊ communiter reproba

37 ta est. vt est dictum. ¶ † Nec predicte opinioni obst. argumentum supra per me factum de legitimatione per oblationem curie. Quoniam de facili respondetur in ea illud procedere propter expressionem a. l. factam, vt in dicto. §. filium vero. ⁊ cum. l. illud expresserit solum ⁊ duntaxat, ⁊ specialiter in legitimatione per oblationem cur. omnino vult in alijs non procedere, sed ꝙ standum sit regule posi

38 te in iuribus preallegatis dicentibus, † ꝙ ltimati nihil a legitimis differant, ⁊ ꝙ in eis ius succedendi procedit sicut in ceteris ab intestato legitimis argumento. l. cum pretor. in principio. ff. de iudicijs. Si enim lex idem voluisset esse in legitimatione per rescriptum, vtiq; sciuisset dicere. l. vnica. §. sinautem ad deficientis. C. de caducis tollendis.

39 ¶ † Nec obstat ꝙ in aliquo legitimatio per oblationem curie sit potentior, vt supra dicebam. Quoniam respondetur in hoc non esse faciendam vim, nam in eo erit potentior, ⁊ in proposito nostro erit debilior. Siquidē ⁊ in alio

40 etiam dicitur debilior. † Nam pater legitimato per oblationem curie non poterit plus relinquere, q̄ vni ex legitimis, cui minus reliquit. vt in. §. quoniam. in aucten. in dicto secundo titulo. ⁊ ibi Ange. quod non est in legitimatione per rescriptum. vt pulchre declarat Areti. in dicto. §. ⁊ quid si tantum. columna decima nona. Non est ergo mirum si in proposito nostro talis legitimatio dicatur debilior, ⁊ sic non trahatur ad alios agnatos, licet secus sit in ea, que fit per rescriptum. Illa enim legitimatio per oblationem cur. licet quedam habeat communia cum alijs legitimationibus, tamen in multis procedit de iure speciali, prout in ea specialiter expressum reperitur, vnde sequitur, ꝙ in dictis casibus de ea ad alias legitimationes non procedit argumentum. iuxta. l. ius singulare. ff. de legibus.

¶ Nec etiam obstat, ꝙ agnatorum consensus in casu nostro non requiratur, quia hoc nihil ad propositū, non enī in casu isto tractamus de preiudicando illis agnatis, quia istum legitimatum illis fieri legitimū successorem non est eis in aliquo preiudiciale, cum vbi illi vellent possint in testamento alium heredem facere, ⁊ si non testantur videntur consentire legali dispositioni, ⁊ sic ꝙ iste legitimatus velut agnatus succedat, cum per. l. tanquam proximior ab intestato vocetur. vt. l. conficiuntur. in principio. ff. de iure codicillorum. ¶ Et si dicatur in casu nostro hoc dici non potest, cum illa Mariana pupilla non potuisset testamentum

41 condere. † Dico, ꝙ cum iura de intestatis loquentia procedant etiam in pupillis. Secundum magis communē opinionem Barto. Paul. de castro, ⁊ aliorum de qua per doctores maxime moderni plene traditur in. l. generaliter. in principio. C. de institu. ⁊ sub. quam pro nunc non intendo examinare. Erit idē dicendum in casu nostro, ⁊ ratio erit,

42 † quia de his, qui perfectū velle non habent, lex presumit ꝙ voluerint id quod a. l. ordinatum est.

¶ Preterea in casu nostro potest dici, ꝙ non interuenit consensus dicte Mariane, quia tunc temporis non erat

43 in rerum natura. † Nam si nata fuisset, legitimatio fieri nō potuisset nisi ea citata, ⁊ consentiente, vt ex supra dictis constare potest. Et ponit Antonius de butrio in dicto capitulo per venerabilem, prope finem. Petrus de ancharano in dicto consilio ducentesimo quadragesimo primo. Et posuit secūdus consultor in consilijs suis, numero octuagesimo quinto, quinta columna, cum multis similibus, de quibus per Alexandrum consilio vigesimo quinto, penultima columna, primo volumine. Cum ergo tunc domina Mariana non reperiretur, legitimatio omni iure valuit, ⁊ operata fuit suos effectus, ⁊ inter ceteros effectum agnationis etiam respectu agnatorum patris. Etiam per superuenientiam domine Mariane in aliquo non fuit viciata, vt supra dixi. Et sic sequitur perinde sit, ac si nata ipsa filia, legitimatio facta fuisset interuenientibus omnibus requisitis. Quo casu sine dubio ipsi Mariane posset succedere. Sic ergo dicendum est, ꝙ in casu nostro, ei succedat, ⁊ ex predictis omnibus sublata penitus omni difficultate remanet firma conclusio supra facta in principio in qualibet eius parte. Laus Deo.

Maria. Soci. iunior iuriscō. Pisis legens. 1517.

SUMMARIUM.

¶ De quadam conuentione inter fratres, ꝙ bona deueniant ad superstites an valeant.
¶ Et quando valeat donatio omnium bonorum.
¶ Et quando dicatur sublata libera testamenti factio.
¶ Et quid in talibus operetur iuramentum.

1 Pactum seu ꝯuentio an valeat inter fratres ⁊ eo℞ altero sine filijs decedente, alij superstites succedant, exceptis q̄busdam, de q̄bus disponere possint, ⁊ si dictū pactū de iure non valet, ꝙ de facto valeat, ⁊ si de iure ⁊ de facto nō vȝ, voluerunt ꝙ iure donationis valeat, ⁊ omne alio meliori mō ⁊c. ⁊ ꝙ extendat ad ꝯsiliū sapiētis, ita ꝙ de

iure valeat, cum iuramento de seruando oia &c. & i. in discursu, & nume. 12. vbi valet in vim donationis, & nume. sequentibus. maxime nu. 27. et. 31.
2 Pactũ de succedẽdo alicui viuẽti nullũ est, q2 est cõ bonos mores, cũ ex eo auferat libera testãdi facultas. & nu. 38.
3 Iuramentum contra bonos mores non obligat.
4 Testi factio non dr esse libera, qñ aliqd remanet testõri, de quo possit disponere, sed dr limitata. vide. i. nume. 39.
5 Testandi libera facultas non debet restringi.
6 Datio hereditatis per pactum non valet.
7 Pactũ & cõuẽtio nõ iueniť iter certos modos succedẽdi.
8 Pactum de dimidia hereditate non v3, l3 remaneat facultas disponendi de alia medietate, vide. i. nu. 42.
9 Donatio etiam particularis facta in penam reuocationis testamenti non valet, cum in illa auferatur libera testamenti factio, vide tamen. i. nu. 43. et. 44.
10 Laudum non v3, si non ad totum pr̃imonium, sed ad particularia bona referatur, q2 tunc etiam impeditur libera testamenti factio, vide tñ. i. nu. 25. vbi tenet cõtrarium.
11 Pactum & conuentio inter duos milites facta, vt superstes bonis predecedentis potiatur, licet valeat, tamẽ secus est inter alios iure cõmuni viuentes, vide. i. nu. 46.
13 Sapiens electus ad extendendũ cõuentionem & pactũ de succedendo ad inuicem eo modo, & forma qbus de iure valere possit, potest declarare vt dictum pactũ & cõuentio dicať facta per viam donationis inter viuos.
14 Testm̃ si est factum q debet extendi ad consilium sapientis, si in eo sunt relicta centum filie sapiens consultus poterit iure institutionis addere.
15 Consuetudo seruat, vt sapientis dicto stetur, in eo, quod dixerit instrumento esse addendum.
16 Coniecturis locus non est in re clara.
17 Clausula si non valet iure testamenti iure codicillorum valeat, si vt testamentum ex aliqua causa non valet, voluntas debet seruari tanq codicilli.
18 Disponẽtis enixa volũtas qñ cõstat q aliqd fiat, vt valeat si id qd fit, non põt valere, vt fit, valere d3, vt potest.
19 Iur̃m h3 potentiam, & vim precise voluntatis, & operať, q actus valeat omni meliori modo, quo valere potest.
20 Donatio omnium bonoꝝ presentiũ & futuroꝝ, l3 nõ valeat tñ si donãs aliqd sibi, puta vsũfructũ reseruauit, valet.
21 Donatio omnium bonorum simpliciter facta solũ presentia, & non futura comprehendit. & i. nu. 30.
22 Verbum hereditas capitur pro bonis, quando ponitur in actu inter viuos celebrato.
23 Copula aliquando expositiue stat, videlicet pro idest.
24 Sententia arbitratoris declarans q vno ex fratribus decedente sine liberis bona sua in superuiuentes deueniãt, excepta certa quantitate, est ser uanda.
25 Snia arbitratoris dr quedam cõuentio, & transactio inter ptes ex quo vigorem a facto & cõsensu partium sumit.
26 Argumentum de arbitramento ad partium expressam cõuentionem ex rationis identitate valet.
28 Successio non debetur nisi ex testamento, vel ab intestato.
29 Obligatio conditionalis non oritur priusq̃ conditio extiterit, qua extãte, fit retrotractio ad tempus contractus.
30 Cõuentio ad inuicẽ fcã de succedendo in bonis solũ trahiť ad bona, q̃ erãt cõuenientiũ tpe cõuentiõis, nõ ad futura.
31 Conuentio inter duos facta q vno sine filijs moriẽte alter succedat, facta tamen quadam reseruatione valet.
32 Pacta conuenta seruari debent.
33 Votum captande mortis tollitur, quando adest consensus eorum de quorum bonis agitur.
34 Item qñ cõuentio de succedendo alteri est vicissitudinaria.
35 Iuramentum validat actum, qui de se absq̃ iuramento nõ valeret, ideo seruari debet, quando sine dispendio salutis eterne seruari potest.
36 Iuramentum non dicitur contra bonos mores, nisi quando eius obseruatio nutrit peccatum, & ita vergit in dispendium salutis eterne.
37 Donatio omnium bonorum presentium & futurorum cum iuramento nil reseruato pro testamẽti factione an de iure canonico valeat.
40 Lex cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. loquitur quando quis constringeretur vnum magis q̃ alium heredem habere.
41 Heredem quando quis potest habere quem vult, licet ei, quicquid velit, relinquere non possit, sed habet restrictã potestatem, tñ dicitur habere liberã testamẽti factionẽ.
44 Donatio in penam reuocationis testamenti, valet quando ex ea non aufertur testamenti factio.
45 Donatio facta de oĩbus & singulis bonis legatis qbusdã fratribus testatoris, si contingat legantem decedere sine liberis & legata p̃dicta reuocare valet & seruari debet, cum per eam non auferatur libera testamenti factio.
46 Lex l3 inter priuatos. C. de pac. quomodo intelligatur.
47 Donatio ista de qua hic, cũ non sit mera donatio, sed promissio & obligatio ob honestã cãm, etiam si excederet summam duca. ccccc. non requireret insinuationem.

CONSILIUM CXLIII

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie.
1 † In facto proponitur q Ioãnes, & Franciscus, & Michael fratres conuenerũt, q si quis eoꝝ decederet sine liberis legitimis, & naturalibus, alij supstites succedant, & eius hereditatẽ, & bona habeant, exceptis. xxxv. ducatis, de quibus ita sine filijs decedens libere testari possit, vt latius in instrumento cõtinetur. In quo subditur, & casu quo assertum pactum, & conuentio de iure non valeat, voluerunt, q de facto omnino valeat, & casu quo nec de iure, nec de facto valeat, modo supradicto voluerunt. d. fratres, & expressa stipulatione conuenerunt, q valeat & exequi debeat sub nomine & titulo donationis, & omni alio meliori modo, via, iure, & causa, & forma, quibus melius, validius, & efficacius exequi, & valere possit. Et pro hoc dederunt licentiam notario, vt extenderet presentem conuentionem & pactum, ad sensũ, & consilium sapientis, ita & taliter q de iure valeat, & teneat non tantũ predicto modo, sed omni alio meliori modo &c. Et demum predicti fratres pro predictoꝝ omnium obseruantia obligauerunt se & sua bona presentia, & futura. Et sponte scripturis corporaliter tactis iurauerunt ad sancta Dei euangelia predicta omnia attendere, & obseruare, & eis non contrauenire, vt in instrumento apparet. ¶ Demum Ioãnes vnus ex dictis fratribus sine liberis decedens aliter disposuit, q̃ supra fuerit scriptũ, quia longe supra ducatos. xxxv. legauit. Queritur vtrũ valeat eius dispositio? Et tota difficultas prouenit ex eo, v trum, scilicet conuentio predicta de iure dicatur valida? Et certe primo aspectu dicendum videtur, q talis conuentio non va-
2 luerit. † Nam regula est, q pactũ de succedendo alicui viuenti nullum est, vt est casus. & ibi tradunt plene doctores in. l. fina. C. de pact. & hoc ex rationibus, de quibus ibi per eos. Et presertim, quia dicitur esse contra bonos mores cum ex eo auferatur libera testamenti factio. iuxta. l. stipulatio hoc modo concepta. cum materia. de verboꝝ obligatio. ff. ¶ Ex quo inferť q non videť obstare, q in casu pre-
3 posito fuerit appositum iuramentũ, † q2 non debet isto casu ligare cum sit contra bonos mores. vt in. c. non est obligatoriũ. de regu. iur. lib. vj. & ita in terminis notant doct. in. d. l. fina. & Bar. & alij in. l. pactum quod dotali. eodem
4 titulo. ¶ † Nec videtur obstare, q fuerit facta reseruatio testandi de ducatis. xxxv. q2 videtur posse respõderi. Primo, q ex eo non videtur concedi libera testamenti factio, sed potius limitata, & restricta, vt de se patet cum vigore pacti predicti vniuersum ius & hereditas debeat ad fratres pertinere, & decedens tantũ de illa minima summa dispo-
5 nere possit. † Et sic videtur libertas testandi constringi contra. l. cum duobus. alias li fratres. §. idem respondit societatem. ff. pro socio. ¶ Secundo, etiam dici potest, q quic-
6 quid reseruetur, † tamen datio hereditatis per pactũ non valet. vt. l. hereditas. C. de pactis conuen. cum similibus.
7 † Sunt enim certi modi succedendi, inter quos non reperitur pactum, & conuentio, vt egregie determinat Bartolus consilio ducentensimo duodecimo. incipien. Promit-
8 to tibi, & tu mihi &c. † Esto ergo q tale pactum esset de

dimidia parte hereditatis, non valet, licet remaneat facultas disponendi de alia dimidia, vt ibi per Barto, quem refert, et sequitur insignis iurisconsultus dominus Philippus decius mihi compater honorandus in consil. ccc. incipien. Visa petitione. secunda columna. ¶ Predictis accedit singularis decisio Roma. in consil. clxxj. incip. Pro
9 decisione. ij. colum. vbi vult † quod donatio etiam particularis facta in penam reconuentionis testamenti non valeat, cum et iam tunc in illa re particulari auferatur libera testamenti factio. Et ad hoc allegat plura iura, vt per eum, quod etiam videtur voluisse Ange. in consilio. lxvj. incipien. Visis. in
10 colum. fina. versiculo quinimo etc. † vbi concludit laudum, de quo ipse loquitur non valere etiam si non ad totum patrimonium, sed ad particularia quedam bona referretur. cum etiam tunc libera facultas testandi impediretur vt per ipsum. ¶ Comprobatur ista opinio per text. in. l. licet inter
11 priuatos. C. de pact. vbi videtur casus in terminis, † quod licet inter milites eorum fauore, et priuilegio conuentio inter duos habita, quod superstes bonis predecedentis potiatur valeat, tamen secus est inter alios iure cōmuni viuentes. et ita ibi notant omnes, et tradit Alex. in consil. xxviij. incip. Ponderatis verbis instrumenti. iij. volu. ij. col. et do. Philip. deci. in loco predicto. ¶ Hec sunt que prima consideratione me deducebant in istam opinionem. ¶ Sed tamē melius considerando predictis nō obstantibus contrariam partem veriorem de iure arbitror, secundum ea, que in presenti casu proponuntur more sceuole rñdendo. ¶ Et pro clariori intellectu primo presuppono in facto, quod volūtas predictorum fratrum predictam conuentionem ineuntium fuit, quod bona ipsorum mobilia, et imobilia, et cuiuslibet ipsorum excepta estimatione. xxxv. ducatorum aliquo illorum decedente sine liberis sint omnino superuiuentium, vt in serie instrumenti in pluribus locis constat, et hanc eorum voluntatem esse irreuocabilem voluerunt, vt similiter in pluribus partibus instrumēti apparet, et maxime in clausula illa, que oia et singula suprascripta dictus Joan. franciscus, et Michael fratres promiserunt, et quilibet eorum promisit perpetuo firma, rata et grata tenere, et contra ea non venire, sed inuiolabiliter obseruare, et similia verba, et etiam postea in clausula illa, pro quibus omnibus et singulis obseruandis etc. ¶ Secundo etiam in facto presuppono, quod predicti fratres predictam conuentionem inire voluerunt eo modo, et forma, quibus predicta eorum voluntas magis, et melius valere possit, et de iure teneret, vt constat in eodem instrumento, quando dicitur, quod ipsi (si modo predicto non valeat) voluerunt valere titulo donationis, et omni alio meliori modo, via, iure, causa, et forma, quibus melius etc. Idem etiam clare demonstratur ex illis verbis prope finem positis dum dicitur attendendum nihilominus ad sensum et consilium sapientis, ita vt de iure valeat, et non tantum supradicto modo, sed etiam omni alio meliori etc. Et ex istis sicut in facto declaratis infertur, quod ipsi voluerūt simpliciter de hereditate pacisci, seu eam per pactum inuicem dare, quoniam tunc eorum voluntas forte rata de iure non esset. vt. d. l. hereditas. C. de pac. conuen. et. d. l. fi. C. de pac. cum alijs supra allegatis. Quod
12 esset omnino contra eorum voluntatem, vt iam dixi. † Sed potius voluerunt bona sua sub predicta conditione ex causa donationis inter viuos irreuocabilis, inuicem donare cum reseruatione tamen supra dicta, quia tunc eorum conuentio iure valebit, per ea, que cōmuniter traduntur in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. et infra plene deducam, alias diceremus, quod ipsi contrahendo viam eligissent ad impugnanda eorum iudicia, quod non est dicendum per. l. si miles, qui destinauerat. ff. de milita. testa. et argu. l. quotiens, cum simi. ff. de verbo. obliga. ¶ Et vltra ista hoc expresse reperitur in dicto instrumento, in clausula illa, et casu quo, nec de iure etc. ibi, voluerunt valere sub nomine titulo
13 et pacto donationis. ¶ † Et omnibus predictis consideratis, attento, quod predicti fratres voluerunt predictam conuentionem, et extendi, et fieri ad consilium sapientis eo modo, et forma, quibus de iure valere possit, arbitror quod sapiens eligere possit, et debeat declarare, et facere predictam conuentionem extendi, vt dicatur facta per viam simplicis donationis iter viuos, iuxta ea, que voluit Jo. and. in addi. Specu. in titu. de emp. et vendi. §. i. versic. quid si in testō. et Jac. de are. vbi Bal. Ange. et Imo. in. l. illa institutio. ff. de he
14 re. instit. † volunt. n. ipsi, quod si in testō filie centum relinquantur, et in fine dicatur, quod testm̄ extendatur ad consilium sapientis, poterit sapiens consultus, et debebit addere. s. iure institutionis, quia ita est verosimile testatorem voluisse, vt testm̄ valeat argumē. d. l. si miles, qui destinauerat. et. d. l. quotiens. cum. l. quotiens. ff. de reb. dub. et ita ista opinio, quicquid dixerit ibi Barto. est communis, et magis equa, vt ibi per
15 Imol. † et expresse inquit Joan. andre. in loco predicto de consuetudine seruari, vt stetur dicto sapientis in eo quod dixerit instrumento esse addendum. Sic ergo in casu nostro erit, quia vt ista dictorum fratrum conuentio valeat, debet ad sensum sapientis extendi, vt dicatur facta per viam simplicis donationis, vt supra. ¶ Et eo fortius in casu nostro hoc dicendum est, quia expresse dicitur, quod ad consilium sapientis extendatur, et fiat, vt de iure valeat, non solum vt supra. sed omni alio meliori modo etc. cum in casu predictorum doctorum simpliciter dicatur, quod testamentum extendatur ad consilium sapientis, quod minus est, ergo etc. auctē. multo magis. C. de sacro sanc. eccle. Hoc tamen sit dictum ex abundanti, quia etiam, quod nulla fiat declaratio, vel extensio per sapientem, adhuc dicendum est conuentionem predictam valere in vim donationis, vt supra declarate, cum hoc repe
16 riatur in instrumento expressum, † et sic non est locus coniecturis, cum sumus in re, et verbis claris. vt. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obliga. et. l. ille, aut ille. §. cum in ver
17 bis. ff. de legatis tertio. † sicut in simili dicimus, quod si in testamento exprimitur quod si nō valeat iure testamenti valeat iure codicillorum, nulli dubium est, quod quando non potest ex aliqua causa valere, vt testamentum valeat eius voluntas, et seruari debeat tanquam codicilli. vt. l. i. et per totum de
18 iure codicil. ¶ Comprobatur ista opinio, † quia quando constat de enixa voluntate disponentis, quod aliquid fiat, et valeat, tunc si illud quod fit, nō potest valere vt fit, valere debet, vt potest, ita probat tex. l. codicillis. §. fina. et. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. tradunt plene docto. maxime moderni in. l. cum filio. in secunda parte. ff. de lega. primo. Sed in casu nostro de enixa voluntate fratrum predictorum apparet, quod bona eorum, et cuiusque eorum sub conditione, de qua supra oino sint fratrum supuiuentium irreuocabil'r cum reseruatione tn̄ supra dicta. ergo posito quod non valeat per viā pacti, de succedendo, debet valere, et dici facta eo modo, quo valere pōt, et per consequens per viam simplicis donationis. Enixa aūt volūtas satis clare probatur, ex serie totius instrumenti, et maxime ex clausulis supra consideratis. et vltra etiam
19 probatur ex iuramēto per. d. fratres prestito, † habet. n. iuramentum potentiam et vim precise voluntatis, et operatur vt actus valeat omni meliori modo, quo valere pōt, vt per illum tex. not. Bar. in. d. §. filius matrem. tradūt cano. in. c. cum contingat. de iureiuran. in. c. ex rescripto. eod. titu. et per Bar. et alios in. l. i. §. si quis ita. de verbo. obli. ¶ His sic deductis, et probato quod dicta conuentio intelligitur facta per viam simplicis donationis. Si tunc de iure valere potest. Superest hoc ipsum probare, scilicet quod ita facta de iure valeat. Et profecto satis clarum arbitror. Ut tamen clarius demonstretur. Primo hoc deducitur ex notabili doctri. Bar. cōmuniter approbata in. l. stipulatio hoc modo
20 concepta. ff. de verbo. obli. quatenus concludit, † quod licet alias simplex donatio omnium bonorum presentium, et futurorum nihilo reseruato non valeat, tamen si quid sibi donans reseruauerit, puta vsumfructum, vel quid aliud talis donatio valebit. Et hoc quia ratio, que primo casu donationem annullabat, (videlicet ne auferatur libera testamenti factio contra bonos mores) cessat, quando aliquid reseruatur, quia tunc de illo libere testabitur, cum ergo in casu nostro sit facta de summa ducatorum. xxxv. sequitur quod dispositio valere debet, quisque enim eorum de facili inueniet heredem, et sic nō dicetur oblata testamenti factio, iuxta dicta Barto. in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. versic. aut permittit bona, et declarat Corne. in consilio. cclij. incip. Primo videndum. ij. et. iij. columna. iij. volumi. ¶ † Immo dici potest,
21 quod ista donatio non censeatur facta nisi de bonis presentibus, et sic futura cuilibet remanebunt libera, vt de eis testari possit, de futuris enim in instrumento non fit mentio, sed

simpliciter de bonis, quo casu non veniunt futura, vt om-
nia hec voluit Barto. in dicta. l. stipulatio hoc modo con
cepta. versiculo aut dicit bona omnia ⁊c. Nec obst. ꝙ fiat
22 mentio hereditatis ibi dum dicit hereditatem ⁊ bona, † qꝛ
cum ex predictis constet eos voluisse inter viuos donare
verbum hereditatem capietur pro bonis, iuxta doctrinam
Barto. in. l. fina. C. de pact. quam post alios sequitur ibi
Riminal. iiij. colum. idem voluit Barto. post glos. ibi in. l.
quesitum. §. penulti. de legatis primo. ⁊ sequitur Bald. ⁊
Paul. de cast. ⁊ tradit Ias. in. l. licet inter. C. de pac. iiij. co
23 lum. versicu. veritas est ⁊c. † Et sic copula ibi stabit pro ex-
positione idest, vt in. §. fina. institu. de vsu ⁊ habitatio. cum
24 similibus. ¶ Secundo probatur opinio ista, † quia si arbi
tratoris sententia declararetur inter duos puta fratres, ꝙ
vno ex illis sine liberis decedente bona sua deueniant in
superuiuentem excepta certa quantitate, talis sententia
omnino obseruanda est, vt singulariter, ⁊ recte voluit An
ge. in consilio quinto incip. Visis instrumentis. prima co-
lum. versicu. nec etiam dicat ⁊c. ⁊ clarius Alexan. in con-
silio. lix. incip. Viso themate. prima colum. v. volumi. re-
fert ⁊ sequitur Ias. in dicta. l. stipulatio hoc modo conce-
pta. vij. colum. versicu. primo deciditur. similiter dicendum
25 est in casu nostro predictam conuentionem valere, † cū sen
tentia arbitratoris dicatur quedam conuentio, ⁊ transa-
ctio inter partes, ex quo vigorem sumit a facto, ⁊ consen-
su partium vt traditur per illum text. in auc. si vero contige
26 rit. ⁊ in corpore vnde sumitur. C. de iudic. † ⁊ ita in propo
sito ex identitate rationis arguatur de arbitramento ad
partium expressam conuentionem, sicut ecōtra arguit An
ge. in dicto consilio quinto. ¶ Et ex his constat non obsta
re decisionem Ang. supra in contrarium allegatam in di-
cto consil. lxvj. quia non est vera per predicta, ⁊ est contra
ipsum met Ange. in dicto consil. v. ¶ Tertio facit singu-
laris decisio Oldra. in consil. suo. cxxxix. incip. Ad haben-
27 dam aliqualem notitiam. i. colum. † vbi vult, ꝙ si inter ali-
quos puta fratres fiat conuentio, ꝙ bona cuiusqꝫ eoꝝ de-
ueniant in superuiuentem, ꝙ talis ꝯuentio valet, ⁊ non dici
tur pactum de succedendo, sed potius donatio, vel promis
sio quedam statim valida, licet executionem expectet post
mortem. iuxta titulum. C. vt actio ab heredi. ⁊ contra here.
28 † nam cum successio deberi nō possit, nisi ex testamento, vel
ab intestato. vt. l. i. ff. de peti. heredi. ⁊. §. fina. insti. per quas
perso. nob. acquiri. in casu illo bona deberi dicuntur ex illa
conuentione, ⁊ obligatione inde orta, ⁊ sic nec ex testamen-
to, nec ab intestato, ⁊ hoc dicit procedere in effectu, siue cō-
uentio fuerit simplex, siue etiam sub conditione non existen
29 tium liberoꝝ, † nam licet si habeat illam conditionē non
prius oriatur obligatio qꝫ extiterit conditio, vt. l. cede-
re diem. ff. de verborum significa. tamen conditione existen
te fit retrotractio ad tempus contractus. ⁊. l. si filiusfamil.
ff. de verborum obligatio. ⁊. l. potior in pignore. secundo
responso. ff. qui potio. in pigno. habe. ⁊. l. necessario. §. i. ff.
30 de pericul. ⁊ cōmo. rei vend. † ⁊ subdit Oldra. ꝙ predicta
conuentio solum trahitur ad bona, que tunc erant conue-
nientium tempore conuentionis, ⁊ non ad futura. Ex quo
constat, ꝙ eis non est ablata libera testamenti factio, ⁊ per
consequens dicte conuentioni non obstant, que traduntur
in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. ⁊ hanc decisionē
post plerosqꝫ alios refert, ⁊ sequitur Ias. in dicta. l. stipula
tio hoc modo concepta. ix. colum. versicu. secūdo hoc pro-
uenit ex presenti contractu. ⁊ in. l. licet inter priuatos. C. de
pac. iiij. colum. versicu. secundo habes diligenter. ⁊ plura
allegando sequitur etiam Curt. iunior in consilio suo. i. co-
lum. vij. in fi. cum seq. Et si recte quis introspiciat ista deci-
sio ponit gladium ad radices in casu nostro. Naꝫ prout in
casu Oldra. fuit ēt in casu nr̄o facta donatio, seu promissio
post mortem exequenda in casum deficientium liberorum,
nec dicitur per eam sublata facultas testandi, vt supra de-
duxi. Igitur concludendum est, ꝙ de iure valeat, ⁊ idem
comperio determinatum per Ange. in. l. sancimus. versic.
sed hic videndum occurrit. C. de donatio. ⁊ per Salyce. in
. l. fina. C. de pact. colum. iij. versi. iuxta hoc quero ⁊c. lꝫ de
Oldra. mentionem non faciat. Allegat tamen Salycet.
Ioan. andre. in additio. Specu. titu. de instrumen. edic. §.
porro. versicu. si. qui illud consilium Oldra. pro notabili re
fert, ⁊ sequit̄ ꝓut dicit Ias. in locis preallegatis. ¶ Quar-
to faciunt plures decisiones, quas consulendo se dedisse
refert Ias. in dicta. l. stipulatio hoc modo cōcepta. colum.
viij. versiculo ego per istam doctrinam. ⁊ maxime tertia in
31 qua voluit † ꝙ conuentio inter duos facta ꝙ si contingat
quem eorum sine filijs masculis decedere bona deueniant
ad alium superuiuentem, facta tamen quadam reseruatio
ne, valet ⁊ de iure seruanda est, vt per ipsum sic ergo ⁊ in ca
su nostro dici debet ⁊c. ¶ Quinto ꝙ in casu nr̄o talis con
uentio valeat, suadetur quia tendit ad conseruandam legi-
timam successionem ab intestato argumento. §. fina. instit.
de legit. agna. succes. ⁊ eorum que dicit Barto. in dicta. l.
fina. C. de pac. ⁊ ita in simili sententia arbitratoris conside
rat Alexā. in dicto consilio. lix. versicu. sed his non obstan-
32 tibus. ¶ Sexto etiam facit, † quia cum agamus de pacto
hominum succedit vulgata regula, ꝙ pacta seruari debent
. l. i. in princ. ff. de pact. in. l. prima. in princ. ff. de constitu. pe
cu. c. primo. ⁊. c. qualiter. de pact. vnde dixit pretor pacta
conuenta seruabo. l. iurisgentium §. pretor ait. ff. de pactis.
¶ Nec dicatur ꝙ ista conuentio sit contra bonos mores,
quoniam hoc expresse negatur, nam in primis non aufert li
33 beram testamenti factionem. vt supra plene dictum est. † se
cundo non inducitur suspicio voti captande mortis, cum
adsit consensus eorum, de quorum bonis agitur quo casu
illa sinistra suspicio tollitur. vt dicta. l. fina. ⁊ ibi plene per
34 docto. C. de pac. † Item etiā quia dicta conuentio fuit vi-
cissitudinaria, quo casu etiam non consideratur ista sinistra
suspicio desiderandi mortem alterius. vt inquit Ias. loco
preallegato. ix. colum. Cum ergo talis conuentio nō sit cō
tra bonos mores, videlicet contra leges, dicaꝫ eam seruan
dam per regulam preallegatam. ¶ Demum vbi occasio-
ne predictorum res non esset vsquequaqꝫ clara (licet apud
me sit apertissima) comprobatur cōclusio predicta per vin
culum iuramenti prestiti non in forma cōmuni, sed particu
lari habita ipsius consideratione, vt ex serie instrumenti ap
35 paret. † Nam regula est, ꝙ quando prestitum iuramentum
sine dispendio eterne salutis seruari potest, debet omnino
seruari, ⁊ validat actum etiam ꝙ de se absqꝫ iuramento
non valeret. vt in. c. quamuis. de pactis. libro sexto. ⁊. c. cuꝫ
contingat. de iureiurando. nulli autem dubium est obser-
uantiam predicte conuentionis non vergere in dispendiuꝫ
eterne salutis, immo potius econtra, quia eius in obseruan
tia illud facere videtur cum frangatur fides, etiam iurata
igitur dicamus ꝙ saltem vigore iuramenti cōuentio sit om
nino obseruanda. ¶ Et si dicatur, ꝙ sit contra bonos mo
res, ⁊ sic non obliget per. c. non est obligatorium. de regu-
lis iuris, in sexto. Respondetur vt supra, qꝛ illud est falsuꝫ.
36 Nam in aliquo bonis moribus non repugnat. ¶ † Et vl-
tra etiam dici potest, ꝙ nunqꝫ iure canonum (in tali mate-
ria obseruādo) dicitur aliquid contra bonos mores nisi cu
ius obseruatio nutrit peccatū, ⁊ ita vergit in dispendiuꝫ sa
lutis eterne, prout voluit Bal. in. l. pacta, que contra. C. de
pact. vbi etiam Paul. de cast. sequitur ⁊ idem Bald. post
Cy. in. l. si quis inquilinos. §. fina. ff. de lega. i. refert ⁊ sequi
tur Corne. in. d. consil. ccl. iij. colum. versi. ⁊ ista pars vide-
37 tur ⁊c. † vbi multum singulariter per hoc determinat dona
tionem omnium bonoꝝ presentium, ⁊ futuroꝝ ꝑꝑ vinculū
iuramenti valere nō obstantibus his, que dicunt̄ in. d. l. sti
pulatio hoc modo ꝯcepta, qꝛ licet videat̄ esse ꝯtra bonos
mores ciuili iure inspecto nō tn̄ dr̄ esse ꝯtra bonos mores,
inspecto iure canonuꝫ, cum non vergat in damnum salutis
vt per eum. ¶ Pro quo facit, qđ dixit Bal. in. l. pactum
¶ Baptista de sanctuccijs nobilis Urbinas.de anno domini.M.ccccLxiiij.emit a Petro, ⁊ Galeotto ꝺ corbulis suo, ⁊ fratrum nomine vendentibus quandam stationem ꝓ precio ducatorum ducentorum, ⁊ eodem die, ⁊ loco, ⁊ coram eisdem testibus idem baptista, emptor per se, ⁊ suos heredes promisit, ⁊ conuenit dicto Petro, ⁊ Galotto dictis nominibus stipulantibus, ⁊ recipientibus dictam stationē eis vendere, quandocunqꝫ ipsi restituent, ⁊ soluent ipsi Baptiste dictos ducatos ducentos, ⁊ tunc eis instrumentum exponere in forma de iure valida ⁊c. promittens ⁊c. iurās ⁊c. obligans ⁊c.

¶ Decessit dictus Baptista de anno. M.ccccLxxx. pluribus filijs, ⁊ heredibus relictis, quorum vnus, videlicet reuerendus dominus Petrus ludouicus possidet totā predictam stationem, ⁊ iam per multa tempora possedit.

¶ Dominus Franciscus de corbulis frater predictorum Petri, ⁊ Galeotti suo, ⁊ aliorum suorum de corbulis nomine, de anno. M.D.xvj.iudicialiter petijt a predicto domino

mino

mino Petro ludouico, quod sibi dicto nomine reuenderet dictam stationem offerens se paratum deponere dictos du centos ducatos, cui petitioni fuerunt multa opposita, vt ex processu constat, et inter cetera exceptio praescriptionis.

¶ In praedicta causa nõ fuit processum, nisi vsque ad capitulationem, et fuit postea dicta causa neglecta, et deserta.

¶ Ex parte dicti do. Petri ludouici fuerunt scripte littere ad domi. Franciscum actorem, quarum tenor vna cum toto processu tunc agitato, et copia contractus praedicti transmittit.

¶ Nunc dubitatur, nunquid si dicti de corbulis nouiter petant sibi dictam stationem reuendi, possit dictus domi. Petrus ludouicus se tueri exceptione praescriptionis a dicta petitione.

¶ Item (posito sine praeiudicio veritatis, quod defendi nõ possit) queritur de qua moneta debeant solui dicti ducati ducenti, cum a tempore contractus citra moneta dicatur multum deteriorata.

SVMMARIVM.

¶ De pacto de retrouendendo, quandocunque precium restituatur, an s. ei praescribatur longissimo tempore etiam per ipsum emptorem, et an contra praescriptionem .xl. annorum, detur restitutio in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur.

¶ Et de moneta, quod debeat considerari tempore contracte obligationis.

1 Amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas.
2 Veritatem occultans peccare dicitur.
3 Praescriptio an currat contra eum, qui aliquid faciendi facultatem habet, et j. nu. 37. vbi distinguit, et nu. 40.
4 Praescriptio omnis dicitur reiecta, quando emptor promittit quandocunque retrouẽdere promittit, et j. nu. 9. et. 13. vide tamen j. nu. 34. 35. et. 36. vbi contrarium tenet et late, et est cõmunis opinio, et vera, et nu. 51.
5 Verbum quandocunque est verbum vniformiter comprehensiuum omnium temporum, et idem est, ac si dicatur omni tempore, vide j. nu. 43. et. 45.
6 Praescriptio an possit currere, quando quis promittit perpetuo aliquid facere, vide j. nu. 56.
7 Infinitas tolleratur, quando verba disponentis ad infinitatem sunt apta, limita vt j. nu. 58.
8 Verbum quandocunque dicitur verbum ad infinitatem aptũ.
10 Iuramentum in promissione de retrouendendo appositum habet vim litis contestate, et actionẽ perpetuando impedit praescriptionem, vide j. nu. 62. vbi tenet contrarium.
11 Praescriptio ob malam fidem impeditur de iure canonico, limita vt j. nu. 64. et sic datur intellectus ad. c. fin. de praescript. et j. nu. 69. vsque. 73.
12 Ius canonicum in materia peccati etiam in foro seculari est seruandam.
14 Pactum contra praescriptionem licet non valeat, tamen ille qui tale pactum fecit, non praescribet propter eius malam fidem, cum per pactum a se factum de iure alieno sciat.
15 Mala fides emptoris et promissoris, sicut impedit ipsum praescribere, ita etiam impedit eius filios, et heredes.
16 Praescriptio actionum personalium, an impediatur propter malam fidem, cum tunc nil possideatur, quod possidens sciat esse alienem, et j. nu. 74.
17 Praescriptio in actione hipotecaria, an impediatur ob malam fidem possidentis rem ei hipotecatam.
18 Restitutio in integrum ex capite iuste, et probabilis ignorantie promissionis de reuendendo, an competat in ius alterius succedenti aduersus quãcunque praescriptionem, et nu. seq. et j. nu. 76. 77. et. 81.
19 Ignorantia in facto alieno tolerabilis est.
20 Restitutio in integrum, intra quadriennium a die lesionis peti debet.
21 Tempus quadriennij, quod datur ad petendam restitutionem in integrum, licet in cursu sit continuum tamen in sui initio est vtile, et sic non incipit currere ignoranti, sed tantum a die scientie.
22 Restitutio in integrum computato quadriennio a tempore scientie, semper competit iuste ignorantie, etiam si staret per centum annos.
23 Praescriptioni decurse renunciari potest.
24 Praescripta instantia pereunt omnia acta iudicij ordinatoria, quicquid postea sequatur, vide j. nu. 85.
25 Obligatus reuendere infra certum tempus, si termino elapso recipiat partem precij, dicitur iuri sibi ex lapsu temporis quesito renunciasse, et tenebitur reuẽdere, et nu. 86.
26 Praescriptio dicitur presidium impium, et propterea videtur esse contra naturalem rationem, vide j. nu. 89.
27 Arbiter qui secundum equitatem est arbitraturus, praescriptionem attendere debet, vide tamen j. nu. 91. vbi dicit quod hoc de iure non procedit.
28 Praescriptio cum sit de rigorositate iuris ciuilis, an clerici ea rigorositate non debeant posse vti, et j. nu. 87.
29 Clerici penam conuentionalem, que de rigore iuris ciuilis procedit, non debent petere, vide j. nu. 91. vbi declarat hoc, quomodo procedat.
30 Actio praescriptis, vel ex venditione oritur de promissione de retrouendendo.
Et quelibet harum actionum est personalis.
31 Actionis personalis proprium est, vt per eam actor intendat aduersarium ei dare, aut facere oportere.
32 Actionibus personalibus, spacio. xxx. annor. praescribitur.
33 Praescriptio interrumpitur per litem motam, si lis moueatur ante finitam praescriptionem.
34 Pacto et promissioni de retrouẽdendo, et actioni inde orte per. xxx. annor. cursum praescribitur.
Etiam si expresse inter partes actum sit, quod vsque in infinitum teneatur reuendere, et j. nu. 49.
36 Immo etiam per cursum decem annorum.
38 Iuri offerendi secũdo creditori competenti, spacio. xxx. annorum praescribitur.
39 Ius soluendi, et restituendi precium emptori, quod dicitur in effectu facultas seu ius redimendi, nascitur ex contractu, et dicitur sequela actionis orte ex dicto contractu, ideo tali iuri simul cum ipsa actione praescribitur.
41 Ius seu facultas aliquid faciendi, si cui per modum iuris competat, ei praescribitur.
Et similiter ius adeundi hereditatẽ, si cui competat ei praescribitur.
42 Iuri offerendi alicui per modum agendi competenti praescribitur, secus si per modum excipiendi.
44 Verba generalia debent intelligi secundum naturam actus, cui attribuuntur.
46 Verbum quandocunque limitatur vel restringitur, vel ad decem dies, vel ad annum, prout erat de natura actus, cui tribuitur.
47 Verbum quandocunque non tollit exceptionem praescriptionis.
48 Verbum in perpetuum restringitur per terminum a lege statutum.
50 Praescriptionem iure publico introductam, maxime longissimi temporis. xxx. vel. xl. ann. contrahentes tollere non possunt, nec ei renunciare, secundum cõmunem opi. et j. nu. 55.
52 Lex quod si nolit. §. si quid ita. ff. de edil. edic. hic tripliciter declaratur, et duobus nume. sequen.
53 Praescriptio extraordinaria facilius tollitur, quam ordinaria.
54 Praescriptioni inducte in defectum prouisionis hominis renunciari potest, quia non dicitur inducta in odium negligentis ius suum petere.
55 Praescriptioni inducte in odium negligentis expresse renunciari non potest per priuatos et j. nu. 57. et est cõis opin.
56 Praescriptioni per principem, vel per ciuitatem non recognoscentem superiorem renunciari potest.
59 Pacto de retrouendendo in contractu feneratitio apposito, et iuri dictum contractum annullandi, nunquam praescribitur.
60 Iuramentum simpliciter positum ad confirmationem contractus intelligitur, secundum naturam eius, nec quicquam vltra operatur, nisi quod contractum illum firmat, et roborat.
61 Principali sublato, tollitur etiam iuramentum.
63 Iuramentum, quando perpetuat actionem, et praescriptionem impedit, illud procedit respectu praescrip. xxx. ann. et breuioris temporis, sed non impedit praescriptio. xl. annorum.

65 Debitor quando non tenetur offerre, aut per se soluere debitum, sed creditoris interpellatio requiritur, debitor antequam interpelletur non potest dici in culpa, nec in mala fide, cum semper sit paratus soluere, quando requireretur.
66 Exempla non restringunt regulam.
67 Prescriptio libertatis non impeditur, si tu nõ vteris seruitute, licet ego sciam seruitutem tibi deberi.
68 Prescriptio currit ex solo non vsu.
70 Obligatus ad retrouendendum non potest dici in mala fide, antequam ei fiat oblatio precij, cum non appareat, an venditor redimere velit.
71 Prescriptio currit aduersus aliquem, quando aliquid acquirere et consequi pendet ab eius voluntate, qui potest illud velle, et etiam nolle, dum res est in dubio, et antequam declaret se velle, etiam quod ille qui prescribit omnia sciat.
72 Prescriptio hereditatis currit contra legatariũ, licet sciat legatũ ei deberi, donec declaret, an velit legatũ, et sic antequam id acceptet.
73 Iuri adeundi vel immiscendi, prescribitur per coheredem, scientem tale ius competere antequam constet an ille velit adire, et se immiscere.
75 Accessorium in dubio, vbi diuersa ratio non appareat, sequitur naturam sui principalis.
76 Restitutio in integrum, datur contra prescriptionem .xxx. annorum, secundum cõmunem opinionem.
77 Secus in prescriptione .xl. aduersus quam, secundum magis communem opinionem, non datur restitutio in integrũ, et assignat rõnem, et infra nu. 79. maxime quando non est probabilis lesio.
78 Restitutio in integrum, an competat ecclesie aduersus prescriptionem .xl. annorum, et infra nu. 80.
82 Non entis nulle sunt qualitates, nec accidentia.
83 Verba de futuro dispositionem non inducunt.
84 Renunciationes facte in compromisso habẽt conditionem, si sententia sequatur, qua non secuta, nullũ sortiuntur effectum.
88 Prescriptio ecclesie contra priuatum competit.
90 Declaratio ad §. habeat. in aucten. vt ecclesia romana.
93 Pene vti odiose debent minui.
94 Moneta si cursu temporis fiat deterior, debet attendi moneta, que currebat tempore promissionis et contractus, maxime quando deterioratio contingit respectu materie, vel lige.
95 Monete bonitas intrinseca quando variatur, vt quia fiat de minori et viliori liga, et sic minoris valeat, etiam quod fiat sub eodem pondere, et sub eadem forma, semper solutio de antiqua moneta fieri debet, que tempore obligationis contracte currebat, si reperiatur, si vero nõ reperiatur, poterit fieri solutio de noua moneta, ad extimationem tamen antique.
96 Solutio quod debeat fieri de pecunia currenti et vsuali, quomodo intelligatur, vbi tripliciter exponitur.
97 Lex semper loquitur.

CONSILIVM CXLV

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, et iustitie. Viso puncto, et alijs scripturis ad me trãsmissis in resolutione presentis consultationis sufistebam memor, quod iam sunt tres menses, vel circa super ea vidi responsum excellentissimi domini Franc. curt. qui iam mensis est, vite munus impleuit, in quo concludebatur domi. Petrum ludouicum non posse defendi a petitione istorum de Corbulis. ¶ Et licet tunc a Corbulis requisitus de comprobatione predicti responsi non placuerit illud facere, eo quod res dubia videretur, et in contrariam sententiam procliuior essem. Tamen requisitus nũc pro parte reuerendi Petri ludouici honestum ducebam abstinere propter auctoritatem excellentissimi Curtij, et ne tanto viro viderer aduersari. ¶ Verum enim vero, cum scriptum sit veritatem preomnibus habendam, † propter quod philosophus primo ethi. dicebat duobus existẽtibus amicis Socrate .s. et Platone sanctũ est prehonorare veritatem, que magis amica esse debet, † cumque etiam dicatur peccare veritatem occultans. c. quisquis. xj. q. iij. quia veritas cum non defenditur, opprimitur. c. error. lxxxiij. distin. vt ipsam veritatem (iuxta tamen tenue iudicium meum) non taceam, pro qua solũ scribitur cum summa modestia requirebatur, cum bona venia ipsius Curtij, quid in presenti casu sentiam esse verum, scribitur non dubitabo, ad correctionem tamen melius sentientis. ¶ Et capiendo primam dubitationem, vt ferro viam aperiam per contraria transeundo, iuxta. d. Bal. in. l. preci bus. viij. colum. C. de impu. et ali. substi. videtur prima fronte dominum predictum reuerend. do. Petrum ludouicum reum conuentum non posse defendi exceptione prescriptionis, et quidem ex pluribus. ¶ Primo quia quod isti de Corbulis redimere possint, fuit positum in eorum facultate, vt videntur sonare illa
3 verba, quandocunque ipsi restituent, et soluent et c. † quo stante sequitur, quod aduersus eos, et talem facultatem non debet dici prescriptum cum facultati aliquid faciendi nunquam prescribatur, vt. l. viam. et ibi declarat Bar. et alij sequuntur. ff. de via pu
4 bli. ¶ † Secundo quia etiam, sibi alias deberet carere prescriptio videtur in casu isto sublatũ remedium prescriptionis, quia emptor per se, et suos heredes promisit reuendere quandocunque et c. per quod verbum videtur reiecta omnis prescriptio, vt voluit Bal. in. l. i. ff. quib. mod. vsufr. amit. prout eum refert, et sequitur not. Ias. in. l. i. colum. x. in fi. versi. adde secus esse et c. ff. soluto matrimonio. ¶ Pro quo facit. l. quod si nolit. §. si quid ita. versicu. si vero conuenerit vt in perpetuum. ff. de edil. edic. per quem dicit ibi Ange. quod dicitur sublata prescriptio, quando quis promitteret per verba perpetuitatem im
5 portantia, † vt est ver. quandocunque. quod dicitur verbum vniformiter comprehensiuum omnium temporum, vt sic sit idem quolibet tempore, secundum quod declarat Bal. in. l. si quis ad declinandam. iij. colum. versi. restat dubium C. de epis. et cleri. ¶ Ad quod
6 etiam bene facit, † quia quando aliquis promittit perpetuo aliquid facere, nunquam dicitur posse prescribere, vt dicit patruus, et do. meus Soci. in consil. lxxxvj. in cã cõitatis castri montis nigri. col. pe. ver. scdo probatur. d. conclusio. vbi pro hoc alleg. Ang. et Imo. in. l. i. ff. de vsuc. vt per eum. sed isto casu propter ver. quandocunque. videtur facta promissio in perpetuũ ergo et c.
7 ¶ † Tertio facit, quoniam quando verba disponẽtis sunt apta ad infinitatem, tunc infinitas tolleratur, vt inquit Bar. per illum tex. in. l. si ita stipulatus a seio. ff. de fideius. et tradit Alexã. consi. cxlv. quoniam abunde. i. col. ver. sed hoc non obst. ij. volum.
8 † Sed verbum illud quandocunque dicitur aptum ad infinitatem,
9 vt ibidem inquit Alex. ergo et c. et in terminis nostris, † quod per verbum quandocunque. promissio de vendendo non prescribatur, voluit And. barb. in consi. lj. scripsit sapien. fons. x. col. versi. et maxime stantibus illis verbis pregnantibus et c. i. volu. ¶ Et pro eadem opin. asserit se consuluisse Ioã. crot. in. l. nemo potest. colum. xxxiij. ff. de legat. primo. et vt alias au
10 diui mouebatur ista tertia ratione. ¶ † Quarto prescriptio videtur impedita virtute iuramenti in promissione de reuendendo appositi, hoc enim iuramentum vim litis contestate, et actionem perpetuando impedit prescriptionem, vt per illum tex. inquit Bar. in. l. nam et postea. §. si is qui temporali. ff. de iureiur. et ibi per alios, tradit Ias. in. ij. nota. quod etiam dixit in addi. ad Porcum. in. §. sed aliquando. insti. de vsuca. in. vj. addi.
11 ¶ † Quinto quod exceptionẽ prescriptionis facit, quia ille Baptista sanctuccius, qui reuẽdere promisit, negari nõ potest, quin sciret se obligatum ad reuendendum istis de Corbulis, et ideo videtur quod ipse fuerit in mala fide, que omnino prescriptionem impedit. c. fi. de prescr. et ibi doc. et c. possessor. de reg. iur. lib. vj. Et cum hoc clare iure canonico dispona
12 tur, vt. d. iuribus, et similibus, † non est dubium tale ius in hac materia seruandum esse etiam in foro seculari, quicquid de iure ciuili disponatur, cũ simus in materia pacti. iuxta gl. et doc. in. d. c. possessor. cum concordantibus, vt scribit Alexan. in consi. lj. videretur pro decisione. iij. colum. v. volumi.
13 † et ita in terminis nostris, quod promittens reuẽdere, propter eius malam fidem, non possit prescribere, videtur firmare Fulgo. in consi. cxxiij. S. et. P. ciues. prima colum. Andr. barba. in. d. consi. lj. ix. col. versi. faciant ad predicta. et videtur etiam ita velle do. Fab. de monte, in tract. de emptione et venditione. in. iij. quest. vij. quest. principa. quod etia videtur de intentione Fely. in rub. de prescrip. col. pen. versi. postre
14 mo considera duo. dum dicit, † quod licet pactum contra prescriptionem, de quo ipse loquitur non valeat, tamen ille qui tale pactum fecit. non prescribet propter eius malam fidem, cum per pactum a se factum sciat de iure alieno, vt per eum, et in hoc si recte memini, plurimum se fundabat Cur. in suo consi. redi dito pro

15 dito pro istis de Corbulis. ¶ † Et quemadmodum mala fides predicti Baptiste emptoris, & promissoris, vt supra ipsuz prescribere impediuit, ita etiam videtur ꝙ eius filios in heredes impediat. iuxta. l. cum heres. cuz ibi traditis per docto. ff. de diuersis & tempo. prescrip. cum similibus. vt tradit Alexan. in dicto consilio. lj. iij. colum. v. volu. & in consi

16 lio. xj. Ex his que. ij. colum. vj. volumi. ¶ † Sexto posito ꝙ iuri, & actioni ad redimendum posset dici aliquo modo prescriptuz non obstante mala fide dicti Baptiste, quasi ꝙ mala fides non impediat prescriptionem actionum personaliũ cum tũc nihil possideat, ꝙ possidens sciat esse alienũ vt voluit Hosti. in sum. de prescri. rex imobi. §. que res prescribi poss. Et clare firmat Bart. in. l. sequitur. §. si viaz. ff. de vsuca. & alibi sepe, tamen videtur ꝙ remãserit hipothecaria pro obseruatione dicte promissionis etiã respectu ipsiusmet stationis, † nam cum dicto Baptista pro obseruan

17 tia obligauerit oĩa bona sua generaliter presentia & futura, & ꝯsequenter etiam dictã stationem predicte actioni hipothecarie cum sit realis, non videtur ꝙ sit prescriptuz, qr cum in ea requiratur rei hipothecate possessio mala fides possidentis debet omnino prescriptionez iuris realis impedire, ꝑut voluit Hosti. in loco preallegato. vt refert & sequitur Alex. in. d. consil. lj. iiij. col. versi. preterea dicit Hosti. & voluit hoc idem Fulgo. in. d. ꝯsil. cxxiij. ij. colum. versi. quid dixerunt &c. ¶ Septimo pro istis de Corbulis facit, & in hoc etiam pro parte eoꝝ sit precipuum fundamentum, naz posito millies, ꝙ iuri redimendi, & omni alteri actioni eẽt

18 prescriptum, † tamen videtur ꝙ aduersus talez prescriptionem possint isti de Corbulis in integruz restitui ex capite iuste ac probabilis ignorantie illius ꝑmissionis de retrouendendo quã potuerunt pretendere tanq̃ in ius alterius succedentes. l. qui in alterius locum. ff. de regul. iur. & c. cum

19 quis in ius. de regu. iur. lib. vj. † in facto enim alieno tollerabilis est ignorantia. l. fin. ff. pro suo. Nam stante tali ignorantia videtur ꝙ ex clausula illa generali, si qua mihi iusta causa videbitur &c. de qua in. l. prima. in fine. ff. ex quibus causis maio. sit concedenda in integrum restitutio aduersus quãcunqꝫ prescriptionez decursam etiã longissimi temporis, iuxta doctri. Barto. in. l. i. §. si quis autez. ff. de itine. actuqꝫ priua. cum concordantibus. quos ponit Roma, in consil. clxvj. Uiso diligenter. colum. penul. versi. vltimo videndum. & Alex. in consil. clxix. Uiso themate. colum. fin. versi. non obst. ꝙ aduersus. ij. volu. vbi sequendo hãc opinionem dicit, ꝙ est cõmunis, & idem etiam firmat in consil. cxvj. Prospectis ponderatisqꝫ. i. col. v. vol. & in vtroqꝫ loco loquitur etiam de prescriptione. xl. annorum. & videtur in hanc opinionem inclinare Fely. in. c. vigilanti. ij. colum. versi. & primo nisi decursa &c. & iiij. col. versi. caue etiã dum supra. de prescrip. post Abb. & Imo. per euz relatos.

20 ¶ † Nec huic fundamento videtur obstare si dicatur ꝙ ista restitutio in integrum debebat peti infra quadrienniuz a die lesionis. iuxta. l. fina. C. de tempo. in integrum restitu. & in. c. primo. de restitu. in integ. lib. vj. quod certe factum non fuit, cum post finitam prescriptionem pluries, & multiplicatum quadriennium decurserit. Quoniam respondetur, † ꝙ istud quadrienniuz, licet sit continuum in cursu, ta

21 men in sui initio, est vtile, & sic non incipit currere ignoranti, sed tantum inchoatur a die scientie, vt voluit Bald. in. l. licet. C. si ex fals. instrumen. & Cardi. in clemen. prima. xxv. questione. de restitu. in integrum tradit Alex. in consi. lxxj. Uidetur prima facie. colum. fina. versic. non obstat. & consil. cl. Uiso themate. ij. colum. versic. non obst. iij. volumi. & Deci. consil. ccciij. In casu occurrenti. iij. colum. versi. non

22 obst. ¶ Et dicunt predicti docto. † ꝙ si quis iuste ignorãs staret per centum annos, semper posset in integrum restitui computato quadriennio a tempore scientie. vt per eos, sed in casu isto isti de Corbulis sic in ius alterius succedentes fuerunt in probabili ignorantia, & nunc nouiter ceperunt scire ius eorum, & lesionem eis per prescriptionem illatam, ergo &c. ¶ Octauo, ꝙ prescriptio agentibus non obsta. probatur quia si qua decursa fuit, & si quod ius per eaz reo conuento esset quesitum, posito etiam ꝙ nulla sit concedenda restitutio in integrum, tamen non debet amplius effectum habere, quoniam reus conuentus videtur tali iuri renunciasse, & ita omnem prescriptionem remisisse, vt constat ex quibusdam litteris ab eo scriptis domino Francisco de Corbulis, quarum tenor est in processu regratiatus, in illis enim videtur prescriptionem, & ius eius remittere. Et

23 cum remissio ista ab initio valuisse videatur † cum decurse prescriptioni renunciari possit. vt voluit Bald. in auten. quas actiones. C. de sacro sanc. eccle. refert, & sequitur Fely. in dicta rubrica de prescrip. colum. v. versicu. fallit primo. non est curandum quid postea sequutuz fuerit circa di

24 ctas litteras argumento eius quod dicitur, † ꝙ prescripta instantia pereunt effectualiter omnia acta iudicij ordinatoria, quicquid postea sequatur. iuxta tradita in. l. ij. ff. iudicatum solui. Et scribit Alexan. in consil. lviij. Uisa petitione. versicu. ad que omissis. secundo volumi. ¶ Facit ad hanc renunciationem pulchra decisio Bald. in cõsil. mihi. cviij.

25 Iste qui promisit reuendere. libro quinto. Dum vult, † ꝙ obligatus reuendere infra certum tempus, si lapso termino recipiat partem precij dicitur iuri, sibi ex lapsu temporis quesito renunciasse & tenebitur reuendere. Cui in simili assi pulatur. quod dicit Roma. in consilio. xxvij. Uiso themate. ij. colum. versicu. quarto dubitatur. ¶ Nono & vltimo, videtur ex alio reum conuentum prescriptione iuuari non

26 posse, † nam prescriptio videtur impium presidium. vt in auten. vt in eccle. roma. §. habeat. colum. ij. & dixit Alexan. consil. lxxvij. Uiso processu. prima colum. versicu. secundo respondeo. vj. volu. & propterea videtur contra naturalem rationem, ꝑpter quod Angel. in. l. sequitur. §. si viam. ff. de

27 vsucap. dicit † ꝙ arbiter, qui ẽm equitatem est iudicaturus

28 non debet attendere prescriptionem, † procedere ergo vr̃ prescriptionis presidium de rigorositate iuris ciuilis qua rigorositate, & quo impio presidio clerici non debent posse

29 vti, † sicut in simili videmus ꝙ ea ratione clerici penaz conuentionalem petere prohibentur, vt post alios per eum relatos scribit patruus & dominus meus Socinus in consilio. ccliij. In causa domini Joannis. colum. fina. versicu. secunda ratio. sed iste reus ꝯuentus est clericus iam per multos annos. ergo non videtur audiendus si vult vti presidio prescriptionis. Hec sunt, que contra Reuerendum dominum Petrum ludouicum reum conuentum non paruam dubitationem primo aspectu facere videbantur, & propter que fortasse aut earum aliqua contra eum ab excellentissimo Curtio consultuz fuit. ¶ His tamen non obstantibus diligentius, rectiusqꝫ omnia considerando contrarium sentio esse de iure verius. vt. §. reus cõuentus omnino prescriptionis exceptione se tueri possit. ¶ Et pro demonstratio

30 ne veritatis huius conclusionis. † Presuppono, ꝙ ex promissione de retrouendendo de qua agit̃, orta fuit actio prescriptis verbis, vel ex vendito, vt est tex. apertus & ibi glos. & omnes notant in. l. secunda. C. de pact. inter emptorem & venditorem, & quelibet istarum actionum dicitur per

31 sonalis, vt est notissimum, & probatur, † quia per quamlibet earum ex contractu ortam actor intendet aduersarium ei dare, aut facere, oportere scilicet reuendere, & stationem restituere quod proprium est actionis personalis. vt institu ta de actionibus. §. primo. cum similibus. Et iste actiones, & ius agendi ad reuendendum ab initio competierunt cuz obligatio fuerit pura nullam habens diem, aut conditionem, vel de se patet, & declarat Ange. in consilio infra allegando. ¶ Hoc ita posito facio pro ista conclusione soli

32 dissimum, & clarissimum fundamentuz. † Nam actionibus personalibus prescribitur spacio triginta annorum. l. penul. C. de constituta pecunia. & l. sicut. C. de prescript. xxx. annorum. cum similibus allegatis in glo. in verbo constitu tionibus. institu. de perpetu. & tempo. actio. in principio. & hoc in iure est indubitatuz. Igitur de plano sequitur in proposito nostro, ꝙ actionibus predictis, & earuz cuilibet dicitur prescriptum per cursum nedum. xxx. annorum. sed. xl. & quinquaginta. & vltra qui lapsi sunt a tẽpore predicte promissionis de retrouendendo, fuit enim dicta promissio facta (vt in puncto narratur) de anno. M. cccclxiij. nunc autem labitur annus. M. D. xxxij.

33 ¶ † Et licet iaz de anno. M. D. xvj. fuisset super hoc mota lis, (vt in pũcto narratur) ꝑpter qð solet interrumpi prescriptio. Tñ illud procedit si fiat ante finitã prescriptionem

in casu autem isto erat finita per plures annos, quia vsque ad illum annum. 1516. nedum triginta et quadraginta annorum praescriptio erat perfecta, sed etiam quinquaginta, et vltra cum lapsi essent anni quinquagintaduo vel circa. et istam
34 opinionem in terminis nostris, videlicet, † quod pacto de retrouendendo, et actioni inde orte praescribatur per cursum triginta annorum, firmat audacter Bald. in consilio. ccciij. Ad euidentiam premittendum est. in fine, primo volumine. vbi dicit, quod praescriptio currit etiam quod expresse inter partes actum esset quod sine temporis praefinitione vsque in infinitum emptor teneatur retrouendere, vt per eum. Idem etiam multum aperte concludit, et firmat Angel. in consilio quinquagesimo quinto. Guilielmus, et Fraciscus. in principio.
35 volens, † quod promissioni de retrouendendo praescribatur spacio triginta annorum, etiam quod in promissione esset dictum quod promittit reuendere, quotienscunque precium solueretur etc. ¶ Eandem opinionem etiam multo fortius sentit Petr. de ancharano in consilio. cccxxxj. Visis diligenter actis. ij.
36 colum. versicu. tertio aduertendum. † vult enim ibi, quod promissioni de retrouendendo quandocunque precium offeratur etc. praescribatur spacio decem annorum, per rationem de qua per eum. Unde multo fortius idem dixissem de spacio triginta annorum. iuxta auctenti. multo magis. C. de sacro sanc. eccle. ¶ Hanc eandem opinionem approbat Felyn. in. c. cum accessissent mihi columna decima quarta, versicu. secundo declaratur. de constitu. vbi opinionem Ange. in dicto consilio quinquagesimo quinto. refert et sequitur vt. s. promissioni de reuendendo praescribatur silentio triginta annorum, vt per eum. ¶ Et licet etiam referat opinionem Petr. de anch. in dicto consil. cccxxxj. tamen super ea se non firmat, sed circa decisionem Ange. cum ea Felyn. simpliciter transit. Quam etiam refert, et sequitur in rubri. de praescrip. vj. colum. versicu. fallit quarto etc. ¶ Cum predictis (vt scilicet pacto de reuendendo praescribatur spacio triginta annorum) tenet etiam Jas. in. l. petens. iiij. colum. versicu. circa istam materiam. C. de pac. et in. l. iij. in vltimo notabi. C. de insti. et substi. sub condi. facta. referens in vtroque loco Ange. in dicto consilio. lv. et in. d. l. tertia. dicit, quod plures secundum opinionem Ange. consuluit. ¶ Cum eadem opinione transit etiam insignis doct. Claudi. de seisello in. d. l. petens. post princi. in versicu. in glo. prima. ibi, item intellige quando esset declaratio etc. allegans Ange. in dicto consilio. lv. ¶ Eandem opinionem apertissime sequitur, et defendit excellentissimus etate nostra, et compater meus do. Philip. decci. in. d. l. petens. ij. colum. versicu. item conclusio glo. vbi etiam idem tenet Jaco. de sancto Georgio in secunda colum. versicu. amplius dico vobis: referens et simpliciter approbans decisionem Ange. in dicto consilio. lv. quod etiam refertur, et sequitur Deci. predictus in consilio clxiij non fuisset. colum. fina. versi. venio ad aliud. Et ita se habet communis opinio, vt egregie tradit Joan. fran. balb. in suo vberrimo tractatu praescriptionum, in quarta parte, quinte partis principalis. iij. q. vbi hanc opinionem plene approbat, et defendit allegando omnes docto. predictos exceptis tribus vltimis, et in fi. subdit, quod ista opinio est verior, et communior, et quod omnino est tenenda in consulendo, et iudicando per vulgaria, et nouissime hanc opinionem tanquam communem saltem in iudicando dicunt tenendam esse nouissimi Bononiens. in repetitio. l. ij. C. de pac. inter empto. et vendito. in. iiij. q. que icipit in. xxj. colum. maxime in quarta conclusione, vbi etiam dicunt ita esse de intentione domini mei Soci. in consilio. lxiij. In causa vertente. iij. colum. i. volu. vt per eos. ¶ Et licet predicti moderni ibi disputando tenent tenere opinionem contrariam, tamen fatentur opinionem predictam communem esse, et in iudicando tenendam. Ego autem quicquid ipsi dicant, arbitror eam etiam de iure veram, vt ex predictis constat, et ex infra dicendis apparebit latius, in remotione, scilicet eorum que in contrarium allegata fuerunt, in quorum resolutione stat omnis difficultas, et ita secundum hanc communem opinionem vidi alias consultum per solemnes docto. et ego etiam aliquando consului, et vidi iudicari secundum illam, quam etiam vltra preallegatos in effectu videtur tenere Alexan. in consilio. xlvj. Circa praesentis. per totum. maxime in. iij. colum. versicu. quo ad secundum dubium lib. iij. Nam licet ibi in casu illo concludat non praescribi, mouetur tamen, quia contractus erat simulatus, item quia erat deceptio vltra dimidiam iusti precij, et etiam quia recte computando, et deducendo tempora deducenda non erat completa praescriptio. xxx. annorum. Quando predicta cessarent, prout in casu isto cessant, Alex. intendit ibi pacto de retrouendendo praescribi per. xxx. annos. ¶ Et igitur conclusio predicta verissima euidentius appareat ad allegata in contrarium sigillatim, et (ni fallor) iuridice respondetur, vt. j. ¶ Non obst. ergo primum dum di-
37 citur, quod facultati nunquam praescribitur, † quoniam respondetur primo quod argumentum procedit in simplici facultate non procedente ex aliqua actione, vt ire ad sanctum Jacobum, vel quid simile, et ex his terminis loquuntur Bar. et alij in. d. l. viam. ff. de via publica. ¶ Non autem procedit quando facultas procederet ex aliquo contractu, et ex actione inde orta, nam tunc sicut praescribitur actioni spacio. xxx. annorum. ita etiam in consequentiam praescribitur facultati aliquid faciendi, que esset sequela actionis, et proueniret ex con-
38 tractu, † prout est facultas, et ius offerendi competens secundo creditori. Nam ei praescribitur. vt. l. cum notissimi. §. sed cum illud. versicu. eodem iure. C. de praescrip. xxx. annorum. et ita declarat Bart. in. l. pignori. versi. et dic quandoque etc. ff. de vsucapio. quem communiter in hoc docto. sequuntur.
39 † Sed in proposito ista facultas, seu ius soluendi et restituendi precium emptori (quod in effectu dicitur facultas, seu ius redimendi) oritur ex contractu, et dicitur sequela actionis orte ex dicto contractu de qua in dicta. l. ij C. de pac. inter empto. et vendito. et supra dixi, ergo sequitur, quod huic facultati, seu iuri, offerendi, et redimendi simul cum ipsa actione praescribitur, ita in indiuiduo respondet Ange. in dicto consilio. lv. et sequuntur Fely. et nouissimi Bononien. in locis pre-
40 dictis. ¶ Vel etiam secundo respondetur, † quod argumentum procedit in his, que sunt mere facultatis in solo facto consistentis, non autem si quid competat per modum iuris.
41 † Nam si facultas aliquid faciendi per modum iuris, competat ei, praescribitur prout patet in facultate adeundi, nam ei praescribitur, vt. l. licet. et ibi per docto. C. de iure deliberandi. Et hoc ex eo, quia per modum iuri, seu quia ius quoddam dicitur, competit, vt ibi per docto. maxime Bald. Saly. et Moder. et ita scribit predictus Joan. franc. balb. in dicto tracta. praescrip. et in. d. quarta parte quinte partis principalis in. i. q. prope finem. Sed ista facultas offerendi precium, et redimendi in casu nostro dicitur competere per modum iuris, sed potius dicitur quoddam ius ex contractu proueniens ergo ei praescribi potuit. ¶ Posset etiam et tertio di-
42 ci, † quod indistincte iuri offerendi praescribi possit. prout videtur concludere Angel. are. post multos ab eo relatos in. §. actionum. mihi colum. xxvj. et. xxvij. institu. de actio. et dicit ita esse comunem opinionem Joan. fran. balb. vbi supra in. ij. q. Nisi tamen tale ius offerendi competat per modum exceptionis, vt per eum. Unde cum in casu isto ius offerendi competat per modum agendi, sequitur, quod ei praescribi potuit. Super quo multa dici possent, de quibus per Ange. areti. vbi supra non tamen curo super eo vlterius insistere, quia precedentes solutiones, maxime prima, tollunt omnem difficultatem. ¶ Ad secundum fundamentum respondetur
43 duobus modis. † Primo negando quod verbum illud quandocunque, in proposito nostro significet ita vt videatur per illud sublata omnis praescriptio, quoniam intelligi debet dummodo precium offerant, antequam sit praescriptum, et sic quandocunque, scilicet infra terminum a. l. statutum. videlicet. xxx. annorum. cum eis decursis actio personalis vltra non viuat, vt. d. l. penultima. C. de constituta pecunia. cum alijs supra allegatis, et ita in proposito dicit Angel. in dicto consilio quinquagesimo quinto. Et ita etiam declarant quasi omnes doct. pro ista parte allegati in locis de quibus supra. Maxime nouissimi Bonien. in dicta. l. et sic intelligentes illum
44 tex. in verbo quandocunque. ¶ Nec mirum, † nam semper verba etiam generalia debent intelligi et restringi secundum naturam actus cui attribuuntur. l. si vno. in principio. ff. locati. et in. l. si stipulatus. de vsuris. cum similibus. † Unde cum
45 verbum quandocunque in proposito sit adductum redemptioni faciende per actionem praescrip. verb. vel ex vendito scilicet

scilicet quod supra dixi debet intelligi, sm naturam illarum actionum, et sic infra. xxx. annos, cum tanto tempore tales actiones durent, et non vltra, et ad hoc optime facit, quod dixit Bald. in consilio. lxvij. Quia ex facto oritur ius. secun
46 da colum. versicu. nec obstat. tertio volumi. † dum vult quod verbum quandocunque. limitatur et restringitur in casu suo vel ad decem dies, vel ad annum prout erat de natura actus cui tribuebatur, sm varias opiniones, vt ibi per eum, sic igitur in casu isto restringitur ad triginta annos. ¶ Ad quod etiam bene facit. c. i. iuncta glosa in verbo quando
47 cunque. de feud. da. inuicem. l. commiss. † nam ibi verbum illud, quandocunque, non tollit exceptionem praescriptionis. et ita illam glosam nota. Joan. crot. in dicta. l. nemo potest. loco preallegato. ¶ Facit etiam. §. primo. instituta de perpetuis et tempori. actionum. ibi, aliquando tamen in perpetuum extenduntur. i. vsque ad finem ex constitutionibus introductum.
48 † sicut enim ibi verbum in perpetuum restringitur per terminum a. l. statutum, ita etiam in casu isto de verbo, quandocunque dicendum est secundum predicta. Et certe communis opinio supra firmata procedit in istis similibus, vel fortio
49 ribus terminis. † Nam omnes doctores allegati, pro ista communi opinione loquuntur, quando dictum erat quandocunque, vel quotienscunque. imo etiam fortius si dictum fuisset in perpetuum, vel vsque in infinitum. vt aliqui eorum dicunt maxime Bald. in dicto consilio. ccciij. Et Claudi. in dicta. l. petens. vnde cum in indiuiduo in terminis nostris, vel fortioribus habeamus communem opinionem ab ea non est aliquo modo recedendum per iura vulgaria.

¶ Secundo ad argumentum respondetur, posito, quod verba ex intentione contrahentium importarent veram perpetuitatem, et sic quod ex vi verborum dicerentur partes voluisse tollere praescriptionem. Nam dico, quod talis eorum con
50 uentio de iure seruanda non est, † quoniam contrahentes praescriptionem iure publico introductam, maxime longissimi temporis triginta, vel quadraginta annorum tollere non possunt, nec illi renunciare secundum opinionem Barto. magis communiter approbatam in. l. nemo potest. vndecima columna. versiculo quero statutum etc. ff. de legatis primo. Idem voluit Abb. post alios ab eo relatos in rubrica extra de prescrip. et ibi sequitur Fely. concludens sic pro regula communiter teneri, vt per eum ibi, secunda columna versicu. regulariter videtur tenendum. Et licet ibi ponat ad hanc regulam quasdam fallentias, tamen nulla est que casum nostrum respiciat. Remanet igitur casus iste sub regula, vt scilicet, voluntas contrahentium tendens ad tollendam exceptionem praescriptionis, non sit seruanda, vt per Felynum ibi. Et hanc solutionem in proposito tradunt quasi omnes doct. pro ista parte allegati. Maxime Bal.
51 Ange. Fely. Deci. et quidam alij vt per eos. ¶ † Et ex his constat non esse verum, quod dixit Jas. in dicta. l. prima, colum. x. ff. soluto matrimo. Nec mirum, illud enim dixit ex capite suo sine lege, vel ratione, et licet ibi alleget Bald. in. l. prima. ff. quibus mod. vsu. amit. tamen errauit in hoc Jas.
52 quia Bal. ibi non dicit illud in libro meo. ¶ † Non obst. d. l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de edil. edict. cum his, que ibi dixit Ang. Quoniam primo ad illum tex. responderi potest, quod verbum in perpetuum, intelligi debet, scilicet infra triginta annos, prout regulariter durant actiones personales, pro quo bene facit. d. §. i. institu. de perpetu. et tempor. actio. prout supra induxi, et ita ad illum text. respondent nouissimi Bononien. in dicta. l. secunda. ¶ Uel secundo re
53 spondetur, † quod ille tex. loquitur in quadam praescriptione extraordinaria. scz. lx. dierum, que facilius tollitur, quam ordinaria, de qua loquimur nos. Ita dicebat Bald. in. l. secunda. versicu. sed nunquid econtra. C. vt in possess. leg. ¶ Uel ter
54 tio dici potest, † quod ibi loquitur de praescriptione inducta in defectum prouisionis hominis, nam ei renunciari potest, quia non dicitur inducta in odium negligentis, ius suum petere, sed isto casu loquimur in praescriptione legali publico fauore inducta, et in odium negligentis, vt. d. l. fina. C. de anna. exceptio. traditur in. l. fina. C. de edic. diui adria. tollen. et supra tetigi cui renunciari non potest, vt est dictum, ita voluit in dicto. §. si quid. ita declarauit Bal. in. l. secunda. in tertia oppositione, in fine. C. de edili. actio. et in. l. penultima. secunda columna. versicu. quero nunquid valet statutum. C. de constituta pecunia. et dixit Ange. in dicto. §. si quid ita. refert, et sequitur Bartholo. veronen. alias cepol. in cautela. lxxv. cautela quod in contractum. et ita debet intelligi dictum Ange. in dicto. §. si quid ita. quod supra in con
55 trarium allegabatur, † vt scilicet non procedat in praescriptione inducta odio negligentis, illi enim (vt dixi) nec etiam expresse potest renunciari, vt ibi declarat ipsemet Angel. Ultra etiam quod ipse ibi non dicit simpliciter prout allegabatur, quod per verbum quandocunque, dicatur sublata praescriptio. Sed vult illud procedere, si quis promittat soluere ante praescriptionem, et postea etiam quandocunque etc. vt per eum. Qui modus esset multum similis cautele, quam tradit Barto. in dicta. l. nemo potest. et Bald. in dicta. l. secunda. C. vt in possessio. lega. et has duas vltimas solutiones ad dictam. §. si quid ita. (quarum vna potest dici declaratio alterius) posuit etiam Fely. in dicta rubrica de praescriptione. sexta columna. versicu. fallit quinto. vbi etiam ponit tres alias solutiones, quas breuitatis causa, et quia per eum videri possunt, omitto. ¶ Nec predictis obst. decisio
56 do. mei Soci. in dicto consilio octuagesimo sexto. † Quoniam respondetur, quod ipse loquitur quando verba importantia renunciationem praescriptionis proferuntur per principem. Et enim tunc nimirum si praescriptio dicitur sublata, cum per principem tolli possit. iuxta. l. praescriptio. C. de oper. pub. et ita reperio declarari in tertia subscriptione, que fit ad dictum consilium octuagesimum sextum. Immo idem Soc. meus in consilio. clxvj. In causa communitatis. quinta columna. versicu. secundo probatur dicta conclusio. (vbi repetitur ad verbum dictum consilium. lxxxvj. aliquo addito) hoc ipsum declarauit concludendo in casu suo sublatam esse praescriptionem per promissionem de aliquo perpetuo faciendo ex eo quia talis promissio per ciuitatem Senensem superiorem non recognoscentem, et sic per principem
57 facta fuit. † Sentiunt ergo tam ipse, quam ille docto. qui tertiam illam subscriptionem fecit ad consil. octuagesimum sextum quod talis promissio facta inter priuatos praescriptionem non tolleret. Ex quo ei secundum communem opinionem, renunciari non potest, vt iam dixi. ¶ Intelligendo tamen de ea praescriptione que odio negligentis dicitur inducta, vt declarat Barto. in. l. prima. ff. de vsucapio. cum quo est magis communis opinio, vt per Felynum in dicta rubrica de praescriptio. in loco preallegato, videlicet de praescriptione longissimi temporis triginta, vel quadraginta annorum de qua loquimur in casu nostro, et ita debet intelligi dictum Ange. et Imo. in dicta. l. prima. de vsucapio. Cum ipsi maxime Ange. dicant veritatem dicti sui patere ex predictis, hoc est ex distinctione de qua ibi per Bartol. Et licet Imol. in dicta. l. nemo potest. videatur tenere contrarium, tamen communis est opinio secundum distinctionem Bartol. in dicta. l. prima. vt per Fely. in preallegata rubrica. ¶ Ex predictis patet responsio ad tertium fundamentum factum in con
58 trarium, † quia illud procedere posset, nisi infinitas illa induceretur per modum a. l. reprobatum. Si enim vellemus quod in casu nostro per verbum quandocunque induceretur infinitas agendi, certe id esset per modum renunciationis praescriptionis odio negligentis inducte quod quidem per legem fieri prohibetur, vt dictum est. ¶ Nec ob. quod verba videantur apta ad infinitatem quo casu videtur toleranda infinitas secundum Barto. in dicta. l. si ita stipulatus a seio. ff. de fideiuss. Quoniam primo posset negari quod in casu nostro verba importent infinitatem ex intentione contrahentium cum mens eorum videatur, vt et teneatur quandocunque reuendere, dummodo, scilicet petatur infra tempus a. l. taxatum. sm quod dixi in prima solutione ad precedens fundamentum. ¶ Uel secundo dico, quod imo in casu isto non est toleranda infinitas cum simus in infinitate temporis, agatur de obligatione seruanda, et actor ius suum neglexerit. His enim concurrentibus omnino reijcitur infinitas prout magistraliter declarat Barto. in distinc. sua. l. qui bona. §. fina. ij. col. versicu. si loquimur de infinitate temporis. ff. de dam. infec. et ita etiam sentit Barto. in. l. si ita stipulatus. cum se remittat ad predictam distinctionem, et in hoc Barto. communiter approbatur. Secus forte esset in infinita

te numeri, in qua possent procedere allegata in contrariuz, vt per Barto. in d. l. fina. col. fina. versicu. aut loquimur. de infinitate numeri. vbi ita intelligit d. l. si ita stipulatus. vt per eum. & ita etiam procedit decisio Alexandri in dicto consilio. cxlv. in contrariuz allegato, prout ibi ipsemet declarat, qui in infinitate temporis, & sic in casu nostro sentit infinitatem non tollerari, cum videatur sequi distinctio. Bartoli, in dicto. §. finali. ¶ Et reiecta ista tertia ratione in cõtrarium allegata, apparet non esse attendendam auctoritatem Joan. crot. qui illa ratione mouebatur. ¶ Minus etiam in proposito obst. auctoritas Andre. barb. in allegato consil. lj. i. volu. S. in contrarium allegata. ¶ Quoniam (esto quod decisio sua ibi vera sit) respondetur, quod procedit specialiter odio feneranti, in casu enim illo fuerat contractus feneratitius, vt ipse in dicto consilio sepius dicit, & in eo semper se fundat, & maxime in dicta colum. x. versi. &
59 maxime. † quando enim cõtractus fuit feneratitius pacto de retrouendendo in eo apposito, & etiam iuri annullandi dictum contractum nunquam prescribitur, vt per Barba. in dicto consil. lj. & fuit dictum Bal. in consil. cccxxij. Utrum post. xxx. annos. i. volu. tradit hoc Deci. in d. l. petens. & Jo. franciscus balb. in dicto tractatu, in dicta. iij. q. in fine. ¶ Non obst. quartum argumentum fundatum in virtute iuramenti, quoniam primo responderi posset, quod imo in proposito iuramentum non ita operatur quicquid dixerint
60 Bar. & Jas. in cõtrarium allega. † quia iuramentum positum simpliciter ad confirmationem contractus (prout fuit in casu isto) intelligitur secundum naturam eius, nec quicquam vltra operatur nisi quod contractum illum firmat & roborat, iuxta doctr. Bar. in l. sed & si qs. §. quesitum. ff. si quis cautio, quem sequitur cõmunis opinio vt ibi per Jas. & tradit Corne. in consi. cclviij. Quoniam in hanc. col. iiij. versic. similiter ergo iuramentum. iiij. volumi. Et propterea dicit Bald. in consilio. clv. Uerba
61 dicunt. in fi. i. volu. † quod quando tollitur principale tollitur etiam iuramentum cum per illud nihil addatur. iuxta. l. fi.
62 .C. de non nume. pecu. cum simi. per eum allegatis, † vnde cum in casu isto promissio de reuendendo habeat in se hoc, vt nisi infra. xxx. annos. petatur reuendi, dicatur sublata prescriptione vt supra est conclusum, sequitur, quod similiter etiam iuramentum, & omnis virtus eius ex tali cursu temporis dicatur sublatum. Et in indiuiduo, quod non obstante iuramento tali promissioni prescribatur spacio. xxx. annorum. voluit Angel. in d. consil. lv. quem (etiam in hoc) sequitur Fely. in dicta rubrica de prescriptio. vj. colum. versic. fallit quarto. quod etiam dixit Jas. in d. l. iij. C. de institu. & substitu. sub conditio. fac. & sequitur etiam predictus domi. Franc. balb. in preallegata. iij. q°. Et potest dici, quod in hoc puncto propter auctoritatem predictorum cõmunis sit opinio, quod in proposito iuramentum non impediat prescriptionem. xxx. anno. ¶ Est bene verum, quod nouissimi Bononien. in d. l. ij. in d. iiij. q. in secunda conclusione istam opinionem non approbant propter doctr. Bar. in d. l. nam & postea. §. si is qui temporali. ff. de iureiuran. & alia de quibus per eos. ¶ Et ideo non insistendo aliter super ista prima solutio secundo
63 loco respondetur, † quod iuramentum si actionem perpetuat, & prescriptionem impedit, illud procedit solum respectu prescriptionis. xxx. annorum, & breuioris temporis, dicitur enim perpetuare actionem solum vsque ad. xl. annos. & sic (quicquid de alijs prescriptionibus dici debeat) nõ impedit prescriptionem. xl. annorum. iuxta doctri. Barto. in dicto. §. si is qui temporali. & ita etiam ibi concludunt Angel. & alij, vt per Jaso. ibi in secundo notabili tradit Albert. brun. in consilio. xxxviij. Uisis concessionibus. iiij. colum. versicu. fortificatur. & ita etiam concludunt nouissimi Bononiens. in dicta secunda conclusione loquentes in specie de iuramento apposito super promissione de reuendendo, sed in casu isto non solum. xl. anni decurrerunt, sed quinquaginta. & vltra merito sequitur, quod quacunque opin. ex predictis teneamus virtus iuramenti nihil operatur, nec est impedimento exceptioni prescriptionis per reum conuentum opposite.
¶ Quinto non obst. quod de mala fide emptoris dictum fuit,
64 quoniam primo pro responsione dici potest, † quod licet pro regula sit tenenda cõmunis illa opinio. s. quod etiam in actionibus personalibus cum mala fide, idest cum scientia obligationis non currat prescriptio inherendo semper dispositioni iuris canonici in hoc per allegata. S. in contrarium, Tamen talis regula fallere videtur, & ita cõmunis opinio videtur limitanda, quando. s. talis scientia non arguit culpam & malam voluntatem obligati. Nam tunc cessante eius mala voluntate, & culpa non videtur quod debitor sit in peccato in quo videtur fundari tex. in d. c. fi. de prescrip. & sic cessante fundamento & ratione illius tex. videtur quod cesset etiam dispositio eius, & similium iurium. c. cum cessante. de appella. & l. adi
65 gere. §. quis. ff. de iure patro. cum simi. † Et sit exemplum quando debitor non tenetur offerre, aut per se soluere debitum, sed requiritur creditoris interpellatio. Nam tunc antequam interpelletur debitor nõ potest dici in culpa, nec in mala voluntate cum semper sit paratus soluere, quando requiretur. Et ita omnino videtur carere peccato, & consequenter videtur quod nõ possit dici in mala fide, ita in terminis declarat Abb. in. c. quod clericis. colum. penulti. versicu. & pro concordia harum opinio. de foro competen. & plenius in dicto. c. fina. colum. quarta. versicu. ego in. c. quod clericis. & colum. v. versicu. & hec confirmant. cum versicu. sequen. de prescrip. hoc etiam voluit domi. Joan. bapti. caccialup. in repe. l. omnes populi. colum. mihi. xxiiij. versicu. tertio quando ipse. & in versicu. quarto & c. ff. de iusti. & iure. ¶ Et licet ipse in dicto versicu. quarto non ponat exemplum predictum, sed quando quis ignorabat se debitorem, tamen in dicto suo loquitur generaliter, quando. s. in debitore non consideratur culpa, vel peccatum que generalitas pro
66 pter illud exemplum non restringitur. † Exempla enim (vt dici solet) non restringunt regulam. l. regula. §. fina. ff. de iuris & facti ignoran. l. damni infecti. in fine. ff. de damno infecto. la secunda. & in. c. primo. extra ne clerici vel monaci. cum similibus. & in dicto versicu. tertio quando ipse & c. loquitur etiam de sciente, si recte aduertatur, & reperio, quod secundum hanc opinionem consuluit Corne. in consilio. cclxxvij. Ad euidentiam huius. ij. colum. versicu. his minime refragantibus. quarto volumi. Dicens, quod semper ista opinio sibi placuit in tali casu, & similibus, quando scilicet peccatum, aut culpa debitori imputari non potest, & in talibus casibus dicit procedere opinionem Barto. in. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. & aliorum qui cum eo tenent de quibus ibi per eum. Sed sic est in proposito casu, quod ille Baptista de sanduccijs emptor, & qui reuendere promiserat, non potest dici, quod fuerit in aliqua culpa vel peccato, cum ipse non teneretur reuendere, nisi illis de Corbulis requirentibus, nec dicitur habuisse voluntatem aut mentem corruptam, & sic malam fidem, cum esset paratus reuendere, quandocunque fuisset requisitus, igitur nõ videtur, quod fuerit impeditus cursus prescriptionis ex eo tantum, quod sciebat se obligatum ad
67 reuendendum per predicta, † quemadmodum si tu non vteris seruitute non dicitur impediri prescriptio libertatis, licet ego sciam seruitutem tibi deberi, quia ex tali scientia
68 non inducitur culpa, aut peccatum, † cum prescriptio currat ex solo non vsu, vt per Caccialuppum in d. l. omnes populi in dicto versicu. tertio quando ipse. Nam & in casu nostro prescriptio dicitur cucurrisse solum ex non facta oblatione, & petitione reuenditionis per illos de Corbulis.
69 ¶ Secundus & clarius responderi potest, † quod allegata in contrarium procedunt, quando obligatio est certa, & aliquis omnino est debitor ad aliquid dandum vel faciendum, nam eo casu, si sciat se teneri non potest forte prescribere tanquam existens in mala fide, & in his terminis loquitur cõmunis opinio docto. in d. §. si viam. & in dicto. c. fina. Sed in casu nostro non sic est, quia nunquam fuit certum an reuenditio esset omnino facienda cum penderet ex voluntate illorum de Corbulis, & facile erat quod redimere voluissent (prout vt plurimum in similibus contingit) vnde donec talis incertitudo fuit, nõ potest dici quod ille Baptista fuerit in aliqua mala fide, nec respectu stationis per eum empte, quam tanquam suam ex iusto titulo possidebat, & vere inspecto contractu interim erat sua, vt inquit Bald. in dicto consil. ccciij. nec etiam respectu obligationis ad reuendendum, quia incertum erat, an esset habitura locum, antequam ab illis de Corbulis talis reuenditio peteretur, & hoc est quod dixit Decius in dicta. l. petens. † Concludens obligatum ad reuendendum
70

fione litis,vel mote,vel que moueri poterat,⁊ sic timore li-
tis future,qđ sufficit, vt.l.ij. cum materia.C.de transactio.
¶ Scđo ex parte.d.Catherine,vt Allasia remitteret litez
fuerunt ipsi Allasie promissi floreni mille, ex parte vero.d.
Allasie fuerunt remissa omnia iura hereditaria, vt in tran-
2 sactione dicitur,⁊ sic fuit ꝯctus reciprocus,† ⁊ consequen-
ter cum aliquid hincinde remissum,⁊ promissum fuerit,de-
bet valere,iuxta.l.transactio nullo dato. ⁊ que ibi dicunt
doctor.maxime Alexan.C.de transactio. ¶ Demum ⁊ ter
tio interuenit consensus illius magistri Joannis mariti di-
cte Allasie,cui.d.Allasia omnia sua iura in dotem dedit,
3 † ⁊ ad quem spectabat recte,⁊ diligenter bona,⁊ iura pre-
dicte Allasie velut dotalia regere,gubernare,⁊ administra-
re,iuxta.l.si constante.§.si maritus.ff.solu.matrimo. ⁊ que
4 ibi tradunt docto.†propter cuius viri presentiam ⁊ consen
sum presumi debet, ꝙ absuerit in dicto contractu transactio
nis omnis dolus,⁊ fraus,⁊ deceptio ꝯtra ipsam Allasiaz,
argu.eorum, que post glo.ibi not.Bal.in.l.polla.de his q-
bus vt indign.vbi etiam per Alexan.qui pleraqz similia al
leg.facit.l.transactione. ⁊ qđ ibi not.Barto.C.de transact.
vbi etiam Bar.in fi.dicit vnum,qđ magis seruit in proposi
5 to,vz† ꝙ ille,qui sperat alicius minoris successionem credi-
tur diligentius in re tali se habere,⁊ eam curare vñ si hoc est
in eo, sperat fortius in casu isto in isto marito, ad quē de pre
senti iure omnia iura Allasie spectabant, dicendum est, ꝙ
curauerit omnia diligentius ad cōmunem vtilitatem agi.
Et ex his videtur predictam transactionem omni iure va-
6 luisse,vt contra eam nullum competat remedium.¶ †Ubi
tamen aliqua ratione,vel minoris etatis dicte Allasie, vel
alia ratione quis tentaret eam non habuisse plenissimuz ro
bur,dicitur, ꝙ cum in ea interuenerit iuramentum, eo me-
diante tollitur omnis defectus, ⁊ dz.d.transactio omnino
seruari,etiam qđ a minore facta fuerit,vt in auctenti. sacra-
menta puberum.C.si aduers.vend.cum sua materia,⁊ alias
7 traditur pro regula,† ꝙ quando prestitum iuramentum si-
ne dispēdio salutis eterne seruari potest. Semper est seruan
dum,ne anima iurantis periurijs illaqueatur,vt in.c.quam-
uis.de pact.libro sexto,⁊ in.c.cum contingat.de iureiuran.
⁊ in.c.licet.eodem titu.libro sexto. ¶ Sed predictis non
obstantibus diligentius considerando verior videtur con-
traria opinio,videlz ꝙ contra transactionem predictam ve
nire possit predicta Allasia,⁊ sic transactione sublata pos-
sit partem dimidiaz hereditatis predicti Ludouici eius aui
petere.¶ Et primo dico, ꝙ poterit venire contra dictam
transactionem,per viam nullitatis. ¶ Secundo vbi valuis
set per viam rescissionis.¶ Circa primum igitur, ꝙ transa-
ctio predicta fuerit a principio ipso iure nulla , ita demon-
8 strat,†quando transactio facta est super his,que sunt bone
fidei,si euidens calumnia,⁊ duobus vnius ex transigenti-
bus interuenerit in ea, dicitur ipso iure nulla.l.in summa.
post princip.ibi transactio imperfecta est.ff.de conditio. in-
debi.⁊ per illum text.declarat Barto.in.l.sub pretextu.la
prima.C.de transactio.dicens, ꝙ ita cōmuniter tenetur, ⁊
cum Barto.⁊ ista cōmuni opinione transeunt,magis com
muniter alij post Bartol.vt Alexan.⁊ Jas. referunt, ⁊ se-
quuntur,in dicta.l.sub pretextu.licet aliqui fuerint alterius
opinionis.Sed in casu proposito transactio facta fuit super
9 hereditate cōmuni diuidenda.† ⁊ consequenter super iudi-
cio famil.herciscunde,quod cōmemoratur inter bone fidei
iudicia,vt in.§.actionum.institu.de actio.⁊ in ea interuenit
dolus Catherine predicte,vt.ĵ.ostenditur, ergo debet dici
10 ab initio ipso iure nulla. ¶ †Quod autem dolus Catheri-
ne in dicta transactione interuenerit,euidentissime ostendi-
tur ex enormi,immo enormissima lesione, quam passa fuit
dicta Allasia minor,argumen.l.omnes.§.lucius.ff.de his,
que in fraudem credito.ita voluit Anton.de but. in.c. cum
contingat.de iureiuran. Petr.de anchara.in.c.primo. de
constitutio.in questione.xj.colum.lxxvj.vbi dicit, ꝙ ita con
suluit Senis, ⁊ Abbas,in dicto.c.cum contingat. colum.
11 xix.cum sequenti.†Quando enim minor contrahens enor-
missime leditur,nō videtur illud contingere absqz dolo ad-
uersarij secum contrahentis,vt predicti tradunt, ita etiam
tradit Corne.consilio.cxlvij. incipiente commisso. secunda
columna,in fine, ⁊ sequen.quarto volumine,concludens ex
enormi lesione dolum re ipsa presumi,idem etiam voluit in
consilio.clxvj.incipien.circa primum. secunda columna,⁊.
clxxxix.incipien,in presenti.tertia columna,primo volumi-
ne,⁊ idem voluit Bald.in aucten.sacramenta puberum.C.
si aduers.vendit.cum alijs concordantibus,de quibus late
per Corneum,in consilio.xj.incipiente in presenti.columna
quarta,⁊ quinta,⁊ in consi.lxxij.incipien.pro decisione.ter
tia,⁊ quarta columna,tertio volumi.idem etiam voluit do
mi.Bartholom.Socin.patruus,⁊ dominus meus,in con-
si.ccxiij.incipien.in causa Honofrij.prope finem, ⁊ ista est
communis opinio,vt in locis predictis videri potest,⁊ tra-
dit Cuma.in consilio.clxxx.incipien.videtur prima fronte.
12 prima columna.¶ †Et licet isto casu dicatur presumptus
dolus,qui videtur dolus improprie,⁊ sic dolus re ipsa non
ex proposito,tamen in proposito nihil refert, quia quo ad
materiam nostram equiparatur dolus re ipsa,⁊ dolus ex ꝓ-
posito,vt traditur per illum textum,in.l.si quis cum aliter.
ff.de verborum obligatio, ⁊ tradunt doctores preallega.in
locis predictis,maxime Corne.in dicto consilio. clxxxix. ⁊
in alijs supra allegatis.⁊ ita communiter tenetur,vt elegan-
ter dicit domi.Philip.deci.nostre tempestatis primarius
iurisconsult.⁊ vt pater obseruandissimus,in consil.clxxx.in-
cipien.visa renunciatione.iiij.colum.reprobans opinionem
Alexandri contrarium tenentis,in quodam consilio, vt ibi
13 per eum.¶ †Quod autē dicta Allasia minor fuerit neduz
enormiter,sed enormissime lesa,ex facti narratione demon-
stratur.Nam cum hereditas Ludouici eius aui presuppo-
natur extitisse florenorum.12000.⁊ Allasia renunciauerit
omni suo iuri pro promissione florenorum mille, euidenter
ostenditur enormissima lesio in.5000.florenis,cum illa esset
heres pro dimidia, ⁊ sic ad eam spectarent floreni sex mille.
¶ Et licet in transactione dicatur, ꝙ erant plura onera he
reditaria,ex quibus ius hereditarium diminuebatur,tamen
hoc non obstat,quia esto ꝙ ita fuerit, prout narratur, cum
illa onera non transcendunt summam florenorum mille, ita
quidem,vt eis detractis remaneret adhuc hereditas vnde-
cim millium florenorum,ex quibus ad dictam Allasiaz spe
ctabant floreni.5500.Ex quibus cum solum mille fuerint
ei promissi,supra quadrupluz remansit lesa,⁊ per consequēs
non solum enormiter,sed enormissime.¶ Quibus sic in fa-
14 cto extantibus sumus extra illam disputationem, † qualis
dicatur enormis lesio, quidam enim volunt, ꝙ sit si saltez in
sexta parte quis ledatur,vt per Barto.in.l.si societatem.§.
arbitrorum.columna quinta.ff.pro soc.quidaz vero volunt,
ꝙ de hoc stet iudicis arbitrio,vt Bal. in.l.prima.C.si ad-
uers.vendi.pigno.⁊ licet aliqui etiam voluerint, ꝙ debeat
esse lesio in dimidia, ⁊ vltra, tamen has duas opinion.esse
principaliores, asserit predictus dominus Deci. in consil.
xxxix.incipien.iuridicam.in fi.⁊ insignis doctor domi.Tho
mas feratius,in tracta.cautel.cautela octaua. incipiente tu
scis.nam quamcunqz opinionem teneas.ista Allasia dici-
tur enormissime lesa,cum supra sextam partem,⁊ dimidiaz,
⁊ taliter lesa fuerit,vt nemo sani capitis non sit arbitratu-
rus,eam enormissime lesam.¶ Et predicta omnia,⁊ nulli-
tas transactionis,de qua agimus comprobatur ex solemni
15 decisione Ange.in consilio.xciiij.incipiente pro parte.†vbi
in simili casu determinat predictam transactionem nullā,in
qua soror quedam pro modico magne hereditati renun-
ciauerat,vt per eum,⁊ quia ibi videri potest, aliter non re-
16 fero.¶ †Probari etiam nullitas transactionis potest, eo
ꝙ defecit in ea substantiale suuz,vcz quia nulla erat, nec esse
poterat lis,licet secus narretur in ea.Nam cum successio ꝓ
dimidia spectaret ad Catherinam,⁊ pro dimidia ad Alla-
siam(vtraqz ita confitentur)super ea non conueniebat lis,
nec etiam propter pleraqz onera hereditaria narrata, cum
illa ad vtranqz pro dimidia spectarent.
¶ Et si de facto super his lis fieret non erat incerta, ⁊ su-
per re dubia,merito transactio valere non debuit, vt sepe
consuluit Angel.vt patet in consilio.ccxv.⁊.ccxviij.⁊ etiam
in dicto consilio.xciiij. vt quilibet videre potest . ¶ Et pro
hoc est text.in.l.prima. ⁊ ibi per omnes.ff.de transactio.
¶ Et si dicatur ꝙ erat dubium super fructibus,quos pete
bat Allasia. Respondetur primo, ꝙ erat solum dubium
super quantitate, ⁊ non an deberentur.¶ Secūdo posito

in integrum aduersus prescriptionem, vult enim Imol. vbi supra, ꝙ procedat respectu prescriptionis .xl. annorum.
¶ Idez videtur velle Alexan. in dicto .§. in hac .ij. colum. versicu. predictam tamen conclusionem, licet non firmet, ⁊ idem etiam velle videtur in .l. tertia .§. labeo. ad finez .ff. de acquirenda possessione. dicens ꝙ est solitus tenere, ꝙ aduersus prescriptionem quadraginta annorum non sit danda restitutio in integrum, ⁊ quamuis etiam ibi non firmet audacter, tamen expresse, ⁊ firmiter ita concludit in consilio .clj. Uiso themate. secunda columna, versiculo ⁊ posito etiam. ⁊ in consilio .clxiij. Uiso processu. secunda columna. versiculo secundo non deberet concedi. secūdo volumine. ⁊ in vtroqꝫ loco dicit, ꝙ ita tenuit Ange. in .l. sicut. in fine .C. de prescriptione triginta annorum, in quibusdam lecturis, que communiter non habentur. ¶ Hoc idem voluit (si recte aduertatur.) dominus meus Socinus in consilio clxiiij. Uisa bulla. in fine. duz dicit, ꝙ completa prescriptione quadraginta annorum dicitur sublatuz omne remediuz, si quod competebat, ⁊ sic etiam restitutio in integrum, ⁊ hoc idem videtur firmare in dicto .§. in hac. columna fina. versiculo postremo in hac questione. ibi, secunda sit conclusio. ¶ Et licet ibidem faciat vnam rationem in contrariū, ⁊ non respondeat, tamen in decisione non videtur recedere a sua conclusione in qua sequutus est Imol. in dicto .c. fina. loco preallegato. Et ad rationem, quam ipse facit in cōtrarium facilis est responsio quia ille non concludit in prescriptione quadraginta annorum, que specialiter inducta fuit, vt tollatur omnino omne ius, vt probatur in .l. omnes .C. de prescriptione triginta annorum. prout illam eleganter, ⁊ multis modis ponderat Decius in consilio infra allegando in tertia columna. ⁊ quicquid senserit Socin. in dicto .§. in hac. hanc opinionem apertissime firmat in consilio .cxciij. Subtiliter, ⁊ eleganter. quarta columna. versiculo quarto ista opinio concludēs ꝙ per lapsuz .xlvij. annorum, in casu suo nedum erat prescriptum ius, si quod competebat, sed etiam erat sublatū remediū restitutionis in integrum ex causa probabilis ignorantie, ⁊ istud absolute dicit esse tenenduz, quicquid dicere velimus respectu prescriptionis triginta annorum. Et allegat Angel. in dicta .l. sicut. ⁊ Imo. in dicto .c. fina. ⁊ alios, vt per eum.

¶ Eandem opinionem per multa subtilia fundamenta videtur firmare Areti. in consilio .ciiij. Breuitas in consulendo, ⁊ ꝺm eam concludit Andre. barba. in consilio quadragesimo primo. Illud afferam in medium. columna duodecima, post medium. primo volumine. dicens, ꝙ ita tenuit glo. ⁊ Joan. andre. in dicto .c. auditis. de restitutione in integrum. ¶ Idem latissime comprobando sequitur Curt. in consilio octuagesimo secundo. Capio primum. ij. colum. versicu. ⁊ si forte opponatur. vbi plura fundamenta allegat, que cum videri ab omnibus possint, breuitatis gratia non referam, ⁊ subdit ibi, ꝙ istam opinionez pluries defensauit, ⁊ quod ita tenendum est. Et demum hanc opinionez elegantissime, ⁊ ex pluribus defendit, ⁊ sequitur Deci. in consilio vigesimo nono. Et pro tenui faculta. per totum, ⁊ ibi respondit omnibus motiuis, que in contrarium videntur posse fieri, vt per eum ad quem me remitto. Et idez ante Decium cōsuluerat Ludouicus bologninus, cuius consilij predictum consilium Decij fuit subscriptio, vt ex verbis eius apparet. Et idem etiam sequitur idem Decius in consilio .ccccclij. Quod supra. in princip. vbi allegat etiaz Petruz de ancharano in consilio .clxix. Principaliter.

¶ Et ex predictis constare potest hanc opinionem etiam magis cōmuniter approbatam, licet aliqui aliquando contrarium dixerint. Non enim qui dicunt aliam opinionem esse cōmunem bene ponderarunt, neqꝫ numerarunt predictos doctores, qui numero ⁊ pondere longe videntur excedere tenentes contrariuz loquor de his, qui exprimunt dari restitutionem aduersus prescriptionez quadraginta annorum, sunt enim admodum pauci respectu eorum quos supra allegaui. Nam Barto. ⁊ alij plures Barto. sequentes intelliguntur loqui tantuz de prescriptione triginta annorum, prout exprimit ipse Barto. in dicto .§. si quis autē.
80 ¶ † Et nonnulli etiam, qui cōtrarium dixerunt loquuntur respectu ecclesie cui videtur talis restitutio concedenda. vt aliquo modo detur contra prescriptionem cum aduersus ecclesiam soluz currat prescriptio quadraginta annorum, vt declarat Decius in dicto consilio vigesimo nono, quarta columna, versiculo non obst. quod Alexan. tradit. ¶ Et preterea de auctoritate Alexan. in contrariuz allegata non videtur curandum, cum sepe pro nostra opinione consuluerit vt supra deductum fuit. ¶ Nec etiam auctoritas Fely. est secura quia ipse potius videtur inherere opinioni nostre in locis in contrarium allegatis, ⁊ licet ipse postquam dixerat non dari restitutionem in integrum aduersus prescriptionem quadraginta annorum dicat id non esse firmanduz, quia Abb. ⁊ Imol. videntur tenere contrarium, tamen cum iam supra ostenderim Imol. hoc tenere, ⁊ non fuisse bene animaduersum per Felynum. ¶ Et Abb. in .c. vigilanti. de prescriptio. non exprimat. de prescriptione quadraginta annoruz. Immo remittens se ad Bartolum in dicto .§. si quis autem. videtur loqui tantuz de prescriptione triginta annorum. Sequitur quod Felyn. dubitatio propter quam noluit firmare istam opinionem omnino cessat, ⁊ in contrarium potest allegari, ⁊ sic ꝙ Felynus ipse, si hec aduertisset, non ita dubitasset. Sed absolute istā opinionem sequutus fuisset. Quam vltra predictos veraz, ⁊ communem asserit, ⁊ sequitur Deci. in consilio .ccclxxv. Juridicam esse. prima columna in fine. ¶ Et ista opinio presertim in casu nostro omnino est tenenda, quia hic recte considerando non agitur de probabili lesione. isti enim de corbulis stationem vendiderunt iusto precio, quod semper fuit apud eos, passi fuerunt .d. stationem esse apud emptorem, ⁊ eius heredes vltra annos quinquaginta, propter quod videtur equissimum, vt ab eis amplius non auferatur. ⁊ sic videtur cessare equitas in qua solet fundari integruz restitutio igitur ⁊c. per locum a cessante ratione per
81 iura vulgaria. ¶ † Et secundum istam opinionem in indiuiduo in pacto de reuendendo, vt scilicet contra prescriptionem quadraginta annorum non detur restitutio in integrum, alias in patria mea Senensi allegabam, ⁊ ita fuit iudicatum ⁊ alias etiam consului apud forum Julij, ⁊ vidi consultum per excellentissimos doctores.

¶ Et stante vera ista opinione prout teneri debet per predicta, vt scilicet restitutio in integrum non detur aduersus prescriptionem quadraginta ⁊ quinquaginta annorum nō est tractandum de cursu quadriennij, quod datur ad dictaz restitutionem. Esto ergo ꝙ principium dicti quadriennij, debeat esse vtile, ⁊ quod non currat ignoranti, de quo tamen dubitari posset, iuxta tradita per Jasonem in .§. rursus. columna decima sexta. instituta de actio. illud debet intelligi, quando restitutio de iure competat. Sed vbi certuz est causa non dari, vt in casu nostro de eius temporis prin-
82 cipio non est disputandum † cum non entis nulle sint qualitates, ⁊ nulla accidentia .l. eius qui in prouincia .ff. si certum petatur. Et tradit Jason in .l. si constante. in principio. columna vigesima quarta .ff. soluto matrimonio. ⁊ per hoc tollitur quod dixit Baldus in .l. tertia .C. si ex fals. instrumen. cum concordantibus supra allegatis. ¶ Non obst. modo octauum argumentum, quoniam vere nihil obst. dico enim ꝙ immo reus conuentus non dicitur aliquo modo exceptioni prescriptionis renunciasse, sed tantum in litteris, que allegantur dicit se paratum renunciare si ex aduerso ille dominus Frācisci corbulus ad quem littere scribebantur adherere voluerit equitati, ⁊ honestati de quibus in dictis litteris. Et ita important illa verba, So per lassar da parte la prescriptione ⁊c. ⁊ similiter alia, So per seruirue, ⁊ lassar da parte ogni cossa ⁊c. ⁊ sic dicit se paratum ponere ad partes, ⁊ dimittere prescriptionem si dominus Franciscus faciet, vt supra, non autem dicit quod di-
83 mittat, ⁊ renunciet dictam prescriptionem. † Cum enim verba in dictis litteris contenta sint de futuro, multum differunt ab illis de presenti. Et dispositionem non inducunt. iuxta notata in .l. in vendentis. prope finem glos. ⁊ ibi dicunt doctores .C. de contrahenda emptione.

¶ Preterea illa verba dicunꝛ habere suspensionem quandam videlicet, quando dominus Franciscus se geret vt sperabat Reuerendus dominus Petrus ludouicus, qui litteras scripsit, ⁊ sic dn̄r in effectu cōditionalia, seu important renunciationem

renunciationem conditionaliter fieri.iuxta nota. per Barto.in.l.prima.ff.de conditione et demonstratione. vnde cum dictus Franciscus nihil egerit, et ita conditio defecerit, verba illa cũ importata renunciatione annullantur, argumen. l.qui heredi.§.plautius.cum ibi nota.per Bart.et patruum meum Socinum.ff.de conditione et demonstratione.et.l.i.§.si autem sub conditione.C.de caducis tollendis. cum similibus. ¶ Preterea posito quod renunciatio fuisset facta per verba pura, et de presenti adhuc dicendum est, quod in proposito non obstent, quia cum clarum sit, quod diceretur facta sub spe future concordie, vt ex verbis litterarum illarum constat, ex eo solo diceretur habere quandam conditionem,
84 videlicet si concordia sequatur,† sicut dicitur de renunciationibus factis in compromisso, nam habent conditionem si sententia feratur, sub cuius spe dicebatur facta renũciatio. Et vbi sententia non feratur renunciationes ille nullum sortiuntur effectum, vt signanter inquit Bald.in.l.si diuersa.C.de transactionibus. Alexander in consilio vigesimo secundo. Viso instrumento.in principio libro primo. Fely. in.c.cum olim.in fi.de prescrip.et dominus meus Socinus in.l.si quis arbitratu.in quinto notabili.ff.de verbo. oblig. Unde cum in casu isto nulla sequuta fuerit concordia. Ista renũciatio efficit nullius momenti. et sic super eo nõ potest fieri fundamentum. ¶ Nec est verum, quod renunciatio ista fuerit ab initio operata effectum aliquẽ, aut valuerit. Sed vt dixi, dicitur facta per verba de futuro, et habuisse secum conditionem saltem tacitam, qua deficiente perinde est, ac
85 si facta non fuisset per predicta. ¶ † Et quod dicebatur de peremptione instantie, vt scilicet operetur peremptionem actorum iudicij ordinariorum, nihil penitus ob. quia id est, quia acta illa ita erant connexa. vt separari ab ipsa instantia nõ possent. Immo dico, quod illa decisio seruit in proposito. Nã sicut ibi acta illa que fiebant ea spe, vt iudicium illud, et instantia impleatur, et sententia feratur, si instantia perit, et ipsa pereunt. Ita in casu nostro de ista renunciatione dicen
86 dum est secundum quod supra, dictum fuit. ¶ † Non obst. decisio Bald.in dicto consilio.cviij.quia ibi receptio precij fuit simpliciter facta et pure non sub aliqua spe, que deficiat, et simul stare non poterat, cum iure quesito de non reuendendo ex cursu temporis, et ideo ei dicitur renunciatum per.l.post diem.ff.de leg.commis.non sic est in casu nostro vt ex predictis constat. ¶ Ad consilium Roma.numero vigesimo tertio, allegatum in contrarium respondetur, quod illa renunciatio de qua ipse loquitur solum habebat locum, quando pecunia solueretur, sub cuius recipiende spe facta fuerat vt recte intuenti patebit. ¶ Demum non obst. quod
87 nono, et vltimo loco allegabatur,† quoniam respondetur, quod immo clerici prescriptione, et eius beneficio vti possunt. vt in.c.primo.c.auditis. et.c.cum olim. et per totum, extra
88 de prescript.† Et quod plus est ipsa ecclesia prescribit contra priuatum. vt in.c.tertio. et in.c.ad aures.eodem titulo.
89 † Ex quo sequitur, quod presidium prescriptionis non potest dici iniquum, et impium, cum ecclesia talia, nec in se, nec in alijs patiatur, vt inquit text.in.c.primo.§.sed diuersum.de
90 aliena.feud. ¶ † Non obst.§.habebat. in auctent. vt eccle.roma.quia ibi non dicitur simpliciter, quod prescriptionis presidium sit impium, sed quod iniqui homines habuissent facilem peccandi viam, et propter eorum malam cõscientiam haberent impium presidium nisi fuisset dispositum, vt ibi dicitur, et pro hoc, et pro responsione ad dictum.§.habeat.videatur in dicto consilio.cclxxvij.quarto volumine, in quarta columna, versiculo nec supra dictis obst. vbi multa con-
91 gerit ad propositum, ad quem me remitto. ¶ † Non obst. decisio Ange.in allegato.§.si viam.quia de iure non procedit, et contra eum tenet Roma.in consilio.cxlix. conclusionem primam, prout refert, et sequitur Fely.in rubrica de rescriptis.columna prima.versicu.dum dicit Abbas et c.vbi multa dicit ex quibus clare ostenditur opinionem Ange. et allegata supra in contrarium de iure non procedere, et ibi etiam respondet ad dictum.§.habeat.vt per eum ad quẽ gratia breuitatis me remitto. ¶ Posset etiam dici quod Ange.loquitur quando prescribens erat in mala fide, vt per Balb.in tractatu prescript.in quinta questione prime par-
92 tis principalis. ¶ † Nec obst. quod clerici conuentionalem pe-

nam non exigant, vt per Socinum in dicto consilio.ccliij. Quoniam posset primo hoc negari, sicut voluit Abb.in.c. dilecti.de arbit.post Innocen.in.c.suam. de pen. ¶ Sed posito, quod sit verum illud non procedit, quatenus interesset vt ibi dominus meus Socinus dicit. In casu autem nostro istius rei conuenti magnum est interesse retinere dictam stationem, ergo et c. ¶ Preterea etiam de casu illo ad nostrũ
93 non valet argumentum,† quia illud fit ex eo, vt pene tanquam odiose diminuantur, iuxta regulam in penis.de regulis iuris, libro sexto. et.l.interpretatione.ff.de pen.facit.l.ij.ff.de liberis et posthumis.cum similibus. Sed in casu nostro prescriptio publico fauore inducta dicitur fauorabilis, et ita vt ei renunciari non possit, vt ex iam dictis constat. Unde ex diuersis, et aliquo modo aduersis, illatio, et argumentum non valet per iura vulgaria. ¶ Et ex predictis omnibus remanet firma conclusio, quod Reuerendus dominus Petrus ludouicus reus conuentus exceptione legitime prescriptionis dicitur omnino, et perpetuo tutus, non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus, quibus plene supra responsum fuit. ¶ Ex qua conclusione redditur frustratoria secunda principalis dubitatio. Nam si redemptio dicte stationis amplius fieri non potest non est disputandum de qua moneta debeat fieri solutio, et ita ego omnino tenendum arbitror, et ideo non esset vlterius insistendum. ¶ Uerum tamen, vt et in eadẽ questione quid
94 iuris sit, appareat, paucis instando † dico, et cõcludo absque vlla dubitatione quod moneta debet attendi, et considerari tempore contracte obligationis, nam (quicquid in alijs casibus sit dicendum) quando sumus in contractibus si moneta cursu temporis fiat deterior debet attendi moneta que currebat tempore promissionis, maxime quando deterioratio contingit respectu materie, vel lige (prout contingit in casu isto, quia Bononeni fiunt hodie, et considerantur materie, et lige deterioris.) Nam non est conueniens, quod solutio fiat de alia moneta, quam que fuerit in mente contrahentium tempore contracte obligationis, ita est communis opinio, omnium scribentium in varijs locis vbi de materia loquuntur. Ita enim concludit Barto.in.l.paulus.secũda colum. versicu.quero quid si moneta.ibi, primo modo.ff.de solutionibus. et ibi cõmuniter per omnes approbatur, sic tradunt Barto. et alij doctores, maxime moder. in.l.cum quid.ff. si certum petatur.vt ibi per Decium columna fina.versicu. in glo.fina. Barto.et c. Bald.in consilio.ccccxcix. Ista questio an inspiciatur moneta.in principio primo volumi. Cardina.in clementina secũda, decima nona questione. de decimis. Roma.consilio.cxxiij. Circa primum.ij.colum.versicu.tertio idem principaliter. Dominicus de sancto Geminiano in consilio.cxxxvij. Quia alias super ista.i.colum. practica Papien.in forma libel.in actio.hipothecaria, in glo.relaxandum iure pignoris.post principium. ibi, de primo modo et c. Corne. in consilio. cccxxj. de pluribus.colum.v.versicu.tamen hoc non obst.iij.volumine in consilio cclxxxvij. In hac consultatione.prope finem.i.volu. et in consilio.cix. Viso puncto.in principio, quarto volumi. Et plene tradit Guido Pap.in questione. ccccxciij.si fiat monete mutatio.per totam vbi claram rationem allegat. Et demum ita concludit Albert.brun. in suo tractatu de augumen.in vltima conclusione.in versiculo his premissis. et clarius in versiculo predicta conclusio.qui statim sequitur, vbi
95 proprie determinat casum nostrum dicens,† quod quando variatur bonitas intrinseca in moneta, vt quia fiat de minori, et viliori liga, et sic minoris valeat, etiam quod fiat sub eodem pondere, et sub eadem forma semper solutio fieri debet de antiqua moneta, que tempore obligationis contracte currebat, si reperiatur, et vbi non reperiatur poterit fieri solutio de noua moneta ad estimationem tamen antique vt sic creditor in aliquo non damnificetur, vt per eum, et ita etiam volunt omnes doctores preallegati, et etiam alij plures in diuersis locis, quos longum esset referre. Sed pro maiori parte allegantur per eos, quos supra adduxi.

¶ Et pro ista communi, et verissima conclusione videtur casus in.c.olim causam.et.c.cum canonicis.extra de censibus.et ibi doctores declarant, et in dicta.l.paulus.vbi similiter per omnes declaratur.de solutio.

96 ¶ Nec obstat quod dici solet, † solutionem fieri debere, de pecunia currenti, & vsuali, vt videtur probari in.c.secundo, in fine. de maledic. & ibi glos. dicit. & in dicta clementina secūda, de decimis. & tradit Corneus in consilio.clxxxj. visis.colum.vigesima nona.secundo volumi. cum similibus. Quoniā respondetur primo illud intelligi de currenti, & vsuali tempore, scʒ ɔtracte obligationis, ꝑm predicta. Uel scdo ꝙ fiat de currenti respectu actualis solutionis, q̄r forte alia non reperitur, fiat tamen ad estimationem antique monete, & que currebat tempore obligationis, vt sic creditor cōseruetur indemnis. Uel tertio, ꝙ illud procedit
97 in debito procedente ex dispositione legis † cum lex semper loquatur.l.arriani.C.de hereti. & ita primam & tertiam solutionem tradit Corne. in dicto consil.cclxxxvij. colum. fina. & in dicto consil.ccccxxj.colum.fina. vt per eum. Scd̄a autem sumitur ex dictis aliorum maxime Albert. brun.in locis preallegatis. Et cum predicta conclusio sit apud nostros doct. indubitata, non curo amplius instare. Et presertim, q̄r in casu isto non est de hoc disputandum, cum veritas sit, ꝙ reus conuentus tutus exceptione prescriptionis non possit cogi ad reuendendum, vt fuit conclusum circa primam dubitationem. Laus Deo.

Socinus nepos, Padue legens.1533.

SVMMARIVM

¶ In possessorio retinende, que sint probanda, & aliqua de testibus maxime an colonus possit esse testis: & in tali possessorio quis debeat obtinere.

1 Interdictum vti possidetis dicitur esse possessionis retinende, & quomodo cognoscatur ꝙ sit intentatum.
2 Uis turbatiua, & inquietatiua ad hoc vt dicatur illata que sufficiant.
3 Libellus in interdicto vti possidetis q̄uo debeat ɔcludere.
4 Libelli conclusio actionem intentatam & libellantis intentionem demonstrat.
5 Actor probans incumbentia obtinere debet.
6 Interdictum vti possidetis intentans duo debet probare, vnum ex parte actoris, videlicet se possidere tempore litis contestate, & tempore turbationis, aliud ex p̄te rei, scilicet turbationem, & inquietationem ab eo inferri.
7 Probatio dubia non releuat probantem.
8 Qui semel possidere probatur presumitur in possessione cōtinuasse, nisi contrarium probetur.
9 Testes duo contestes probant. & .j.nume.19.
10 Colonus p̄tiarius an repellat̄ a testimonio. vide.j.nu.17. vbi dicit ꝙ non, nisi particulariter testificetur super eo quod ad eorum commodum, vel damnum spectat, & ꝙ ita seruatur de consuetudine.
11 Colonus licet aliquis fuerit, si tamen tempore testificationis non est colonus pro domino in testem admittitur.
12 Testis minus idonei dictum iuuatur dicto alterius idonei.
13 Testis nō potest reprobari cuius fides semel fuit approbata eum pro parte sua producendo.
14 Testis q̄ñ repellit̄ a testimonio ꝓpter meum fauorem, possum eius fidem probare fauori meo renunciando.
15 Amicus magna amicitia lʒ a testimonio repellat̄, si t̄n tres amici simul deponant ꝓpter numerum eis creditur.
16 Coloni si sunt plures in testes producti eorum numerus fidem supplet.
18 Actori, vt in possessione seruetur, fauendum est, quando probauit possessionem non simpliciter, sed cuʒ iusto emptionis titulo.
20 Interdictum vti possidetis competit etiaʒ contra illos qui vltra turbationem contendunt etiam se possidere, licet ꝑm cōmunem opinionem hoc non sit necessariū, sed sufficit tantum turbationem inferre.
21 Uis & turbatio dr̄ iferri in possessione ex quo in ea arādo, q̄s nō sinit possidentem modo quo velit vti re possessa.
22 Testes satis est ꝙ sint in dicto concordes quando ꝓbant turbationem possessionis licet non concordent in numero associantium cum armis.
23 In maiori numero minor inest.
24 Testis vnus si dicat quindecim, alter decem, alter quinq̄ omnes in quinq̄ consensisse dicuntur.
25 Possessio antiquior, & que antiquiorem titulum habet, est preferenda.
26 Possessione antiquiori probata ex vna parte possessio iunior ex alia dicitur clandestina, vide tamen.j.nume.30. & declara, & intellige vt ibi.
27 Possessio iniusta & vitiosa iuste cedere debet.
28 Titulus posterioris possessionis nō prodest ex quo fuit habitus post antiquiorem possessionem.
29 Possessio antiquior si est probata ex parte rei conuenti, licet ex parte actoris sit probatum dominium, tamen actor in possessorio iudicio non debet obtinere, q̄r ista possessio iunior actoris dicit̄ clandestina respectu antiquioris possessionis rei conuenti, intellige tamen, & declara, vt.j.nume.sequenti.
31 Possessio corpore coloni retenta amittitur, cum alius in eam ingressus fuerit licet nobis ignorantibus.
32 Possessio etiam per se iniusta in possessorio retinende debet conseruari possidenti aduersus non possidenteʒ.
33 Possessio ad hoc, vt clandestina dicatur, requiritur, ꝙ quis furtiue in possessionem ingrediatur, timens se posse repelli.
34 Clam idem importat ꝙ celate, & in abscondito.
35 Possessio non potest dici simpliciter clandestina, quando actor habet dominium, q̄r illa qualitas simpliciter prolata intelligitur respectu proprietatis.
36 Possessio iunior nunq̄ dicitur clandestina respectu antiquioris possessionis, nisi probans antiquiorem possessionem eʒ expresse articulatus fuerit, ꝙ aduersarius possideat clam respectu sue antiquioris possessionis, nec sufficit dicere, ꝙ clam possideat, quia si non exprimitur respectu sue possessionis succumbet.
37 Cautela aduocatoꝝ in articulando possessionē clādestinā.
38 Testibus duobus affirmantibus magis creditur q̄ꝫ multis negantibus.
39 Testes ad inuicem contrarij repellendi sunt.

CONSILIVM CXLVI

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitie. In causa turbate possessionis pendente coram Magnifico Uicario vallis Nebule, & Ptāte Piscie inter Dn̄icum turrinuʒ, nominibus, quibus agit, agentem, & accusantem ex parte vna, & Petrum & Guidonem eius filium de Urano se defendentes, ex parte altera, viso laborioso processu inter eos agitato, videtur ꝙ partes iudicare, debentis future sint in condemnando reos conuentos ad petita, ac etiam in expensis tanquam temere litigantes, & maxime ex infrascri
1 ptis. ¶ † Et presuppono ante omnia, quod dicitur in effectu intentatum interdictum vti possidetis, quod dicitur retin ende possessionis. vt.l.prima.§.primo.ff.vti possidetis. &.§.retinende.institu ta de inter.cum similibus. & hoc intelligitur & ex narratione, & ex conclusione in libello factis.
2 ¶ † Ex narratione, duʒ dicitur ꝙ predictus Dominicus, & fratres existunt nunc, & tunc tempore turbationis, & antea erant in vera, & legitima possessione predij, de quo agitur, & contra eorum voluntatem Petrus & Guido predicti eorum pacificam possessionem turbauerunt laborando, & arando, quod sufficit vt dicantur vim turbatiuaʒ, seu inquietatiuam intulisse. Ita vt in interdicto vti possidetis cōueniri possint, vt probatur in.l.vim facit. & ibi dicūt doctores.ff.de vi & vi armata.
3 ¶ † Ex conclusione autem, dum petitur quod rei conuenti condēnentur ad dimittendam liberaʒ, & expeditam possessionem dicti predij predicto Dominico, & fratribus, & ad patiendum ꝙ ipsi vtantur, & fruantur pacifice, & quiete eorum pacifica possessione, ac etiam ad satisfaciendum predictis Dominico, & fratribus de omnibus damnis, preiudicijs, & interesse eorum. Ista enim sunt que actor in libello in tali interdicto concludere debet. vt probatur in.l.prima, circa principium. & in.l.si duo .in fine. & ibi notatur.ff.vti possidē. & in

possidē. ꝛ in terminis declarat Bar. ꝛ sequuntur alij in dicta. l. prima. §. interdictum secunda colum. ver. vltimo quero ꝛ in. l. prima col. pe. C. eodē, tradit Pet. de ancha. in consilio. cclxxiij. incipiente ad declarationem dubij in principio. ꝛ Alexander in consilio. cxxxvj. incipiente in causa ꝛ lite secunda colum. libro secundo, cum multis similibus.
4 † ꝛ alias regula est, ꝙ in cōclōne libelli declarat actio intētata ꝛ intentio libellantis. vt voluit Bar. in. l. aurelius. §. stico ff. de liber lega. in ꝛ. l. nō debet. ff. de dolo. Bal. in. l. secunda in fine. C. de petitione heredita. ꝛ in. l. edita. x. colum. versi. septima questio principalis. C. de edend. ꝛ vtrobiqꝫ allegat Innocen. in capitulo super litteris. de rescriptis, ꝛ tradit Alexan. in consilio. cxxj. incipiente viso processu prima columna primo volumine, ꝛ ꝙ ex narratione, ꝛ conclusione predictis inferatur propositum fuisse interdictum vti possidē. declarat in simili casu, ꝛ quasi in terminis nostris preclarissimus etate nr̄a dominus Philippus decius mihi cōpater honorandus in consilio. ccccij. incipiente, ꝛ pro tenui facultate ꝛc. secunda colum. versicu. si tamen qualitas hu-
5 ius ꝛc. ¶ † Hoc ita p̄misso dico ꝙ actor nominibus quibus agit in tali interdicto sibi incumbētia probauit, ergo sequitur, ꝙ obtinerere debet scđꝫ ꝙ supra posui conclusionē
6 iuxta. l. qui accusare cum materia. C. de eden. † duo enim probanda sunt in hoc interdicto, vnuꝫ scilicet ex parte actoris videlicet se possidere tempore litis contestate, ꝛ tempore turbationis, vt colligitur ex. l. prima. §. interdictū aūt vti possi. ff. ꝛ in. §. retinende versi. hodie tamen ꝛc. institu. de interdic. ꝛ expresse dicit Barto. in dicta. l. i. prope finēꝫ ꝛ tradit elegans doctor dominus Joan. petrus ferrarius in sua pratica Papiensi in libello turbate possessionis versic. hodie tenet, ꝛ possidet alterum probandum est ex parte rei conuenti. s. turbationē, ꝛ inquietationem ab eo inferri vt colligitur ex. l. prima in prin. ꝛ. §. est igitur, ꝛ ex. l. si duo. §. primo eodem titulo, facit dicta. l. vim facit, ꝛ expresse tradit predictus dominus Joan. petrus in loco preallegato ꝛ in versi. ac presentialiter turbat ꝛc. ¶ Primum videlicet quod dominicus ꝛ fratres possederint vt supra clare probatur, primo per instrumentū apprehensionis possessionis celebratum anno. 1520. ꝛ die vigesimoquarto Julij. ꝛ licet possibile sit illam possessionem tempore instrumenti cōfecti apprehensam per predictum dominicum suo, ꝛ fratrū nomine apud eos non perdurasse vsqꝫ ad tempus turbatio-
7 nis, ꝛ litis contestate, † ꝛ consequenter videatur istam probationem esse dubiam iuxta illud non probat esse hoc quod ab hoc contingit abesse. l. non hoc. C. vnde legiti. l. neqꝫ natales, ꝛ. l. ad probationem. C. de probat. ꝛ per consequens ꝙ non releuet probantem iuxta capitulo in presentia, ꝛ ibi per omnes extra de probati. ꝛ traditur in dicta. l. non hoc,
8 tamen in cōtrariuꝫ extat iuris presumptio † vult. n. lex quod qui semel probatur possidere presumitur in possessione continuasse nisi contrarium probetur, presertim quando ita allega. vt voluerunt post glo. Barto. Bald. ꝛ alij in. l. siue pos. C. de p̄batio. Jo. andre. Hosti. Ant. de but. Jmo. Abbas, ꝛ alij in capitulo cum ad sedem de resti. spoliato. ꝛ est communis oppinio vt ibi dicit Jmo. ꝛ tradit Corne. in cōsilio. xcj. incipiente in causa vertente tertia colum. ꝛ in consilio. cclxxx. incipiente laboriosa tertia columna quarto volumine. ista autem continuatio possessionis satis dicitur in casu nostro allegata, tum quia in libello dicitur ꝙ isti de turinis possiderunt ante, ꝛ possidebant tempore turbationis, ꝛ hodie sunt in possessione, prout etiaꝫ hoc clarius ponitur in replicationibus contra exceptiones reorū, cuꝫ etiā quia in capitul. istud idem clarius continetur, vt in tertio quarto, ꝛ quinto satis clare constat dum dicitur ꝙ post apprehensam possessionem predium illud locatum fuit partiario colono, ꝛ ex post fuerunt fructus pro media parte percepti per predictum dominicum suo, ꝛ fratrum nomine, ꝛ in tertio expresse dicitur quod ante turbationē ꝛ tempore turbationis cōtinue tenuit, ꝛ possedit, ꝛ in sexto capitulo in fine dicitur contra voluntatē dicti dominici veri domini ꝛ possessoris ꝛc. que verba cum sint presentis temporis presentem possessionem demonstrāt. ꝛ istud in iure clarissimum arbitror. ¶ Secundo etiam possessio predicti dominici, ꝛ fratrum probat̄ clare per testes ab eis inductos qui super tertio arti. seu capitulo deposuerunt, vt sunt primus tertius ꝛ quintus testes. Jn capitulo enim plane, ꝛ apte, ponitur illos possedisse, ꝛ possidere, prout requiritur, ꝛ primus, ꝛ tertius testis dicunt contenta in capitulo esse vera reddentes concludentem rationem sui dicti, vt ex eo-
9 rum lectura constat, † ꝛ sic cum sint duo, ꝛ contestes deberent sufficere iuxta. l. vbi numerus. ff. de testibus, cum eis tamen concordat, ꝛ dicitur contestis, etiam quintus testis, qui super illo tertio capitulo examinatus dixit, ꝙ Dominicus Turinus continue per vnum annum ante turbationem tenuit, ꝛ possedit ꝛc. reddendo super hoc bonam, ꝛ concludentem rationem, ꝙ vbi recte consideretur tantūdē vr̄ quantum si dixisset contenta in capitulo esse vera, cum nil aliud in eo contineatur, q̄ꝫ ꝙ dictus Dominicus tempore turbationis, ꝛ etiam ante continue tenuit, ꝛ possedit ꝛc. quod idem est cum eo, quod predictus quartus testis deposuit. igit̄ p hos tres testes, ꝛ ꝯtestes dr̄ legitime probata possessio predicti Dominici, vt oportebat. Et licet in dicto tertio capitulo non dicatur expresse ꝙ etiam hodie possidet, nec etiam illud exprimat quītus testis tamē quod est dictuꝫ sufficit. Nam qui probatur aliquando possidere presumitur in possessione continuare, vt predixi ꝛ hoc eo maxime in casu nostro dicendum est propter ea que in tribus sequentibus capitulis ponuntur, prout supra consideratum est. ¶ Nec predictis obstat, ꝙ per partem aduersam oppon̄ contra personas istorum trium testium
10 † videlicet ꝙ sunt mediarij, seu coloni partiarij predicti Dominici ꝛ propterea debent a testimonio repelli, prout videtur velle glo. in. §. pater. instit. de testamen. Alberi. de rosa. in. l. etiam. C. de testib. ꝛ Lanfrancus in. c. qm̄ contra in verbo testium ꝛc. mihi in col. lxxiiij. versicu. secundo quero vtrum colonus ꝛc. Quoniaꝫ ad hoc multipliciter respō-
11 dē, primo, † quia licet olim fuerint coloni, hodie tamen tēpore testificationis amplius non sunt, cum locatio fuerit facta tātuꝫ per tempus vnius anni, ꝛ finierit die. xxv. Augusti proxime preteriti, vt ex instrumento locationis cōstat testificantur autem ex post tempore, quo amplius non sunt coloni, ꝛ sic tempore, quo cessat ratio domesticitatis, nam eorum testimonio standum omnino est, vt tenuit Specula. in titulo de teste. §. primo. versiculo quid si olim, ꝛ Abb. in ca. in litteris extra de testib. ꝛ Corne. in consilio. clxx. incipien. licet in hac secunda columna, tertio volumi. ¶ Pro quo facit tritum illud cessante ratione, ꝛ causa cessat effectus cap. cum cessante. de appella. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. cum similibus. ¶ Secundo posito, ꝙ adhuc locatio duraret respondetur, ꝙ non omnes sunt coloni. Sed vnus tantum scilicet ille Menicus p̄r ꝛ primus testis, vt ex instrumēto locationis constat, alij vero, qui sunt eius filij non sunt coloni, sed pro patre in dicto predio laborauerunt, vnde sequitur ꝙ ista exceptio contra eorum personas nulla est, ꝛ etiam sequitur ꝙ dictum illius primi testis, quamuis non omni exceptione maioris fidem fa-
12 ciat, propter dictum aliorum sibi conforme, † quia dictum testis minus idonei iuuatur dicto alterius idonei, vel econtra, vt tradunt Bald. Angelus, ꝛ alij in. l. si quis ex argentarijs, in principio. ff. de edendo. ꝛ Corneus in consilio lxj. incipiente visa copia, quarta columin. tertio volumine, ꝛ in consilio. ccxlvij. incipien. viso processu. iiij. colum. ver. vnde testes ꝛc. secundo volu. dominus Alexand. in consil. xxiiij. incipien. animaduersis. vj. colum. ij. vol. cum alijs allegatis per dominum Deci. in consilio. cxxxiij. incipien. viso processu. iij. colum. ¶ Tertio etiam respondē prout in actis
13 continetur, † videliꝫ ꝙ pars aduersa non potest contra reorum fidem opponere, cum iam eoꝝ fidē approbauerit eos producendo pro parte sua, non enim potest fidem semel probatam reprobare, iuxta illud ꝙ semel placuit amplius displicere non potest. l. in diem. ff. de aqua pluuia arcen. §. religiosum. institu. de rerum diuisione. ꝛc. quod semel placuit de regulis iuris libro sexto. Pro quo facit, quod voluit Specula. in titulo de teste. §. primo. versicu. quid si ad-
14 uersarius vbi vult, † ꝙ quando testis repellitur a testimonio, solum in fauorem meum, possum eius fidem probare fauori meo renunciando, iuxta. l. si quis in conscribēdo. C. de pact. Uel etiam quarto responderi pōt singl̄r posito ēt

ꝙ omnes sint coloni, ⁊ de presenti, quia dico, ꝙ si fuissent duo tantum fortasse procederet exceptio, tamen quia in casu nostro sunt tres propter numerum suppletur eorum fi-
15 des, † sicut alias diximus, ꝙ licet amicus magna amicitia a testimonio repelletur, si tamen tres amici simul deponant propter numerum eis creditur, ita dixit Jacobus butri. in.l.quarta.in principio.ff.de testib.prout refert, ⁊ sequitur Alexan.in consi.iiij.incip.viso processu in fi.vj.volumi.
16 † ⁊ in terminis circa colonos, ꝙ numerus suppleat fidem, tradit idem Alexand.in consilio.lvij.incipiente in causa ⁊ lite, sexta columna, septimo volumine. ¶ Omnia ista procedunt admissa illa opinione, quod colonus a testimonio repellatur. ¶ Sed vltra predicta, quinto modo responde-
17 tur, ꝙ immo quicquid illam partez tenentes dicāt, † verior ⁊ communior est contraria opinio videlicet a testimonio nō repelli, nisi particulariter testificetur super eo, quod ad eius commodum, vel damnum spectaret, ⁊ ita de consuetudine seruatur ſm Inno.in.c.in litteris.extra de testibus. ⁊ Ange.in.l.quoniam liberi.C.de testibus.prout eos refert, ⁊ sequitur Jas.in dicto.§.pater.instit.de testa.in addi. ad porcum, ⁊ hoc ante omnes voluit Spec.in.d.§.j.versicu.item excipit, quia est domesticus. Idez in terminis voluit solemnis doctor Nellus de sancto Geminiano in tracta.de testi.in.ix.c.quod incipit domestici ⁊c.idē etiam voluit Salyce.in dicta.l.quoniam liberi, ⁊ refert, ⁊ sequitur Alexan.in predicto consilio.lvij.vj.col.cum igitur in casu nostro istorum testium ex eorum testimonio nullum resultet damnum, vel commodum, sequitur ꝙ eis credi debeat. Et ex his euidentissime constat primum, ꝙ probari oportuit probatum esse videlicet actorem possidere, vt requiritur.
18 Quibus addo, † ꝙ eidem actori, vt in predicta possessione confitetur fauendum est, ⁊ iudex ad hoc debet induci, ex eo, quia predicta possessio non est probata simpliciter, sed cum iusto emptionis titulo habito a cōmuni Piscie, qđ iuste vendere potuit, ſm formam statuti, vt in processu constat, ex quo dicendum videtur ꝙ etiam in iudicio petitorio actor obtineret, vbi de tali iudicio ageretur, sed super eo nō intendo insistere, cum solum, ⁊ duntaxat agatur de possessorio vt ex predictis constat, sed hoc tetigi tantum, vt constaret istam possessionem actoris velut ex iusto titulo habitam esse fauorabiliorem iuxta tradita per Bartol. ⁊ alios in.l. si duo.in principio, secunda columna.ff.vti possidetis.⁊ per Canonist.in capitulo licet causam, de probationibus.

¶ Alterum ⁊ secundum quod probandum erat videlicet ex parte rei conuenti vim inquietatiuam, ⁊ turbatiuam inferri similiter dicitur in casu nostro latissime probatum videlicet per primum tertium quintum septimum ⁊ octauum testes super sexto capitulo deponentes in quo melestiam ⁊ turbationem fuisse illatam proponitur, vt in eo legi potest. Nam quintus septimus ⁊ octauus testes dicunt contenta in capitulo esse vā, ⁊ in causa scientie dicunt se vidisse ⁊c. ⁊ sic isti tres testes dicuntur contestes in eorum dicto, ⁊ etiam circa locum, ⁊ tempus, vt ex eorum depositionibus clare
19 constat. † Et licet isti tres sufficerent ad probādum contenta in dicto capitulo, immo etiam duo tantum, iuxta dictā.l. vbi numerus.ff.de testibus, tamen cum eis in effectu ꝯcordant, ⁊ contestes dicuntur etiam primus, ⁊ tertius testes. Nam ipsi super dicto sexto capitulo deponentes dicunt, ꝙ viderunt dictum Petrum intrare predium, de quo agitur illud arando, ⁊ seminando ⁊c.quod nihil aliud est, quā dicere contenta in capitulo esse vera, de tempore autem, ⁊ de loco cum omnibus predictis sunt omnino contestes, ⁊ super hoc non est insistendum, cuz res clarissima sit nec etiā ipsi rei conuenti diffitentur, vt patet in eorum tertia ⁊ quar
20 ta exceptionibus. ¶ † Et vltra turbationem, quam fecerunt contendunt etiam se possidere, vt ibidem constat, quo casu secundum omniuz opinionem absq; aliqua dubitatione contra eos competit propositum interdictum vti possidetis, vt tradit Bar.in.l.prima.§.huius autem.in principio.ff.vti possidetis.⁊ predictus Joannes petrus in dicto versicu.ac presentialiter turbat ⁊c.tamet si Bartol. ⁊ ipse Joā.pet.in locis predictis, ⁊ alij magis cōmuniter teneant illud non esse necessarium, sed quod sufficit tantum turbationem inferre, nec ob.si dicatur quod arando, ⁊ seminando non debet dici turbasse possessionē ex quo prediolum illud ⁊ rem ipsam reddiderunt meliorem vt sic beneficium potius quam iniuriam, ⁊ vim dicantur actori, ⁊ possessori intu
21 lisse † quia respondetur hoc negando, quia immo veritas est per predictos actus, ⁊ quoscūq; alios cōtra possess.voluntatē gestos dicitur vis ⁊ turbatio possessionis inferri ex quo ita faciendo quis non sinit possidentem modo quo velit vti re possessa, ⁊ hoc clare probatur in dicta.l.viiij facit.ff.de
22 vi ⁊ vi armata ⁊ ibi traditur per docto. ¶ † Nec ob.ꝙ cōtra istos testes per partez aduersam opponitur, ꝙ nō cōcordant in numero associantium cū armis predictos reos conuentos, dum turbationem predictam intulerunt, quoniaz de facili respondetur hoc nihil nocere, nam contingens est ꝙ in nū associantium varieē, sed satis est ꝙ in dicto sunt concordes. ¶ Immo etiam dici potest quod primus, ⁊ septimus testes in hoc etiam sint contestes cum quilibet eorum dicat ꝙ erant quattuor associantes, ⁊ hoc sufficit.

Substĩo fideicõmissaria ad inuicem si sit facta filijs, ⁊ nepotibus institutis altero decedente sine liberis, alter filius vna cum nepotibus patrem representantibus veniet ad fideicõmissum istud.in ꝯsi.cxlvj.nu.xj. car.252.
Substĩo exemplaris. substitutio facta filio muto qñcunq; si ne filijs decesserit, ipso muto decedente post aditam hereditatem, vtrũ sit exemplaris, an simplex fideicõmissaria.in ꝯsi.ciij.nu.i.car.168.⁊nu.xx.⁊ seq. car.169.
Substĩo exemplaris an impediatur, si in ea fit mentio bonorum testatoris.in consi.ciij.nu.viij. car.169.
Substĩo exemplaris dz esse simplex, ⁊ nõ vsq; ad certũ tempus, ⁊ si adijciatur tps illud tollitur, ⁊ substĩo simplex remanet.in ꝯsi.ciij.nu.xiiij.⁊nu.xxj. car.169.
Substĩo si sit exemplariter facta ẽz.l.humanitatis.C.de impu.⁊al.substi.non põt substitutus per fideicõmissuz grauari, ⁊ si grauat̃ illud grauamẽ reijcitur, ⁊ substĩo non viciat̃.in ꝯs.ciij.n.xv.c.169.⁊ n.xxj.⁊.xxxij.c.169.et.170.
Substĩo facta filio muto, ⁊ surdo, qñcunq; sine liberis decesserit, mortuo filio post pubertatez adhuc muto, ⁊ surdo, ad exclusionem matris substitutus exemplariter admittitur.in ꝯsi.ciij.nu.xvij.car.169.⁊ vide nu.liij. car.170.
Substitutio non debet fieri mente capto de filio suo mente capto.in consi.ciij.nu.xxxvij. car.170.
Per substitutionem exemplarem filio, ⁊ non patri succeditur.in consi.ciij.nu.xliiij. car.170.
Substitutio reciproca conditionalis non transmittitur. in consi.cxvij.nu.xxx. car.196.
Substĩo non potest dici reciproca, si in persona vnius esset duplex

duplex substitutio, in persona vero alterius sit simplex. in consi.cxxj.nu.xxviij. car.204.
Substitutio reciproca si sit facta quattuor filijs, duobus ex primo, ⁊ duobus ex scđo matrimonio, an oēs simul, an solum vtrinq; coniuncti vocentur. in consil.cxxvj. nu.v. car.213.⁊ nume.xlviij. car.216.
Substitutio breuiloqua breuibus verbis clauditur. in consil.cxxvi.j.nu.ccxv. car.229.
¶ Succedere sperans alicui minori credit̃ diligētius talis in re se habere, ⁊ eā curare. in ɔsi.cxliiij.nu.v. car.258.
¶ Succedentes ab intestato solum admittuntur ad rumpendum testm̃. in consi.xxv.nu.xvj. car.42.
Succedens in ius alterius dicitur habere iustam causam ignorantie. in consi.lxxvj.nu.xxix. car.121.
¶ Successor non potest impugnare, qđ semel per eius auctorem est approbatum. in ɔsi.cxxix.nu.viij. car.234.
¶ Successionis prima causa est liberorũ. in ɔs.v.nu.v. car. 17. in ɔsi.cv.nu.i.car.172. ⁊ in ɔs.cxxxviij.nu.iij.c.249.
Successio proprie dicitur in iure vniuersali, in quo quis sit heres. in consi.ix.nu.x. car.22.
Successionis materia ita ɔgrue adaptatur ad feminas, q̃ ad masculos. in consi.xxx.nu.xlvj. car.51.
Successio in feudis non protendit̃ vltra septimum gradũ. in ɔsi.lxxvj.nu.v.car.120.⁊ nu.lxxij. car.123.
Successio in feudis comitũ Baronuz admittitur, ēt si centesimo gradu distarent. in ɔsil.lxxvj.nu.x. car.120.
Successionis prima causa esse dicitur descendentiũ. in consil.cxix.nu.iij.⁊ nu.x. car.199.
Successio non debetur nisi ex testamento, vel ab intestato. in consi.cxliij.nu.xxviij. car.256.
¶ Superiorē non recognoscens iura imperij in suis terris habere dicitur. in ɔsi.lxxiij.nu.viij. car.112.
¶ Superfluitas est euitanda. in ɔsi.cxx.nu.xv. car.202.
¶ Sui heredes, an sint naturales liberi, vel adoptiui, nil interest. in consi.xxxij.nu.viij. car.54.

¶ De littera. T.

Tacitum Non debet plus operari, q̃ expressum. in consilio.lxxij.nu.xxxvj. car.109.
Tacitum tm̃ operatur quantum expressuz. in ɔsi.cxxiiij.nu.xix. car.208.
¶ Tale eē aliud est, ⁊ talib' est hēri, p tali. in ɔsi.ix.n.ij.c.22.
¶ Taxa solita solui, ⁊ exigi ab habitatoribus certorũ locoruz tanq̃ a forensibus, an exigi possit ab hijs, qui ibi nati sunt, vel diu habitauerũt. in ɔ.xlix.n.ij.c.73.⁊ n.x.c.74.
Taxa dr̃ munus p̃rimoniale ipositũ psonis nulla ɔtēplatione rerũ, sed tm̃ per capita psonarũ. in eo.ɔsil.n.xiij.c.74.
Taxas ⁊ similia annuatim exigens sufficit allegare titulũ, ⁊ eum probare per vsum ⁊ ɔsuetudinez tanti temporis, cuius initij ⁊ c. absq; alia ꝓbatione. in ɔs.xlix.n.xxiiij.c.75.
Taxa si dz solui annuatiz per rusticos ob custodiā alicuius castri, lz non ɔtinue fiat custodia, non tm̃ cessat causa, cuz homines dicti castri sunt parati custodire, qñ opus est, ideo taxa debet solui. in consi.xlix.nu.xxxij. car.75.
Tempus. xxx. vel. xl. an. ad plus reputat̃ longissimũ. in ɔsi.xxij.nu.xviij. car.36.
Tempus restitutionis in integ. qđ est quadriēniũ, non currit, nisi a die scientie. in ɔsi.liiij.nu.iij.⁊ vide nu.seq.c.78.
Tempus centum annorum est longissimum vite hominis. in consi.liiij.nu.iiij. car.78.
Tp̃s lōgius accipit̃ in disiūctiua tpis. in ɔs.lvj.n.xiij.c.80.
Tp̃s ordinario datũ ad ɔferendũ bñficiũ regulr̃ nō currit ignoranti vacationē beneficij. in ɔsi.lxx.nu.viij.ca.102.
Tp̃s.x.ann.dr̃ tp̃s diuturnuz. in ɔsi.cxxviij.nu.cx.ca.224.
Tempus, qđ datur ordinario ad cōferendum beneficium, non currit contra ordinarium ignorantem vacationem beneficij. in ɔsi.cxxviij.nu.cxxxvij. car.225.
¶ Terra ɔiuncta cum ciuitate p fedus inequale, qꝛ hz particularia capitula cũ ciuitate, ad quorũ obligationē, inuicē obligant̃ in ceteris est libera. in ɔsil.xj.nu.vj. car.24.
Terra libera est regenda suis statutis, ⁊ in eorũ defectũ ꝫm regulas iuris cōmunis. in ɔsi.xj.nu.vij. car.24.
¶ Territoriũ late, ⁊ nō ꝫm propriaz sigñationez pōt sub se ɔtinere alia territoria. in ɔsi.lxviij.nu.vij. car.96.
¶ Terminus in termino referēte dr̃ repetitum quicq̃d est in termino relato. in ɔsi.xlix.nu.xij. car.74.
Termini limitantis dispositionez natura est, vt termino elapso dispositio facta nulla sit. in consi.lxiij.nu.ij. car.84.
¶ Testādi forma est de iure ciuili inducta, qđ per aliud ius ciuile alterari pōt, qđ est statutũ, in consi.xlj.nu.iij. c.61.
Testandi licentia clericis ɔcessa de rebus ecclesiasticis, an de primo testō intelligatur. in consi.lxxxix.nu.iij. c.146.
Testandi priuilegium debet scđs ius cōmune interpretari. in consi.lxxxix.nu.vj. car.146.
Testandi licentiam a Papa habens de rebus ecclesiasticis, si semel fecit testm̃, ēt inualidum amplius testari non potest. in consi.lxxxix.nu.xxvij. car.146.
Testandi licentia de rebus ecclesiasticis est quedam dispensatio ɔtra ius cōmune, ideo est stricte interpretanda. in consi.lxxxix.nu.xxviij. car.146.
Testandi licentiam de rebus ecclesiasticis Papa sine causa ɔcedere non potest. in ɔsi.lxxxix.nu.xxix. car.146.
Testandi facultatem habens de iure cōmuni, vel ex priuilegio non odiose ɔcesso, potest totiens quotiens voluerit testari. in consi.lxxxix.nu.xxx. car.146.
¶ Testari qui possunt proprie ab intestato dicūtur decedere. in consi.x.nu.ij. car.23.
Testari qui non pōt, nec intestatus, nec ab intestato proprie decedere dicitur. in consi.xxiij.nu.v. car.37.
Testari in dubio vr̃ voluisse, ⁊ non codicillari qui in dispositione sua aliquez heredem facit. in ɔsi.cxj.nu.viij.c.180.
Testatus pro parte, ⁊ pro parte intestatus, nemo excepto milite decedere potest. in consi.cxj.nu.ix. car.180.
Testati causa est dignior, ⁊ trahit ad se causam intestati. in consi.cxj.nu.xj. car.181.
¶ Testator lz non possit prohibere petitionez ltime, tm̃ statutum potest. in consi.xxv.nu.xxiij. car.44.
Testatoris dispositio facta refragante aliqua lege non valet. in consi.xxvij.nu.ij. car.46.
Testator si in vna substōne alicui fcā dixerit, si ðcesserit sine filijs masculis, ⁊ in alia alteri substituēdo dixerit, si decesserit sine filijs, nō subaudit̃ masculis. i ɔ.xxix.n.xij.c.48.
Testator si instituit filiũ suum, ⁊ si sine filijs decesserit, substituit quedā eius fratrem, ⁊ filiũ alterius fratris premortui, qbus sine liberis ðcedētibus substituit quedā defuncto testatore, primo ðcessit frater sine filijs, deinde filius fratris, viuente adhuc herede, postea heres sine filijs decessit. lz substō videatur extincta, qꝛ filius fratris decessit cũ filijs, tm̃ qꝛ decessit ante hrd̃em, ⁊ per ɔñs substitutio fuerit effecta caduca, substitutus admittit̃, cũ vigeat eadē rō ex iterp̃tata mēte testōris. in ɔs.xlj.n.xxiij. c.64.
Testōrez aliq̃d velle, an sufficiat, nisi ⁊ illud disponat. in ɔsilio.xlj.nu.xxvj.car.64.⁊ in ɔsi.lxxj.nu.lviij. car.110.
Testōris voluntas, que pro lege habetur, debet executioni mandari. in consi.lv.nu.ix. car.79.
Testator si legat vnum ex duobus suis equis hospitalarijs, alium predicatoribus hospitalarij preferuntur in electione. in consi.lxxij.nu.xvj. car.105.
Testōris voluntas sic dz interpretari, vt tm̃, qđ poterat, voluisse dicatur. in ɔsi.lxxj.nu.lv. car.110.
Testōr qñ aliquo mō tollerat̃ ð feudo disponere, id solũ ē, qñ testōr exp̃mit, q͏ ð eo disponit. i ɔ.lxxij.n.lvij.c.110.
Testator volens vnam proprietatem alium vsumfructum habere, nisi modum requisitum seruauerit, volūtas eius non sortitur effectum. in consi.lxxij.nu.lix. car.110.
Testōr ð feudis disponere ñ pt̃. i ɔ.lxxiiij.n.iij.⁊.xij.c.114.
Testator presumitur regulasse suam voluntatem, ꝫm iura. in consi.lxxiiij.nu.v. car.114.
Testōr grauare pōt hrd̃ē vt vēdat. in ɔ.lxxiiij.n.vj.c.114.
Testatoris dispositio censetur ɔformis dispositioni iuris in materia in qua disponit. in consil.lxxiiij.nu.ix.car.114. ⁊ in ɔsi.cxxxix.nu.xxvij. car.251.
Testōris dispositio qñ est sortita suũ effectũ, frustra de eius implemento queritur. in consi.lxxiiij.nu.x. car.114.
Testator lz disponat, q͏ vnus ex filijs in duabus partibus feudi succedat, ⁊ alter in tertia, tamē pariter ad vtrunq;

pertinebit.in consi.lxxiiij.nu.xij. car.114.

Testõr si legat feudũ ei,qui i[illegible]rere non põt, non debet eius extimatio,ét si ad p[illegible]nas legetur, vel ꝯiuncte persone.in ꝯsi.lxxiiij.n[illegible]u.xxij. car.115.

Testatoris voluntatem se[illegible] debemus,sicut venator leporem.in consi.lxxxiiij.nu.i. car.141.

Testator instituens aliquem heredẽ vnius possessionis intelligitur,ꝙ instituat taꝫ in proprietate, q̃ꝫ in vsufructu. in consi.lxxxiiij.nu.vj. car.142.

Testõr si relinquat aliqueꝫ hr̃dem vsufructuariũ vnius predij,eo viuẽte,⁊ post mortẽ eius restituat alicui, talis mẽtio vsufructus non facit legatũ esse solũ vsumfructũ,sed etiam proprietatem.in ꝯsi.lxxxiiij.nu.vij. car.142.

Testõris in perq̃renda voluntate plerũqꝫ erratur propter nimiam subtilitatem.in ꝯ.lxxxv.nu.i. car.142.

Testatoris voluntas in testamentorũ interpretatione summa diligentia perquirenda est.in ꝯsi.lxxxv.nu.v.c.143. ⁊ in consi.ciij.nume.xx. car.169.

Testatoris voluntas seruanda est,qualiacunqꝫ verba fuerint prolata.in ꝯsi.lxxxv.nu.vj. car.143.

Testator si instituat filiũ post vxoris mortem,illud tempus mortis reijcitur.in ꝯsi.lxxxv.nu.xij. car.143.

Testatoris voluntas vt seruetur,a verboꝝ proprietate receditur.in consi.lxxxvj.nu.i. car.144.

Testator q̃n aliquid disponit super aliqua credulitate, si q̃d credebat sit falsum,dispositio illa non sortitur effectum. in consi.lxxxix.nu.xxij. car.146.

Testatoris voluntas est perquirenda in interpretatione testamentoꝝ,⁊ conditionum in eis appositaꝝ,que reperta seruari debet.in ꝯsi.xc.nu.vij. car.147.

Testatoris ordinata dilectio in substitutionibus attẽditur. in consi.xc.nu.ix. car.147.

Testator grauans,⁊ onerans substitutum, ⁊ volens onus adimpleri,vult ⁊ illud per quod ad tale implementum peruenitur.in ꝯsi.xc.nu.x. car.147.

Testatoris iudiciũ irritum esse nõ dꝫ.in ꝯsi.xc.n.xj.c.147.

Testator disponens in aliquo casu,censetur ẽt in eo disponere,si talem casum euenturum cogitasset, verisimiliter sic disposuisset.in ꝯsi.xc.nu.xiij. car.148.

Testõris voluntati satisfaciendũ est.in ꝯsil.xciij.n.ij.c.150.

Testõr si vocat illos de casali,comprehendit sub hijs vbis amita ipsius testatoris.in ꝯsi.xciiij.nu.vij. car.151.

Testatoris voluntas dicitur illa,quam verba demonstrãt. in consi.xcv.nu.ij. car.154.

Testatoris verba q̃n sunt dubia,facienda est illa interpretatio,per quã voluntas testõris reddatur ꝯformis statutis loci,ẽt ab intestato loquentibus.in ꝯsi.xcv.nu.ix.c.155.

Testõris intentio ex verbis arguitur,an voluerit facere pupillarem substitutionem.in ꝯsi.xcv.nu.xv. car.155.

Testator in dubio videtur minus grauare heredem. in consil.xcviij.nu.iiij. car.158.

Testatoris voluntas per ꝯiecturas reperta omnino seruari debet,qualiacunqꝫ verba fuerint prolata, ẽt impropria.in ꝯsi.xcviij.nu.vij. car.159.

Testatoris mens inspici debet, lꝫ verba aliud innuant. in consi.xcviij.nu.ix. car.159.

Testõr si prius leget fundũ instructum generaliter,⁊ postea enumeret aliqua specialiter de ꝯtentis in generali legato,dicitur id fecisse ex abundãti,non ad diminutionem primi legati.in ꝯsi.xcviij.nu.xxx. car.160.

Testõris dispositio debet interpretari,vt omnia verba aliquid operentur.in ꝯsi.xcix.nu.xv. car.161.

Testator si a filia pure mille reliquit,⁊ eo mortuo hijs mille non solutis,reliquit quingenta, in hoc vltimo legato de quingentis,lꝫ sit factum post mortem filij, non intelligitur ꝯditio si sine liberis decesserit, qꝛ cum sit vna dispositio ꝯtinuata,sicut in primo legato non subintelligitur hec ꝯditio,ita nec ẽt in scd̃o.in ꝯsi.c.nu.v. car.162.

Testator si relinquat filie institute ⁊ Titio, ⁊ filijs Titij domum,⁊ post mortem filie Titij,⁊ eius filiorum relinquat Sempronio fratri suo, ⁊ filijs eius, ⁊ post morteꝫ Sempronij,⁊ eius filioꝝ reliquit ecclesie in persona filie non intelligitur conditio si sine liberis decesserit. in consilio. c.numero.xvj. car.163.

Testator si in aliqua substitutione facit mentionem de filijs masculis , ⁊ in alia simpliciter de filijs, in ea non debet intelligi de masculis,sed simpliciter de filijs intelligitur. in consi.c.nu.xx. car.163.

Testatoris intentio cõmittẽtis dubia in declaratione alicuius,non se extendit ad ea que sunt iuris.in consilio.c. numero.xxvij. car.164.

Testõris voluntas non debet cõmitti in alterius arbitrio. in consi.c.nu.xxix. car.164.

Testatoris mentem,quem non audimus ⁊ qui nobis eam aperire non potest q̃n agimus de ea interpretanda dicimur ambulare in tenebris.in consi.cj.nu.i. car.164.

Testatoꝝ voluntas in interpretatione testamentoꝝ omni cum diligentia perquirenda est.in ꝯsi.cj.nu.v. car.164.

Testõris mẽte verisimile est id esse,q̃d per notariũ ponitur in instr̃o,ẽt per diuersa verba.in ꝯsi.cj.nu.viij. car.165.

Testator non creditur voluisse,quod non expressit.in consilio.cij.nume.xxix. car.167.

Testõris volũtas ⁊ quilibet alius actus interpretari debet, vt valeat.in ꝯsi.ciij.nu.xxvij. car.169.

Testatoris voluntas q̃n multipliciter potest intelligi, dꝫ intelligi esse talis,per quam,q̃d ab eo factum est, nõ infringatur.in consi.ciij.nu.xxviij. car.169.

Testatoris voluntas in dubio est aptanda dispositioni statutarie,in consi.ciij.nu.xxx. car.169.

Testatoris voluntas magis debet attendi, q̃ꝫ verboꝝ interpretatio.in consi.ciiij.nu.ij. car.171.

Testõris affectio vocantis aliquos in eodem gradu,an videatur eos equaliter vocare pp̃ equalẽ affectionẽ,ẽt si verboꝝ proprietas repugnet.in ꝯsi.ciiij.nu.iiij.⁊.xix.c.171.

Testõris dispositio facta de personis,que sibi ab intestato succedere possent, intelligitur eo modo, ⁊ ordine,quo de iure cõi,vel municipali vocarentur.in ꝯsi.ciiij.n.xxvj.c.172.

Testator si simpliciter vocat filios,in loco vbi masculi feminis preferuntur ex forma statuti, dr̃ prius vocasse masculos ƀm ordinem statuti.in ꝯsi.ciiij.nu.xxvij. car.172.

Testator si simpliciter aliq̃d relinquat suis fratribus,intelligitur primo voluisse relinquere fratribus vtrinqꝫ ꝯiunctis,⁊ postea ꝯiunctis vno parente tñ,prout de iure cõmuni vocarentur.in ꝯsi.ciiij.nu.xxviij. car.172.

Testatoris voluntas pro lege seruari dꝫ. in ꝯsi.cv. nume.ij. car.172.⁊ in ꝯsi.cxxiiij.nu.xij. car.208.

Testõr si relinquat vsumfructum vxori, si vidua permanserit,⁊ post eius mortem reliquat Titio, lꝫ Titius debeat habere q̃ꝫ primuꝫ vxor transit ad scd̃a vota, aliter nõ expectata eius morte, tñ si fuerit dictum, tunc ⁊ eo casu debet expectari mors vxoris.in consil.cvj.nu.vj.car.174. ⁊ nume.xxij.xxix.et.xxx. car.175.

Testatoris prouisio facta in vnum casuꝫ, procedit ⁊ in alio, in quo testator verisimiliter statuisset, si interrogatus fuisset.in consi.cvj.nu.xj. car.174.

Testatorem velle sue soboli extraneum preferre verisimile non est.in consi.cvj.nu.xxj. car.174.

Testatoris a voluntate disposita in testamentis regulãtur. in consi.cix.nu.xj. car.178.

Testatoris dispositio ex tempore non debet alterari.in consil.cix.nume.xix. car.178.

Testõris voluntas in testamentoꝝ interpretatione primuꝫ locum obtinet.in consi.cx.nu.v. car.179.

Testõrem non sufficit quid velle,aut in mẽte agitare,nisi illud aliquo modo disponat.in ꝯsi.cxj.nu.xxviij.car.181.

Testator grauare non põt eum, qui ab eo honoratus non est.in consi.cxij.nu.xiij. car.183.

Testõris volũtas postq̃ꝫ est reperta seruari dꝫ, qualiacũqꝫ verba in testõ proferantur.in ꝯsi.cxiij.nu.xij. car.184.

Testõris affectio in dubio presumitur maxima erga descendentes, ⁊ eius nepotes, q̃ꝫ alios.in ꝯsi.cxiij.n.xiij.c.184.

Testõr qui in re legata predilexit filiũ,ita ẽt predilexit eius filios.in consi.cxiij.nu.xvij. car.185.

Testatoris hereditas per heredis aditioneꝫ tale nomẽ non perdit.in consi.cxiij.nu.xxxiij. car.185.

Testatoris mens clara non debet per iuris subtilitateꝫ,aut per strictam verborum significationem impediri. in consil.cxiij.nume.xxxiij. car.185.

Testator

Testator si legat alicui fundum, et iubeat heredi, ne legatarium molestet, heres non potest uti interdicto quorum legatorum. in consi. cxiij. nu. xlij. car. 186.
Testatoris prohibitio est fortior, quam contrahentium. in consil. cxiij. nume. xlv. car. 186.
Testator pot remittere tutori inuentarij confectionem. in consi. cxv. nu. xvj. car. 189. et nu. xx. vbi de ratione. car. 190.
Testator non potest remittere confectionem inuentarij vsufructuario, cum non possit remittere cautiones de vtendo et fruendo arbitrio boni viri. in consi. cxv. n. xviij. c. 189.
Testator non potest facere quin leges non habeant locum in suo testamento. in consi. cxv. nu. xix. car. 190.
Testator non potest remittere cautiones de vtedo et fruendo arbitrio boni viri, quia talis remissio prestat materiam delinquendi, et est in heredis fauorem introducta. in consil. cxv. nume. xxiij. car. 190.
Testatoris prohibitio de non molestando debet intelligi, quando malo animo, et modo aliquid fieret. in consilio. cxv. numero. xxviij. car. 190.
Testator precipiens aliquid contra ius cum pena, pena non committitur, licet preceptum non seruetur. in consi. cxv. n. xxxj. c. 190.
Testatoris dispositio faciens mentionem de filijs in eorum fauorem eis relinquendo, secundum communem opi. veniunt etiam nepotes, maxime quando testatoris dispositio fuit in tempus futurum collata. in consi. cxvj. nu. xiij. car. 192.
Testatoris voluntas presumpta, sicut inducit vt non habeat locum representatio circa gradus proximitatem, vbi alias admitteretur, ita etiam ex verisimili mente testantis inducitur, vt representatio procedat, licet de iure admittenda non esset. in consi. cxvj. nu. xxx. car. 193.
Testatoris dispositio loquens in patre propter identitatis rationem trahitur ad filium. in consil. cxvij. nu. iiij. car. 195. et vide ibi nu. xxviij. et. xxxiiij. car. 196.
Testatoris dispositio in vno casu loquens trahi debet ad alium, in quo si de eo cogitasset, idem statuisset. in consi. cxvij. nu. v. et. vj. car. 195. et nu. xxv. xxviij. et. xxix. car. 196.
Testatoris dispositio aliquid relinquentis alicui, casu quo filius testatoris decedat sine herede, perinde est, ac si dixisset, si sine liberis decedat. in consi. cxvij. nu. vij. car. 195.
Testatores nominando legatarios, et fideicommissarios ad euitandam incertitudinem eorum, quibus fiunt legata, et fideicommissa solent exprimere nomen eorum familie. in consi. cxvij. nu. xxxj. car. 196.
Testator ponens solum masculos in conditione ad exclusionem substitutorum, et non feminas, quas voluit per substitutos excludi, non dicitur quod voluerit reseruare ius succedendi ab intestato, quia femine tunc pariter cum masculis admitterentur. in consi. cxviij. nume. v. car. 197. et vide numero. xvj. car. 198.
Testator solum ponens masculos in conditione, et substituens alios filios masculos, feminis semper exclusis, dicitur hoc facere ratione agnationis conseruande, que per masculos, et non feminas conseruatur, et sic videtur quod eos tacite per fideicommissum vocauerit. in consi. cxviij. nu. vj. car. 197. et nume. xvij. xix. xxj. et. xxiiij. car. 198.
Testator grauans filios masculos positos in conditione, vt dotent filias feminas, an per hoc grauamen dotandi sint per fideicommissum vocati. in consi. cxviij. nume. vij. car. 197. et nume. xxij. vbi dicit quod non. car. 198.
Testator, si in casu quo aliquis ex suis heredibus decederet sine masculis, voluit per fideicommissum vocare eius fratres, vt eorum fauore bona non possint alienari, an testator dicatur etiam velle fauore filiorum decedentis vti sibi proximiorum, et cariorum. in consi. cxviij. nu. ix. ca. 197. et vide nume. xxv. et. xxvj. car. 198.
Testator censetur magis diligere filios sibi notos quam nepotes ab eo nunquam cognitos. in consi. cxvij. nu. xxvj. car. 198.
Testatoris votum debet adimplere, qui commodum ex eo testamento consequitur, etiam si esset circa res proprias ipsius commodum sentientis. in consi. cxx. nu. xiij. car. 202.
Testator si faciat substitutum filio suo pupillo in hereditate ipsius testatoris, licet hoc verbum hereditas sit vniuersale respectu hereditatis testatoris, non tamen est respectu hereditatis filij. in consi. cxxj. nu. i. car. 203.
Testatoris dispositio continens pupillarem substitutionem dicitur pupillo fauorabilis, quia per eam sibi de herede prouidetur. in consi. cxxj. nu. ij. car. 204.
Testatoris dispositio continens fideicommissum dicitur esse filio onerosa, ibidem.
Testator si dixerit in eius prima voluntate se velle ad libitum testari, licet implicite voluerit non valere, nisi de illa sua voluntate sit facta mentio, postea testando, et dicendo quod volebat suum testamentum valere, aliud cassando debet valere, licet de illa voluntate non sit facta mentio, quia videtur ab illa lege sibi imposita recessisse. in consi. cxxiiij. n. xxxviij. c. 209.
Testator si dicat se velle codicillari, sed quod codicilli non valerent, nisi sua manu signati essent, facti postea codicilli simpliciter valent, quia videtur recessisse ab illa sua voluntate, quod sua manu signarentur. in consi. cxxiiij. n. xxxix. c. 209.
Testator ita de re heredis, sicut de sua disponere potest. in consi. cxxiiij. nu. lxxvij. car. 210.
Testator si legat rem emphiteoticam, que post se erat futura heredis eius, valet legatum, et heres illud implere tenetur, maxime quando legatum est factum alicui de comprehensis in inuestitura. in consi. cxxiiij. nu. lxxviij. car. 210.
Testatoris voluntas etiam per coniecturas habita omnino seruari debet. in consi. cxxv. nu. ij. car. 211.
Testator si heredes instituat diuidendo hereditatem in tres partes habito respectu ad tres eius filios, seu ad cuiuslibet ipsorum lineam, deinde post eorum mortem nullis remanentibus, singula singulis congrue referendo, velit, quod hereditas decedentium nullis remanentibus deueniat in aliquem, dicitur per illa verba singula singulis etc. substituisse distincte in effectu cuiuslibet linee, hoc est si vna defecerit, substitutus veniat ad partem deficientis linee, etiam si alie linee supersint. in consi. cxxv. nu. xiij. c. 211.
Testatoris dispositio non debet induci circa ea, que interrogatus non respondidisset. in consi. cxxv. nu. xxiiij. car. 212.
Testatoris dispositio sic debet intelligi, ne a sapientibus reprehendi possit. in consi. cxxv. nu. xxv. car. 212.
Testatoris dispositio non debet vitiari ob notarij imperitiam, sed debet attendi id, quod testator voluit. in consil. cxxv. nu. xxxiiij. car. 212.
Testatoris mortis tempus inspicitur in vocandis proximioribus de familia post nominatos. in consi. cxxvj. nu. i. car. 213. vide tamen nu. xxvj. car. 214. et nu. xlij. car. 215.
Testatori pariter proximi omnes admittuntur. in consil. cxxvj. nu. ij. car. 213. et nu. xliij. car. 215.
Testatoris dispositio est interpretanda secundum eius voluntatem. in consi. cxxvj. nu. vij. car. 213.
Testatoris voluntas iudicatur secundum eius affectionem naturalem, que est in proximiores, et non in remotiores. in consi. cxxvj. nu. viij. car. 213. vide ibi nu. lij. car. 216.
Testatoris voluntas, si aliud non appareat, sumitur ex illius verbis. in consi. cxxvj. nu. ix. car. 213.
Testator presumitur velle, quod per substitutionem fideicommissariam per eum factam censeantur vocati illi, qui de iure communi, vel municipali ab intestato erant successuri. in consi. cxxvj. nu. xxj. car. 214.
Testator sicut predilexit institutum. et eum sororibus prepo suit, ita etiam eum grauando respectu bonorum, que ad eum peruenerunt, censetur predilexisse eius descendentes, licet testatori sint remotiores. in consi. cxxvj. nu. xxiiij. ca. 214.
Testator sicut in fideicommisso inter masculos facto, vult inspici proximitatem respectu persone grauate, ita etiam creditur velle in fideicommisso, quod per masculos in fauorem feminarum fecit. in consi. cxxvj. nu. xxx. car. 215.
Testator si dicat volo quod meum testamentum valeat iure testamenti, et codicillorum illa copulatiua, et, resoluitur in disiunctam, quando idem non potest esse testamentum, et codicilli. in consi. cxxviij. nu. v. car. 220.
Testatoris dispositio extenditur ad omnes casus, in quibus si fuisset interrogatus idem verisimiliter respondidisset. in consi. cxxviij. nu. xvj. car. 220. et nu. lxxxiiij. car. 223.
Testator si instituat Titium, et si heres non erit, vel si erit, et moriatur sine liberis substituat Gaium, ex quo in secundo capite de liberis cogitauit, illa conditio liberorum in primo capite subintelligitur. in consil. cxxviij. nume. xx. car. 220.

 vide ibi nume.xcix. car.223.

Testator cogitādo de nepotibus, de filijs institutoꝝ si de eis non prouidet, apparet ꝙ non vult eos admitti. in consi.cxxviij.nu.xxxix.car.221.nu.cciij. car.228.

Testator si voluit ꝙ per hr̄des emeretur domus, quā filie hr̄di relinquebat, Titio, filijs Titij, post mortez filie Titij, eius filioꝝ relinquebat ecclesie, in psona filie non subintelligitur ɔditio liberoruz, rōnem assignat.in ɔsi.cxxviij.nu.liij.car.222.nu.ccxij. car.228.

Testōr lz faciendo mentionez de filijs non censeaꝛ cogitasse de posthumis, tn̄ si de posthumis in alia parte testi fiat mētio, cēseꝛ de illis cogitasse.in ɔsi.cxxviij.n.ccvj.c.228.

Testōr si in duabus substōnibus fecit mētionē de filijs masculis, in tertia de filijs simplr̄, in hac tertia non dꝫ intelligi de masculis tm̄.in ɔsi.cxxviij.nu.xxxiij. car.230.

Testōr si vocauit illos de parentela feminina proximiores, ēt vocauit illos de parentela masculina simplr̄, censetur noluisse admitti proximiores de parentela masculina, qꝛ exprimendo proximiores de parentela feminina, de illis tm̄ cogitauit.in ɔsi.cxxviij.nu.ccxxxv. car.230.

Testatoris voluntas probaꝛ per cedulam manu eius scriptam sine testibus.in ɔsi.cxxix.nu.xij. car.234.

Testatoris prouisio qn̄ tollat prouisionem legis. in consil. cxxx.nume.ix. car.237.

Testatoris dispositio expressa, qn̄ faciat cessare tacitam. in consi.cxxx.nu.x. car.237.

Testator an possit prohibere trebellianicā detrahi per quoscunqꝫ grauatos.in ɔsi.cxxxj.nu.i. car.238.

Testator pōt facere ꝙ heres extraneus grauatus fructus in trebellianicam imputet.in ɔsi.cxxxj.nu.vj. car.238.

Testator pōt ordinare, ꝙ in falcidiam imputetur id, quod ipsi heredi debebat, ēt ꝙ alias falcidia prohiberi nō possit.in ɔsi.cxxxi.nu.xviij.car.239.nu.lxvj. car.241.

Testōris voluntas, vbi verba nō repugnāt, dꝫ interpretari ɔformis iuri cōi, vel municipali.i ɔsi.cxxxiij.n.xx.c.244.

Testator si simpliciter aliquid relinquat fratribus suis, dicitur voluisse ꝙ primo detur fratribus vtrinqꝫ coniūctis, postea fratribus ex vno parēte tantum, ꝫm qḋ de iure cōmuni ab intestato vocarētur.in consi.cxxxiij.nu.xxiiij. car.244. in ɔsi.cxl.nu.viij. car.252.

Testator si vocat aliquos, nec exprimit in capita, vel in stirpes, in hoc dubio debet eius dispositio regulari a successione ab intestato.in ɔsi.cxxxiij.nu.xxvj. car.244.

Testatoris intentioni verba seruire debēt. in consil.cxxxix. numero.ix. car.250.

Testatoris mentez semp sectari debemus in interpretatione statutoꝝ.in consi.cxxxix.nu.xij. car.250.

Testōris mens oīno preualere debet, obseruari qualiacunqꝫ verba prolata fuerint.in ɔsi.cxl.nu.iij. car.251.

Testatoris sensus quando notus est, nunqꝫ verborum interpretatio tantum valet, vt melior sensu existat.in consil.cxl.nume.iiij. car.251.

¶ Testm̄, testamentaria dispositio circa feuda non valet. in consi.lxxij.nu.iiij. car.112.

Testamenta recte, rite facta seruari debent.in cōsil.lxxij. numero.xix. car.112.

Testamentum per mortem confirmationem recipit. in consil.lxxxix.nu.v. car.146.

Testm̄ non vitiatur, ex eo ꝙ testibus in eo adhibitis, aliquid sit relictum, vel ei qui testamentuz dictabat. in consil.lxxxix.nu.ix.et.xij. car.146.

Testm̄ non habens publicam scripturam si mortui sunt testes, ex defectu probationis ruit, nisi prius fuerit dictuz testm̄ publicatum.in ɔsi.lxxxix.nu.xxj. car.146.

Ex testō nō scripto per notariuz heres hr̄ditatez adire non pōt, nisi publicetur.in ɔsi.lxxxix.nu.xxij. car.146.

Testamēti interpretatio sumitur ex precedentibus, sequētibus.in consi.cj.nu.vij. car.165.

Testm̄, in quo filius non est institutus, nec exheredatus, licet ei fuerit aliquid relictuz iure institutionis non valet. in consi.cv.nu.iij. car.172.

Testamenti vna pars aliā declarat, sicut precedentia declarant sequentia, ita eꝫ, ēt si simus in declaratione limitatoria, vel moderatoria.in ɔsi.cv.nu.vij. car.173.

Testm̄ scd̄m an tollat primum, si ex scd̄o, nec heres, nec substitutus admitti possit, in quo erat clausula cassans, annullans, ēt clausula codicillaris.in ɔsi.cvj.nu.xxij. ibi nu.xxiij. vbi dicit, ꝙ primum remanet, nec res dicitur redacta ad causam intestati. car.175.

Testamentum primum non potest dici per scd̄m sublatuz, qn̄ substituti in scd̄o possunt adire, qꝛ pēdet ɔditio, sic cum possit esse locus cause restati, non pōt esse locus cause intestati.in ɔsi.cv.nu.xxxiiij. car.175.

Testm̄, in quo filius est preteritus, est ipso iure nullum. in consi.cvij.nu.i. car.176.

Testm̄, in quo filius est preteritus, vel exheredatus, hodie non vitiatur tanqꝫ a demente factum, sed propter iniuriam filio illatam.in ɔsi.cvij.nu.xxix. car.176.

Testamenti vna pars declarat aliam.in ɔsil.cxiiij.nu.xxij. car.187. in ɔsil.cxxviij.nu.xxiiij.car.221. vide tn̄ nume.xcvij.car.223. nu.ccij. car.227.

Testm̄ si habet clausulam derogatoriam sequentis volūtatis, vt scd̄a voluntas postea valeat, requiritur ꝙ testator dicat se spāliter penitere, tn̄ si ex coniecturis ɔstet, ꝙ testator voluerit a prima voluntate recedere absqꝫ aliqua speciali exp̄ssione satis est.in ɔsi.cxvj.n.xvj.c.192.

Testm̄, in quo masculi de agnatione feminis preferuntur, dicitur factum gratia sue agnationis ɔseruande.in consil.cxix.nume.xxxiiij. car.201.

Testm̄ si non valet, nec legata, nec alia in eo disposita, vel accessoria non valent.in consi.cxxiiij.nu.i.car.207. vide ibi nume.lvij. car.210.

Testm̄ secundum si fiat, in quo non appareat de penitentia prime voluntatis, de speciali reuocatione clausule derogatorie in ea posite, illud testamentum scd̄m non valet, quasi nō sit in eo ɔsensus testatoris.in ɔsi.cxxiiij. nu.iij.ca.207. vide ibi nu.xxij.xxv.c.208. nu.lj.ca.209.

Testm̄ inter liberos tacite dicitur a.l.habere clausulā derogatoriam ad sequētia, vt sequēs testm̄ non valeat, nisi in eo solemniter facto expresse dicat se nolle primuz testm̄ inter liberos factum valere.in ɔsi.cxxiiij.nu.v. car.207.

Testm̄ primum inter liberos si est magis fauorabile, qꝫ secundum etiam inter liberos, non tollitur, sed oportet, ꝙ primum testm̄ reuoceꝛ, ac si scd̄m inter extraneos esset. in consi.cxxiiij.nu.vj. car.207.

Testm̄ scd̄m non valet, nisi fiat specialis mentio de primo, illud cum sua clausula derogatoria reuocando, qn̄ primum erat factum cuz clausula ad scd̄m derogatoria, qꝛ nolebat scd̄m testm̄ valere, nisi in eo fieret mentio de primo illō in idiuiduo reuocādo.i ɔ.cxxiiij.n.xxviij.c.208.

Testm̄ scd̄m valet, absqꝫ eo qḋ de primo specialis mentio fiat, qn̄ in primo derogatio ad sequēs testm̄ tacite, nō expresse colligebatur.in ɔsi.cxxiiij.nu.xxij. car.208.

Testm̄ scd̄m valet absqꝫ spāli reuocatione clausule derogatorie in primo posite, qn̄ fuit posita clausula derogatoria solēnitatis, non volūtatis ad sequentia testamēta. in consi.cxxiiij.nume.xxv. car.208.

Testm̄ inter liberos, sicut censeꝛ habere clausulam derogatoriam ad sequētia testamenta, ita ēt dicitur habere clausulam derogatoriā ad precedētia, ēt si sint inter liberos. in consi.cxxiiij.nu.xxxj.et.xxxij. car.209.

Testm̄ inter liberos pro eius validitate pleniori dicitur habere clausulam, ꝙ valeat omni meliori modo. in consilio.cxxiiij.nu.xxxij. car.209.

Testm̄ scd̄m valet, absqꝫ eo ꝙ in eo fiat specialis mentio, reuocatio primi testamenti habentis etiam clausulaz derogatoriam ad sequentia qn̄ post factum testm̄ primum probareꝛ ꝙ testōr mutauerit voluntatē ex aliqua supueniēti cā.in ɔsi.cxxiiij.nu.lij.car.209. nu.lvj. car.210.

Testamentum secundum quare non valeat, si in eo non est facta specialis mentio primi, id cum sua clausula derogatoria posita non reuocet.in ɔsi.cxxiiij.nu.liij. ca.210.

Testamentum primum licet habeat clausulam derogatoriam ad sequentia testamenta, si tamen postea sequatur aliqua dispositio, que cum prima commutabilis sit, ei non intelligitur derogatum, licet in ea reuocetur illa clausula derogatoria in primo testamento posita.in consil.cxxiiij.nume.lix. car.210.

Testamentorum verba sic debent interpretari, ne repugnantiam contineant. in consil. cxxv. nume. xvj. car. 211.

Testamenti sensus dubius intelligi d3 in sensum verisimiliorem, et qui plerumq3 in testatoribus considerat, et qui in regione solet attendi, et charitati personarum, de quibus agitur, conueniat. in consil. cxxv. nume. xxxj. car. 212.

Testi vnum caput p aliud declarat. i consil. cxxvj. nu. xxxj. ca. 215.

Testamentum inter liberos conditum vt reuocari possit vltra alia requisita septem testes requirunt. in consil. cxxvij. nu. ij. car. 217.

Testamentum primum si continet institutionem, nedum filiorum, sed etiam extraneorum, secundum vero habet institutionem filiorum, tollit primum, etiam non seruata forma auct. inter liberos. in consil. cxxvij. nume. xvj. car. 218.

Testamentum primum, si sit factum, in quo sit relictum equaliter filijs omnibus, secundum vero fiat, in quo vni soli relinquat, et quod in primo datum erat, alteri adimat hoc secundum non valebit non seruata forma dicte auct. hoc iter liberos, qz hoc secundum non est liberis fauorabilius, sed primum. in consil. cxxvij. nume. xvij. car. 218.

Testamentum vbi apud aliquem reperitur presumitur illud legisse, et contentorum in eo notitiam habuisse. in consil. cxxviij. num. cvij. et vide ibi nume. cxxv. car. 224. vbi limitat.

Testm faciens mentionem de substitutione d3 intelli de directa. i consil. cxxviij. nu. clxxix. ca. 226. et videibi nu. cxcij. c. 227.

Testamentum ad eius validitatez requirit. vij. testes et alias solennitates, in consil. cxxix. nume. j. car. 234.

In testamento inter liberos de iure communi sufficiunt duo testes. in consil. cxxix. nume. x. car. 234.

Testamentum et vltima voluntas inter liberos sufficit, q probetur p quelibet inditia. in consil. cxxix. nu. xj. car. 234.

Testamentum tpe pestis conditum valet, lz in eo sint pauciores testes, sm veram opinionem. consil. cxxix. nu. xiiij. car. 234.

Testamenti vna pars aliam declarat, qn diuersitas rationis considerari potest. in consil. cxxxv. nume. vj. car. 246.

Testamentum de iure coi non valet, si vltra alias solennitates, non interueniant septem testes, et hoc fuit inductum ad falsitates remouendas, in consil. cxxxviij. nume. j. car. 249.

Testamentum inter liberos cum vno teste factum valet, non aut respectu extranee psone commixte. i consil. cxxxviij. nu. ij. ca. 249

Testamentum factum coram principe inferiore sine alijs solennitatibus non valet. in consil. cxxxviij. nu. iiij car. 249.

Testamentum factum coram Imperatore quare valeat. in consil. cxxxviij. nume. vij. car. 249.

Testamentum coram Imperatore conditum an requirat testes, et quot. in consil. cxxxviij. nume. x. car. 249.

Testamenti factio non dicitur esse libera, quando aliquid remanet testatori, de quo possit disponere, sed dicitur limitata. in consil. cxliij. nume. iiij. car. 255.

Testamentum si est factum, quod d3 extendi ad consilium sapientis, si in eo sint relicta centum filie, sapiens consultus poterit, iure institutionis addere. in consil. cxliij. nu. xiiij. car. 256.

Testes graues et optime opinionis quando requirunt in aliqua probatione per statutum, hec qualitas vti a statuto requisita d3 articulari et pbari. in consil. xxij. nu. xj. car. 36.

Testi vnico et singulari non credit. in consil. l. nu. v. car. 76.

Testis vnius dicto standum est, quando concurrunt alia inditia, maxime quando alij testes sunt mortui, et etiam deponit de facto proprio. in consil. lxj. nume. viij. car. 83.

Testium dubia depositio probantem non releuat. in consil. lxij. nume. iiij. car. 83.

Testis singularis non probat. in consil. lxij. nu. v. car. 84.

Testis de proprio facto deponens non probat, nisi concurrant alia inditia. in consil. lxij. nume. vj. car. 84.

Testes duo sufficiunt ad probandum factum, puta homicidium. in consil. lxix. nume. ij. car. 98.

Testibus eatenus creditur, quatenus reddunt causam sui dicto. in consil. lxix. nume. vj. car. 98.

Testis censetur approbatus p producentem, vnde eius dicto contra eum stari debet. in consil. lxix nume. xj. car. 99.

Testi de credulitate deponenti, licet non credatur si tamen sic contra producentem deponat, dicitur recte probare. in consil. lxix. nume. xij. car. 99.

Testis deponens de credulitate probat ratione adducte rationis, quia dicit vidisse, ibidem.

Testium semper debet attendi ratio, quia illa dat esse testimonio. in consil. lxix. nume. xiij. car. 99.

Testis vnius dicto stari d3 contra eum pducentem, maxime si plura inditia cum eius dicto concurrant. i consil. lxix. nu. xiiij. car. 99.

Testis dictum dubium declarat per clarum dictum alterius testis, vt testes concordent. in consil. lxix. nume. xvj. car. 99.

Testis loquens de auditu, licet concludenter non probet, tamen facit inditium, et presumptionem, ob quam probatio in aduersarium transfertur. in consil. lxix. nu. xvij. car. 99.

Testes semper, si fieri potest, debent concordari. in consil. lxix. nume. xxiij. car. 100.

Testes quattuor de iure canonico in vrbe Roma. sufficiunt ad testamenti confectionem. in consil. lxxxix. nu. viij. car. 146.

Testes in testamentis debent esse omni exceptione maiores. in consil. lxxxix. nume. x. car. 146.

Testis habens interesse in testamento non est idoneus. in consil. lxxxix. nume. xj. car. 146.

Testium verba sic debent interpretari, ne repugnantiam contineant, in consil. cxxv. nume. xvij. car. 211.

Testes duo contestes pbant. in consil. cxlvj. nu. ix. car. 265.

Testis minus idonei dictum iuuatur dicto alterius testis. in consil. cxlvj. nume. xij. car. 265.

Testis non pot reprobari, cuius fides fuit semel approbata eum p parte sua pducendo. in consil. cxlvj. nu. xiij. car. 265.

Testis quando repellitur a testimonio propter meum fauorem possum eius fidem probare, fauori meo renunciando. in consil. cxlvj. nume. xiiij. car. 265.

Testes satis est q sint in dicto concordes, qn probant turbationem possessionis, licet non concordent in numero associantium cum armis. in consil. cxlvj. nu. xxij. car. 265.

Testis vnus si dicat qndecim, alter decem, alter quinq3, oes in quinq3 consensisse dnr. in consil. cxlvj. nu. xxiiij. car. 265.

Testibus duobus affirmantibus magis creditur, q multis negantibus. in consil. cxlvj. nu. xxxviij. car. 266.

Testes adinuicem contrarij repellendi sunt. in consil. cxlvj. nume. xxxix. car. 266.

Testimonium in causa propria est prohibitum. in consil. lxxxix. nume. xvj. car. 146.

Titulus pro herede an habeat locum in filio, qui est in patria potestate, in consil. xxij. nume. vi. car. 35.

Titulus de exceptio. rei iudicate quomodo intelligatur. in consil. lxviij. nume. j. car. 96.

Titulus feudalis de re aliqua cum possessione inde secuta facit presumi, q tota illa res fuerit titulo feudali possessa. in consil. lxviij. nume. xij. car. 97.

Titulus putatiuus an sufficiat ad prescribendum. in consil. lxix. nume. xxxviij. car. 100.

Titulus iustus et priuilegium validum presumitur per tantum tempus cuius initij hominum memoria in contrarium non extat. in consil. lxxvj. nu. liij. car. 122.

Titulus ab Imperatore habitus causat bonam fidem cui standum est, vt ille qui eum habuit prescribere possit. in consil. lxxvj. nume. c. car. 124.

Titulus pro herede est sufficiens ad prescribendum. in consil. cxliiij. nume. lviij. car. 259.

Limita nisi talis titulo pro herede possidens malam fidem haberet, ibidem.

Titulus posterioris possessionis non prodest, ex quo fuit habitus post antiquiorem possessionem. in consi. cxlvj. nume. xxviij. car. 265.

Titulus an requiratur in vsucapione circa fructus et alia accessoria, et an sufficiat generalis titulus pro suo. in consil. clxx. nu. x. car. 270. et nu. xxvij. car. 271.

Titulo pro herede res defuncti non vsucapiuntur aduersus verum heredem, qz titulus ille reducitur ad non titulum, statim, cum non apparet, q est heres. in consil. cl. nu. xxvj. car. 271.

Traditio nuda a cam non trasfert dominium. in consil. xxvj. nume. xv. car. 45.

Traditio in transferendo dominium non requiritur, in Imperatore, sicut nec in Ecclesia ex spetiali priuilegio. in consil. lxv. nume. iiij. car. 86.

Transmissio dicitur esse vtilis, et commoda morienti. in consil. cxix. nume. xxiij. car. 200.

¶ Transactio etiam solēniter facta rescinditur per enormē lesionem.in consil.lix.nu.iiij. car.82.
Transactio an & quando valeat,non inspectis verbis testamenti.in consil.lix.nu.vij. car.82.
Transactio non porrigitur ad incogitata,& ignota.in consil.cxvj.nume.xxxvij. car.193.
Transactio inter diuidentes facta nihil circa fideicōmissuz operaf,nisi in ea sit dictum inspectis & cognitis verbis testamenti, cum a testamento fideicōmissum pendeat.in consil.cxvj.nu.xxxviij. car.193.
In trāsactione fuit inductū in odiū occultantiū, vt nō valeret,nisi inspectis & cognitis testamenti verbis,ne qs,eis non inspectis decipiatur.in consil.cxvj.nu.lxvij.ca.194.
Trāsactio ꝑpa & ūa lz nō valeat sup depēdētibus ex testō, nisi inspectis ūbis testamēti, & ꝙ de eo fuerit cogitatuz, tñ secus est in pactis gratuitis.i ꝯsi.cxvj.nu.lxxj.c.194.
Transactio non potest fieri sup dependentibus ex testō,nisi inspectis cognitisqz verbis testamenti, & aliter facta nō valet.in consil.cxxviij.nu.cxx. car.224.
Transactio vera est illa,cum vel de eo super quo transigif, aliquid retinetur,vel ꝓ toto retinendo aliquid detur.in consil.cxxviij.nu.cclxij. car.232.
Transactio si fit inter heredes & creditores hrditarios,vel debitores non opus est videre verba testamēti, quoniaz nil releuat.in consil.cxxix.nu.xxxiiij. car.235.
Limita tamen vt ibi,nu.xxxvj.
Transactio si sit facta super parte legati non visis verbis testamenti vitiaf in totum.in ꝯsi.cxxix.nu.xxxviij.ca.235.
Transactio,ad hoc vt valeat, debet esse facta occasione litis mote, vel que moueri poterat.in consilio.cxliiij.numero primo. car.257.
Trāsactio,ad hoc vt valeat, requirit quod hinc & inde sit aliquid remissum vel promissum.in consilio.cxliiij.numero secundo. car.258.
Transactio qñ est facta per vxorem cum presentia & consensu sui mariti,presumi dz,ꝙ omnis fraus,dolus,& deceptio abfuerit.in consil.cxliiij.nu.iiij. car.258.
Transactio dr nulla, qñ est facta super hijs que sunt bone fidei,si euidens calumnia & dolus vnius ex transigentibus in ea interuenerit,& est magis cōmunis opi.in consil.cxliiij.nume.viij. car.258.
Transactio est nulla,quando pro modico magne hereditati renunciatur.in consi.cxliiij.nu.xv. car.258.
Transactio est nulla,quando est facta super eo, de quo nulla erat,nec spabaf esse lis.in ꝯsi.cxliiij.nu.xvj.car.258.
Transactio qñ est nulla,iuramentum super ea prestitum eā non validat.in consil.cxliiij.nu.xvij. car.258.
Transactio est nulla,qñ est facta a minore, si in ea nō interuenit solēnitas,que requirif in alienationibus minoruz, in consil.cxliiij.nu.xxj. car.258.
Trāsactio,in qua minor est enormiter lesus rescindi debet.in consil.cxliiij.nu.xxiiij. car.258.
Transactio & contractus minoꝝ etiam cuz iuramento pretextu lesionis enormis rescindi debet.in consilio.cxliiij.nume.xxv.& nu.xxxj. car.258.
Transactio iurata absolutione a iuramento obtenta inessicax remanet.in consil.cxliiij.nu.xlj. car.259.
Transactio licet dicatur titulus habilis ad prescriptionez in ea re,que in trāsactione datur,non tamen inducit prescriptionem in hijs rebus,que a lite discedēdo relinquūtur.in consil.cxliiij.nu.lvij. car.259.
Transactioni iurate ꝯtraueniens, & nō obseruans in ea cōtenta cadit ab oī iure suo,& priuatur oī emolumento,qd ex trāsactione ad eū ꝑuenit,& trāsactio ad eius fauorez penitus annihilatur.in consil.cxliiij.nu.lxvj. car.259.
¶ Transuersales in feudis nouis non succedunt.in consilio.lxv.numero.xviij. car.87.
¶ Trebellianica an dicatur prohibita, ex quo testator disposuit,ꝙ omnia & integra bona tam mobilia q̄z imobilia libere pertineant ad talem,maxime in filijs primi gradus.in consil.cxiij.nu.liij. car.186.
Trebellianica est quota hereditatis iure hereditario retinenda,continens pro sua rata iura actiua, & passiua.in consil.cxxij.nu.iiij. car.205.
Trebellianica quare olim nō poterat ꝓhiberi detrahi per quēcūqz hrdem grauatum.in ꝯsi.cxxxj.nu.lij. car.240.
Et quare non prohibebatur per filios primi gradus detrahi.in consil.cxxxj.nu.liij. car.240.
Trebellianica sicut per testatorem non potest diminui, vt in ea filij primi gradus imputēt fructus,minus pōt in totum tolli.in consil.cxxxj.nu.liiij. car.240.
Trebellianica adueniente ꝯditione detrahitur de illo asse, quod detracta legitima superest,& sic in qualibet detractione vnum as semper consideratur.in consilio.cxxxj.numero.lxj. car.241.
Trebellianicā soluz possunt detrahere illi,qui vt hrdes grauantur.in consil.cxxxj.nu.lxxv. car.241.
Trebellianica ẜm magis cōmunez opinio.& equiorem in filijs primi gradus prohiberi non potest.in consil.cxxxij.numero.i. car.242.
Trebellianica transmittitur ad heredes etiam extraneos, per filium heredem grauatum restituere.in consi.cxxxij.numero nono. car.242.
Trebellianica nō detrahif de legatis & fideicōmissis ꝑticularibus,sed solū de vniuersalibus,que fiūt de tota hrditate,vel ꝑte eius sub noīe quote hrditarie, falcidia aūt de particularibus legatis, & fideicōmissis solum detrahitur.in consil.cxxxvj.nu.iiij. car.247.
Trebellianica licet non possit prohiberi in filijs primi gradus,falcidia tamē prohiberi potest.in consil.cxxxvj.nume.ix.car.247.& in ꝯsi.cxxxvij.nu.vij. car.248.
Trebellianica pōt ꝓhiberi per testatorē, sicut falcidia, ẜm magis cōmunē opinio.in consi.cxxxvij.nu.vj. car.248.
Trebellianicam hrs non perdit ob non inuentarij ꝯfectionem ẜm magis cōmu.opi.quam ꝯsuetudo admisit,que est optima legū interpres.in ꝯsi.cxxxvij.nu.ix. car.249.
Tutella Legitima non permittif matri, nisi maiori, & perfecte etatis.in consilio octauo,numero.xij. car.21.
Tutelle administratio pubertate adueniēte terminatur, sicut ipsa tutella.in consil.lxxxvj.nu.ij. car.144.
¶ Tutor si locat in perpetuum,vel ad non modicū tempus,an locatio valeat.in consil.xvij.nu.iiij. car.30.
Tutor principaliter persone datur.in consilio.xcvij.numero sexto. car.157.
Tutoris auctoritas potest interuenire ex post, cum nil veniat ei querendum.in ꝯsi.cxlij.nu.viij. car.254.
Tutor simpliciter datus dicitur datus vniuersaliter respectu omnium bonoꝝ.in consil.cxlviij.nu.i. car.267.
Tutor principalr datur persone, scdario & in ꝯñam datur ipsis rebus.in consil.cxlviij.nu.ij. car.267.
Tutor potest dari rebus pupilli, exceptis tamen qbusdam.in consil.cxlviij.nu.iij. car.267.
Tutor tenef facere inuentariū reꝝ pupilli, & quatenus non fecerit,tenetur vltra penas quas pati dz ipsis pupillis, quatenus iurauerit.in consi.cxlviij.nu.v. car.267.
Tutor vltra inuentariū dz conficere libros rōnum & administrationis tutelle,saltem vnuz,in quo redditus omnes data, & accepta per eum apte & distincte describi debēt. in consil.cxlviij.nume.vj. car.267.
Tutor non pōt propria auctoritate administrationi se ingerere,sed dz petere eā sibi per pretorem decerni,& cū iuramēto apud acta ꝓmittere,ꝙ pro ipsis pupillis vtilia faciet, & inutilia pretermittet, & defensiones eorum suscipiet,que si non fecerit,potest contra eum in litem iurari. in consil.cxlviij.nu.viij.x.& xj.vbi late. car.268.
Tutor qui predicta non seruat vti non habens administrationem, non potest in aliquo pupillis preiudicare, licet tantum prodesse possit.in consi.cxlviij.nu.ix. car.268.
Tutor in redditione administrationis tutelle debet pupillis suis, & inuentariuz, & librum rationis reddere.in cōsil.cxlviij.nume.xj. car.268.
Tutori cessio facta contra pupillos non valet vti facta potentiori,nec ab eis aliquid exigi potest.in consil.cxlviij.numero.xiij. car.268.
Tutori cedens, & sic potentiori cōtra minores dicitur ipso iure priuatus, & ad lucrum minorum cessisse.in consilio cxlviij.numero.xiiij. car.268.

Et hoc

Et hoc procedit siue cedat finita tutela, siue non, dummodo cedat ante redditam rationem administrationis pupillis. in consil. cxlviij. nu. xv. car. 268.
Tutor si quid in gerenda tutella erogauerit de ꝓpria pecunia illam et cum vsuris repetere pot, et similiter quod nomine cambiorum pro interesse alijs soluit. in ꝯsil. cxlviij. nu. xvj. et xviij. car. 268. vide tamē ibi nu. xxix. car. 268. et nu. xxxiiij. et xxxviij. car. 269. vbi contrarium tenet.
Tutor, cui cōmissa est administratio alicuius trafici, an possit pro necessitate trafici pecunias mutuo recipere, ideo minores in reddenda tutelle ratione hoc ratum habere debent. in consil. cxlviij. nume. xix. car. 268. et nu. xxxviij. vbi dicitur ꝙ non. car. 269.
Tutor absqꝫ speciali et expressa licentia testatoris dicit habere plenam et liberam administrationem a lege. in consil. cxlviij. nu. xxiij. car. 268.
Tutor non exigendo, vbi potest, a debitoribus pro satisfaciendo creditoribus tenetur, si pecuniam pro satisfaciendo eis ad cambium vel ad interesse pupilloꝝ acceperit. in consil. cxlviij. nu. xxv. et xxix. car. 268.
Tutor iuris ꝑsumptione presumit scire pupilli sui facultates, et eaꝝ ꝯditiones. in ꝯsi. cxlviij. nu. xxvj. car. 268.
Tutor ex officio suo in administratione sua tenet diligenter ꝯsiderare et discernere, qd ipsi pupillo sit vtilius, et illud facere, et exequi, in consi. cxlviij. nu. xxvij. car. 268.
Tutor si sumptus nō expediētes pupillo fecit, ipsi nō tutori imputant. in consil. cxlviij. nu. xxviij. car. 268.
Tutor vbi aliquo modo pot ex substātia et facultate pupilli exsoluere es alienum, nunꝗ debet pupillum vsuris vexare. in consil. cxlviij. nu. xxx. car. 268.
Tutor dr esse in culpa, si non experiat cum debitoribus, et eos in iudiciū vocet, vt sic ab eis exigat, vel appeat eos esse non soluendo. in consi. cxlviij. nu. xxxj. car. 268.
Tutor, si iminet es alienum, dꝫ prius debitores exigere, ꝗ deueniat ad alienationem imobilium, et vbi aliter satisfacere non pot imobilia vendere pot, maxime si debituꝫ sit vsurarum. in consil. cxlviij. nu. xxxij. car. 268.
Tutor nō pot ꝓseq societatē, vel traficū, quē pr exercebat, si viderit eē dānosū suis pupillis. i ꝯsi. eo. n. xxxiij. c. 269.
Tutor qñ ꝯtrahendo dānificat aliquo modo pupillū, in pupilli electione est ꝯtra tutorem agere ad interesse, vel in integrum restitui. in consi. cxlviij. nu. xxxv. car. 269.
Tutor ipsemet dans suas pecunias ad cambiū pupilli non exigendo a debitoribus, sed a seipso tales pecunias accipiendo dr esse in dolo. in cōsil. cxlviij. nu. xxxvj. car. 269.
Tutoris auctoritas lꝫ sit ampla, tñ a. l. regulat, vt semp vtilitatē pupilloꝝ querat. in consil. cxlviij. nu. xlj. car. 269.
Tutores an ab alijs administratoribus differāt et quare. in consil. cxlviij. nu. xliij. car. 269.
Tutoris in administratione, qr est maius periculū, ideo cautius dꝫ pupillis ꝓspici. in ꝯsil. cxlviij. nu. xliiij. car. 269.

De littera. V.

Vassallus feuduꝫ vniuersale hns in aliquo territorio potest etiam intra fines illius territorij habere aliqua bona iure directi dnij, prout est in regno Apulie, alie etiam persone pñt hre. in ꝯsi. lxviij. nu. vlij. car. 96. vide tñ ibi nu. xij. ca. 97.
Vassallus non petens inuestiturā infra annum et dieꝫ, lꝫ cadat a iure suo, tamen si ignorat, et ita non petit excusatur. in consil. lxx. nume. v. car. 102.
Vassallus pensione nō soluta non cadit a iure suo, si nō possedit rem, qr fuit ab alijs occupata, ibidem.
Vassallus de feudo hereditario pot ad libitum disponere. in consil. lxxij. nu. iiij. car. 107. vide tamen ibi nume. xxij. vsqꝫ ad nume. xxviij. car. 108.
Vassallo regulr interdicit disponere de feudo in testō et pro anima, et sic ad pias causas, et rōnem assignat, et hoc pcedit, quando feudum est antiquum. in cōsil. lxxij. nu. xvij. et xxj. car. 108. et nu. lj. car. 110.
Vassallus sine consensu domini non potest in aliuꝫ feudum transferre. in consil. lxxij. nu. xx. car. 108.
Vassallus feudum antiquū non hereditariū non pot vni ex filijs in testamento relinquere, qr equaliter ad omnes filios pertinere dꝫ. in ꝯsil. lxxij. nu. xxxiij. car. 109.
Vassallo mortuo et sic finito feudo pp ꝯnationeꝫ agnatus masculus pot petere, vt de tali feudo inuestiat, et ei fieret iniuria, si denegaret. in ꝯsi. lxxvj. nu. xxxiiij. car. 121.
Vassallus dꝫ facere se iuestiri ifra annū et diē alr feudo priuat, et ad dñm reuertit. in ꝯsi. lxxvj. nu. lxxvij. car. 123.
Vassallus sine consensu domini alienare non potest. in consil. lxxvij. nu. lxviij. car. 131.
Vassallos mutare preiudicium est Imperatoris. in consilio. lxxvij. nume. lxxx. car. 182.
Vassallus ignorāte dño mutari nō pt. i ꝯsi. eo. n. 81. c. 132.
Vassallus in feudo antiquo nō pot successoribus et agnatis suis ꝑiudicare, q ad illud feudū ex antiqs iuestituris venire possunt. in consil. lxxvij. nu. cxx. car. 134.
Velle Aliqd nō sufficit, nisi et modus i eius dispōne reqsitus seruet. in ꝯsi. lxxij. nu. lvj. car. 110.
Veneti, Venetoꝝ illustrissimum dñium nullo modo superiorem recognoscit. in consi. lxxiij. nu. v. car. 112.
Venari licitum est laycis etiam in fundo alieno. in consil. lviij. nume. ij. car. 81.
Vendens partem vnius predij, et aliā ptem retinēs non compellit vēdere ꝯsortibus, nisi illā partē, stante statuto ꝙ teneat ꝯsortibus vendere. in ꝯsi. xx. nu. xxxiiij. car. 33.
Vendens vel donans presumit ignorare diuisionē iam longo tpe factam, et sic presumit factum alienum ignorare. in consil. cxvj. nume. lxxx. car. 195.
Vendere quis non cogitur magis vni ꝗ alteri. in consil. xx. nume. viij. car. 32.
Vendere quē velle rem minori precio ꝗ valeat, et sic iactare suū, verisile non est. in consil. cxlj. nu. xxj. car. 253.
Vēditor nō pt itētare remediū l. ij. C. de resci. vē. nisi qñ est ōceptus citra dimidiā iusti pcij. i ꝯsi. 50. nu. v. ca. 76.
Venditor licet ad interesse primi emptoris teneat, non tñ ob id scda venditio cum traditione facta a dño rescinditur. in consil. lxxxij. nu. xvj. car. 140.
Vendita semel res extra parentelam ꝯtra formam statuti lꝫ postea redimatur, illis de parentela nō auferet ius recupandi iam quesitum. in consil. xx. nu. xxix. car. 33.
Vendito vno predio ꝯfinato dr venditum omne, quod est intra fines, nec fit diminutio, si sit erratum in numero stadiorum. in consil. liiij. nu. xj. car. 78.
Secus si vendantur decem stadia, qr fit diminutio, si inueniuntur plura, ibidem.
Venditiones an dicant esse tot, quot sunt predia, et quo ad resolutionem contractus. in ꝯsi. xxvj. nu. viij. car. 45.
Venditio facta ad mēsurā, nō facta mēsuratione dr impfecta, qr ꝯditionalis est. in consil. xxvj. nu. xiiij. car. 45.
Venditio feudi depēdentis ab imperio non valet, nisi Imperator consentiat. in consi. lxv. nu. xiij. car. 87.
Venditio bonoꝝ imobilium minoris non seruata solēnitate reqsita non vꝫ, etiam si sit facta a tutoribus sine iudiciali decreto. in consil. lxxxj. nu. ij. car. 139.
Venditio dr inducta, si pecunia data pro seruo manumittendo est precio serui cōdigna, aliter secus si non sit condigna. in consil. cxlj. nu. xxij. car. 253.
Verba illa legitimi heredes generaliter intellecta put posita sunt, etiaꝫ in feminis verificari debent. in ꝯsi. i. nume. viij. car. 4. vide nu. lxvij. car. 8. et nu. cxxxiij. car. 11.
A verboꝝ significatione non est recedendum, vbi nō ostenditur alia proferētis voluntas. in consil. i. nu. ix. car. 4.
Verba cū sint de necessitate vificāda in aliquo, pinde est ac si noiatiꝫ de eo expssa fieret mētio. in ꝯsi. i. nu. xxxvj. c. 6.
Verba in statuto posita dēnt aliqd opari. i ꝯsi. i. nu. xl. c. 6.
Verba in fine posita ad oia referri dēnt. i ꝯsi. i. nu. lij. car. 7.
Verbū liberi et dscēdētes ē cōe et feminis. i ꝯs. i. n. xciij. c. 9.
Verbum descendentiuꝫ vel posteroꝝ, vbi ratio est diuersa, feminas non cōprehendit. in consi. i. nu. xciiij. car. 9.
Verbū attinētes nō cōprehēdit feminas. i ꝯsi. i. n. xcvj. c. 9.
Verbū sui indefinite platum non cōprehendit feminas ob diuersitatis rōnem. in consil. i. nu. 100. car. 9.
Verba debent intelligi sm intentionem proferentis. in consil. i. nume. cix. car. 9.

Uerborum interpretatio sumitur a ratione subiecte materie.in consil.i.nu.cxx. car.10.
A verbis recedēdū est & ab eorū ppria signatione vt iniqtas & absurditas remoueatur.i ɔsi.i.nu.cxxvj. car.10.
Uerba in statutis nō dēnt eē supflua.i ɔsi.ij.nu.xx car.12.
Uerba ista quauis cā vel quouis modo gnālr oēm cām & oēm modum important.in consil.ij.nu.xxj. car.12.
Uerba vbi sunt apertissima non est facienda aliqua disputatio.in consil.i.nu.xxix. car.13.
Uerba vbi sunt clara,non est vlterius querendū. in ɔsil.iij.nu.xxxvj.car.15.& in ɔsil.lxv.nu.lvj. car.90.
Uerbū ipsorū ad plures refert.in ɔsi.v.nu.vj. car.17.
Uerbum duorum licet sit masculini generis,tñ refertur tam ad sorores,q̄ȝ ad fratres.in consil.v.nu.ix. car.17.
Uerbum semel proprie positum potest in eadem oratione improprie poni.in consil.v.nu.x. car.17.
Uerba ista ex pte pris &c.an capiant cōprehēsiue, vel effectiue.in consil.vj.nu.iiij.vj.&.xj.& seq. car.18.
Uerba ista parentes masculi &c.posita in statuto excludente matrem propter masculos cōprehendunt tantū agnatos.in consil.vj.nu.vij. car.18.
Uerba ista,sola facti veritate inspecta, quid operentur. in consil.vij.nu.xiiij. car.20.
Uerba semp attendi dēnt,nec ab eis est recedēdū,nisi d̄ cōtraria volūtate pferētis appareat.in ɔsi.x.nu.vij. c.23.
Uerba ista viciniores ēt feminas cōprehendūt,lȝ in masculino gnē sint plata.in consil.x.nu.xiij.&.xvj. car.23.
Uerba semp dēnt deseruire intentioni pferentis. in ɔsil.x.nu.xix.car.23.et in ɔsi.lxxij.nu.xxviij. car.109.
Uerba sub iugo mētis pferētis tāq̄ȝ sub pprio originali cōsistūt.in ɔs.x.nu.xx.car.23.et in ɔs.xcviij.nu.viij.c.159.
Uerba semper debent interpretari,vt aliquid operentur.in consil.xj.nu.xiij. car.24.
Uerba ista vendere volēs vel similia dēnt exponi, idest quatenus vendere velit.in consil.xx.nu.xxxvj. car.33.
Uerba a mente & ratione proferentium sunt regulanda.in consil.xxj.nu.iiij. car.34.
Uerba illa pximioribus ppinqs intelligi dēnt de giūctis ex parte patris.in consil.xxxij.nume.xxiiij. car.39.
Uerba ista testōris pueniant ad attinentes meos nō comprehendunt feminas.in consil.xxiij.nu.xlj. car.40.
Uerbū intestatus vel ab itestato nō verificant in pupillo,si in loco esset statutū,ꝙ verba statutorū dēant intelligi ɓm ppriam significationem.in consil.xxiij.nu.lx. car.41.
Uerba illa non succedat respectu temporis indefinite prolata in materia odiosa vniuersali non equipollet. in consil.xxxj.nume.viij. car.53.
Uerba legis vel statuti sunt cum effectu intelligenda.in cōsil.xxxiiij.nume.x. ca.56.
Uerba,que nō respiciūt psonā certā,cui onus iniungat, dicunt impersonaliter prolata.in ɔsil.xlij.nu.xix. car.63.
Uerba impropriantur ne a iure cōmuni discrepent.in consil.xlix.nu.xxix. car.75.
Uerba ista posita in instrumento,prout constat manu talis Notarij,an equiparentur illis verbis a me viso & lecto.in consil.lvij.nu.ij.iij.&.v. car.80.
Uerba ista vt constat manu &c.non probant mandatū,nisi exhibeatur.in consil.lvij.nu.ij. car.80.
Uerba ista a me viso & lecto nō pbant mandatum ɓm cōmunem opi.in consil.lvij.nu.iiij. car.80.
Uerba indeffinite prolata equipollent vniuersali. in consilio.lxv.nume.lxvj. car.90.
Uerba nō dēnt alterare veritatē,sed impropriari,vt seruiāt intētioni disponētis & ptiū.in ɔsil.lxvj.nu.ij. car.92.
Uerbum quodlibet debet aliquid operari. in consil.lxviij.numero.xx. car.97.
Uerbuȝ siue potest vltra alia significata capi expositiue vel correctiue.in consil.lxix.nu.xxij. car.99.
Et qñ ponit inter diuersas psonas correctiue ponit, ibidē.
Uerba hec ascendentes & collaterales est oratio copulatiua,cuius natura est,vt vtrūq̄ copulet.in consi.lxxj. nu.viij.car.ciiij.vide tñ ibi nu.xxviij.nu.xxix.&.xxx.ca.105.
Uerba qñ sunt clarissima nō est facienda questio,que fuerit mens statuentiū.in consil.lxxj.nu.ix. car.104.
Uerba sequentia declarant precedentia.in consilio.lxxj.numero.xxxiij. car.106.
Uerbum heredibus quomodo in dubio capiatur. in consilio.lxxij.nume.xxvj. car.108.
Uerba ista p se suisq̄ȝ heredibus & liberis itelligūtur ordine successiuo.in consil.lxxij.nu.lij. car.110.
Uerba ista equis portionibus denotant fieri portiones viriles pro numero psonarū.in ɔsil.lxxij.nu.liij. car.110.
Uerba ista in inuestitura posita,videlicet concedimus donamus &c.an important feudi ɔcessionē, an liberā donationē.in ɔsil.lxxvj.nu.xxxv.xlij.&.xliij. car.121.
Uerba ista,sicut,& ita,similitudinē importāt in substātia, & in qualitate.in cōsi.lxxvj.nu.xliiij. car.122.
Uerba ista donamus,largimur in aliqua concessione posita feudalem concessionem non important. in consilio.lxxvij.nume.xj. car.129.
Uerba hec in aliquo ɔctu posita ꝙ motu pprio, & spōte faciebat tpe metus prolata nō tollūt metū,sed potius augent.in consil.lxxvij.nu.xlviij. car.130.
Uerba directa,que iure directo valere non possunt, valere debent, & possunt per fideicōmissum.in consil.lxxxiij.numero secundo. car.140.
Uerborū rigor & forma postergatur in vltimis voluntatibus vbi de mente constat. in ɔsil.lxxxv. nu.vij.car.143.& in consil.xcvij.nu.xiij. car.157.
Uerba clara interpretationem non recipiunt. in ɔsi.lxxxv.numero octauo. car.143.
Uerba ista gubernet & administret important saltem ex cōsuetudine loquendi esse relictum vsufructum vxori.in cōsil.lxxxv.nu.xvij. car.143.
Uerba taxatiua quando in aliqua dispositione proferuntur habent naturam precisaȝ,vt scilicet modificatio, vel interpretatio a verbis separata non admittatur.in consil.lxxxv.nume.xxix. car.143.
Uerba ista durante vita sua equipollent, ac si dicat, donec vixerit.in consi.lxxxvj.nu.vj. car.144.
Uerba conditionaliter posita dispositioneȝ non inducunt.in consil.lxxxviij.nu.ix. car.145.
Uerbum descendentes comprehendit etiam feminas. in consil.xc.nu.ij. car.147.
Uerborum formā in vltimis voluntatibus postergatur.in consil.xc.nu.viij. car.147.
Uerba dubia debent ɓm intentionem proferentis interpretari.in consil.xc.nu.xviij. car.148.
Uerbū succedat est verbū cōmune.in ɔsi.xcij.nu.iij.c.149.
Uerbum de casali,seu de casata exponitur,idest de domo.in consil.xciiij.nu.viij. ca.151.
Uerbū domus hȝ varia significata,sed in dubio pro agnatione & familia accipitur,si aliter non appareat cōmunis vsus loquendi.in ɔsi.xciiij.nu.ix. car.151.
Uerba deueniat,& reuertatur cū sint cōia, an possint trahi ad totū patrimoniū,qñ substitutio est facta alicui in re certa.in consil.xcv.nu.v. car.154.
Uerba ista,si in pupillari etate decesserit sunt modus & forma,quibus substitutio pupillaris fieri solet.in cōsi.xcv.numero.xiij. car.155.
Uerba tanq̄ȝ note passionum animi nostri mentem loquentis denotant,que ex verbis percipit, & cui ipsa verba cōueniunt.in consil.xcv.nu.xiiij. car.155.
Uerbū deueniat lȝ alias sit cōe & habile ad directaȝ & obliquam substōnem,tñ positū cum hijs verbis,si decesserit in pupillari etate,dicit verbum directum,& ius hereditatis directo importat.in consi.xcv.nu.xxj. car.155.
Uerbū succedat, licet sit cōe,tñ additum verbo impuberi, puta succedat impuberi est verbū directū, nec amplius est habile ad fideicōmissum.in ɔsi.xcv. nu.xxij.car.155.
Uerbū reuertat, licet pprie dicatur qñ res aliqñ apud nos fuit,tñ largius accipit ēt pro eo, qd nunq̄ȝ fuit nostrum, sed de nouo ad nos venit.in cōsil.xcv.nu.xxxij. ca.156.
Idem est de verbo reddatur,ibidem.
Uerbum in vna dispōne positum pprie & improprie capi potest.in consil.xcv.nu.xxxiij. car.156.
Uerba precaria & obliqua non important substitutionem directam.in consil xcv.nu,xxxix. car.156.

Uerba mere obliqua q̃nq; ĩterpretanť in directá subſtõnẽ, q̃n volũtas teſtatoris ita p̃ciſe appet, vt aliter nõ poſſit interpretari, vt puta ſi dixerit, reſtituat Gaio, quem pupillariter ſubſtituo. in conſil.xcv.nu.xl. car.156.
Uerba iſta teſtaméti ꝙ mater ſit filij gubernatrix ⁊ adminiſtratrix ſuoꝝ bonoꝝ, quouſq; vixerit, quid ĩportent, ⁊ an operentur etiam inuito filio maiore ⁊ ſagaci effecto. in conſil.xcvij.nu.v. car.157.
Uerba illa dominam, ⁊ madonnam, vel maſſariam, quid importent. in conſi.eo.nu.xviij. car.157.
Uerba p ſe importãtia liberá ⁊ oĩmodá adminiſtrationem non poſſunt importare dñium vel heredis inſtitutionez, q̃n filius eſt inſtitutus. in eo.cõſil.nu.xix. car.157.
Uerbũ adminiſtratrix qd denotet. in ꝯſ.eo.nu.xxij.c.158.
Uerbũ gubernatrix qd importet. in ꝯſ.eo.nu.xxiij.c.158.
Uerbum diſpoſitiuum cenſeť repetitũ virtute coniunctionis. in ꝯſi.xcviij.nu.xxviij. car.160.
Uerba illa dñam ⁊ vſufructuariá ĩportãt ꝙ vxor poſſit alimenta propria auctoritate ſumere, ⁊ nõ expectare ꝙ ab herede decernantur. in conſil.xcix.nu.xxj. car.161.
Uerboꝝ ſignationi ĩ dubio ſtádũ eſt, ꝑſertiz ſi cũ vboꝝ importãtia alie rõnes ꝯcurrãt. in ꝯſi.cxij.nu.xlvij. ca.170.
Uerbũ inſtituit eſt directũ. in ꝯſi.cxj.nu.xiij. car.181.
Uerbũ reliquo an ĩportet iſtõnẽ. in ꝯſi.cxj.n.xiiij.car.181.
Uerbum deueniat eſt cõmune. in ꝯſi.cxj.nu.xvij. car.181.
Uerbũ vnũ, ſi eſt dubiũ, declarať ex verbis copulatiue ſiue alternatiue ſibi adiũctis. in ꝯſi.cxij.nu.xv. car.183.
Uerba illa aliqualr̃ vel quouiſmodo ne moleſtent, nec ꝑturbent in teſtõ poſita, oẽm moleſtationem important, ſicut verbum quoquo modo. in conſil.cxiij.nu.xxix. car.185.
Uerboꝝ gñalitas reſtringi nõ dz. in ꝯſ.cxiij.nu.xxx.c.185.
Uerba illa gñalia non turbẽt, non moleſtẽt in bonis ⁊ hr̃ditate ⁊c. duos ſenſus hñt. in ꝯſi.cxiij.nu.xxxv. car.185.
Uerba tũc ⁊ eo caſu in teſtõ poſita in dubio oſtendũt teſtatoris volũtatẽ p̃ciſaz. ſ; nõ opanť ꝯ̃ clará volũtatẽ teſtatoris. in ꝯſil.cxiiij.nu.vij.car.187.et nu.xxix. car.188.
Uerbũ deſcẽdentes nedũ filios, ſed ẽt nepotes, ⁊ alios liberos comprehẽdit. in conſil.cxiiij.nu.xxxij. car.188.
Uerbum q̃n non põt hr̃e niſi vnũ ſenſum, ꝑinde eſt, ac ſi ille ſenſus eẽt exp̃ſſus. in ꝯſil.cxvi.nu.xiiij. car.192.
Uerbũ familia ſm̃ vbi ꝓprieatẽ cõprehẽdit oẽs maſculos ipſius familie quocũq; gradu ſint. i ꝯ.cxvj.n.xix.c.192.
Uerba ab idiotis ꝓlata groſſo mõ intelligi dẽnt, ⁊ ſm̃ vulgarẽ ⁊ cõẽm vſum loquẽdi. in ꝯſi.cxvj.nu.xxij.car.192.
Uerbum poſſunt cum ſit extenſiuum trahitur ad futura. in conſil.cxvj.nu.lj. car.193.
Uerba illa in diuiſione poſita ad hñdum, ⁊ de dictis bonis faciẽdum qcqd voluerit inducunt fideicõmiſſi remiſſionem. in conſil.cxvj.nu.liiij. car.194.
Uerbum quodlibet dz intelligi eſſe poſituz, vt aliquid operetur. in conſi.cxvj.nu.lv. car.194.
Uerba gñalia in inſtrõ diuiſionũ poſita vt nullo mõ ꝯ̃ eas deueniať, ⁊ ĩportãtia renũciationez oium iurium, ⁊ eoꝝ ꝯceſſionẽ inuicẽ factá, dẽnt late interpretari, vt fideicõmiſſi reciproci renũciationẽ importẽt, cũ in eo de cõmodo reipublice agatur. in conſil.cxvj.nu.lix. car.194.
Uerba illa in inſtrõ diuiſiõis poſita ad hñdũ ⁊ faciẽdũ qõcũq; voluerit, ⁊ ẽt illa ꝙ qlibet in pte ſua poſſit oia ⁊ ſingula facere, ⁊ exercere ⁊ ꝙ ſe adinuicẽ ⁊ viciſſim fecerũt ꝓcuratores irreuocabiles in rem ſuá ⁊c. ex quo ſub hac gñalitate verboꝝ dať alienádi licentia, opanť, ꝙ ſi poſt diuiſionem vnus partez ſuam alienet, licet poſtea venit at caſus fideicõmiſſi non poteſt emptor talium bonoruz moleſtari. in conſi.cxvj.nu.lx. car.194.
Uerba irentioni ſeruire dẽnt. in conſi.cxx.nu.xxv.car.202.
Uerba illa mihi hr̃s eſto nõ impediũt ſubſtõnem pupillarem, quãdo ꝯſtat teſtatorẽ velle pupillariter ſubſtituere. in conſil.cxxi.nu.v.⁊.xxij. car.204.
Uerba directa quandoq; recipiunt ſenſum obliquuz. in cõſil.cxxj.nu.vj. car.204.
Uerbis inſeruiẽdum eſt, nec ab eis, nec ab eorum ſignificatione recedẽdum eſt, niſi aliter de teſtatoris volũtate appareat. in conſil.cxxj.nu.xvj. car.204.
Uerba iſta hr̃des fecit ⁊ iſtituit appellanť directa ciuilia, ꝑ que qs directo fit hr̃s. in ꝯſi.cxxj.nu.xvij. car.204.
Uerboꝝ directoꝝ ciuiliũ natura nõ alterať p verba cõia, ſed potius ecõtra. in conſil.cxxj.nu.xxiiij. car.104.
Uerba iſta in oĩbus ⁊ p oĩa in teſtõ poſita intelligunť ſine aliqua diminutione. in ꝯſi.cxxiiij.nu.viij. car.207.
Uerba debẽt inſeruire intentioni, maxime in vltimis voluntatibus. in conſil.cxxiiij.nu.xvj. car.208.
Uerba iſta cum clauſulis derogatorijs in teſtõ poſita dẽnt intelligi de clauſulis derogatorijs ad precedentia teſtamenta, ⁊ nõ ad ſequẽtia. in ꝯſi.cxxiiij.nu.xxvij.car.208.
Uerba ſunt referenda ad poſſibiles caſus. in ꝯſilio.cxxv. numero.xx. car.211.
Uerba ſũt note paſſiõis animi. ĩ ꝯſi.cxxviij.n.lxxxv.c.223.
Uerba ſepe ⁊ ſepius quomodo interpretentur. in conſilio.cxxviij.nume.ccxix. car.225.
A verbis non receditur vbi de mente non apparet. in conſil.cxxviij.nume.ccxvj. car.229.
Uerbum ſine herede in teſtamento poſitum intelligiť, ideſt ſine filijs. in conſil.cxxix.nu.vj. car.234.
Uerba non debent aliquid opari vltra intentionem proferentis. in conſil.cxxx.nu.vij. car.237.
Uerba diminutiua facultatis alienádi nõ dẽnt opari lniaz ad quá diminuendá tendebãt. in ꝯſi.cxxx.nu.viij.c.237.
Uerbum oĩmodo tanq̃ generale omnes caſus comprehẽdit. in conſil.cxxxj.nu.xxiij. car.239.
Uerba oĩbus modis cõprehẽdũt omnes caſus ⁊ modos poſſibiles. in conſil.cxxxj.nu.xxiiij. car.239.
Uerba iſta mãdatum ⁊ preceptũ dedimus oſtendunt preciſam mentem Pape. in ꝯſi.cxxxiij.nu.ix. car.243.
Uerba iſta multiplicatiua caſſentur ⁊ in irritum deducantur, denotant ꝙ actus ipſo iure, ⁊ de facto infringatur. in conſil.cxxxiij.nu.x. car.243.
A verbis teſtatoris in dubio recedendum non eſt. in conſilio.cxliij.nume.xxij. car.244.
Uerba illa appoſita in teſtõ ꝙ relinquit centuz pro ſuo maritare, ⁊ pro ſua dote, demõſtrãt vnde dos ſit ſumẽda, ⁊ quandam admonitionem inde nubendi important, non autẽ ꝯditionem. in ꝯſil.cxxxiiij.nu.xvij.⁊.xviij. car.245.
Uerba pura ⁊ ſimplicia nõ debent inducere diſpoſitionem conditionalem. in conſil.cxxxiiij.nu.xxij. car.245.
Uerborum geminatio debet aliquid addere ⁊ operari. in conſil.cxxxiiij.nu.xxiiij. car.245.
Uerba illa teſtatoris in ſtirpes ⁊ nõ in capita, quid operentur. in conſil.cxxxv.nu.vij. car.246.
Uerba nõ ſunt ſm̃ rigorẽ accipiẽda, q̃n ſunt ꝓlata cum vulgari ſermone, ⁊ a pſona, que talẽ rigorem non ſeruabat, q̃ forte non intelligebat. in ꝯſi.cxxxix.nu.xviij.car.250.
Uerbis ꝯiuncti dicunť illi, qbus relictũ eſt legatũ per vnũ, ⁊ idem verbum. in conſil.cxxxix.nu.xix. car.251.
Uerba hec caduca ⁊ ꝓ nõ ſcripta ex ꝯſuetudine potius teſtantiũ ponunť in teſtamẽtis in ciuitate Uenetiaꝝ, q̃ ꝙ intelligãt, qd p ea diſponať, q̃ legum profeſſores quandoq; id ignorant. in conſil.cxxxix.nu.xxx. car.251.
Uerboꝝ oĩs rigor ⁊ forma in vltimis volũtatibus poſtergatur, vbi de mente conſtat, ⁊ maxime in fideicõmiſſis. in conſil.cxl.nume.v. car.252.
Uerba hec in ꝯ̃ctu dotis poſita, vc; formis v̇bis ⁊ tpibus ĩportãt pacta, leges ⁊ ꝯuẽtiões, qbus ſolo dotis modificari qualificari ⁊ formari põt. in ꝯſil.cxlj.nu.viij.c.252.
Uerbum hereditas capiť pro bonis, q̃n ponitur in actu inter viuos celebrato. in ꝯſi.cxliij.nu.xxij. car.256.
Uerbũ q̃ncunq; eſt verbũ vniformiter cõprehenſiuũ oium tempoꝝ, ⁊ idẽ eſt ac ſi diceret omni tpe. in conſi.cxlv.nume.v.car.260.⁊ vide.nu.xiiij.⁊.xlv. car.261.
Uerbum quãdocunq; dicitur verbum ad infinitatẽ aptuz. in conſil.cxlv.nu.viij. car.260.
Uerba generalia debent intelligi ſm̃ naturam actus, qui attribuitur. in cõſil.cxlv.nu.xliiij. car.261.
Uerbum q̃ncũq; limitať vel reſtringitur vel ad decẽ dies, vel ad annum, prout erat de natura actus, cui attribuiť. in conſil.cxlv.nu.xlvj. car.262.
Uerbum quandocunq; non tollit exceptionez preſcriptionis. in conſil.cxlv.nu.xlvij. car.262.
Uerbum in perpetuum reſtringitur per tempus a lege ſta-

tutum.in consil.cxlv.nu.xlviij. car.262.
Uerba de futuro dispositionem non inducunt. in consilio. cxlv.numero.lxxxiij. car.263.
¶ Uerisimile non est, ꝙ quis faciat aliquid si ei non est cõ cessum in consil.xxxviij.nu.iiij. car.59.
Uerisimile attendi dꝫ.in ꝯsi.xcvij nu.viij.car.157.in consil.xcviij.nu.xij.car.159.et in ꝯsi.cxx.nu.xxvij.car.203.
Uerisimile est testatorẽ ꝓpriam posteritatem aliene prepo suisse.in consil.cxix.nu.xxviij. car.200.
¶ Uerisimilitudo ꝛ coniectura potentior excludit aliam. in consil.cxvj.nume.xxvj. car.192.
¶ Ueritas per se splendẽs verboꝝ adminicula non desiderat.in consil.vij.nu.i.car.19.in ꝯsil.xiiij.nu.i. car.26. ꝛ consil.xx..j.nume.i. car.55.
Ueritas ñ pt ꝑ falsaꝫ assertionẽ imutari.i ꝯ.lxv.n.xv.c.87.
Ueritatẽ ꝫm philosophũ pre honorare tenemur, q̃ cũ non defendiť, opprimiť.in ꝯsi lxxvj.nu.i. car.120.
Ueritas simplex, ꝛ nuda ꝑ se ornata ẽ, ideoqꝫ ornamẽtis extrinsecis additis fucata corrũpiť.i ꝯsi.lxxxj.nu.i.c.139.
Ueritaẽ non põt alterare tacita vel expressa alicuius assertio.in consil.cxij.nume.i. car.181.
Ueritas qñocunqꝫ cognoscať dꝫ semp attendi que errori bus aut falsa asseueratione nunq̃ꝫ tollitur, aut vitiatur. in consil.cxij.nu.ij. car.182.
Ueritatẽ vt q̃rat iudex dꝫ oibus modis laborare, ꝛ postq̃ꝫ eã inuenit, illã sequi oino dꝫ. in ꝯsil.cxij.nu.iij. car.182.
Ueritatẽ q aliquo respectu tacet peccare dř. in ꝯsil.cxxvij. nume.i.car.217.et in ꝯsi.cxlv.nu.ij. car.260.
Ueritas disputãdo facili⁹ iueniť.i ꝯ.128.n.clxxvj.c.226.
¶ Uestes viles sunt proprie eas ferentium, ꝛ sic non debent in diuisionibus poni.
Secus in vestibus festiuis ꝛ preciosis, que tanq̃ꝫ cõmunes ꝯsiderari debent.in consi.cxxxiiij.nu.xxxviij. car.245.
Uestes facte vxori alicuius ex fratribus per socerum defunctũ, si sunt viles, non debent conferri cuꝫ alijs fratribus, sed sunt vxoris eas ferentis, in festiuis, ꝛ preciosis secus. in consil.cxxxiiij.nu.xxxix. car.245.
Quid de vestibus vxoris post mortem mariti.in consilio. cxxxiiij.nume.xl. car.245.
Uestes que sint viles, vel non, arbitrio boni viri declarandum est.in consil.cxxxiiij.nu.xlj. car.245.
¶ Uerum vero omnia consonant ꝫm philosophum. in cõsil.cxxviij.nume.lxxvij. car.223.
Uidua Dicitur ꝑmanere in matrimonio viri defũcti.in ꝯsi.cviij.nu.vij. car.177.
¶ Uincula duo sunt vno fortiora.in ꝯsi.xxiij.nu.lix.c.41. ꝛ in consil.cxij.nu.xxvij. car.183.
¶ Uincere, si vinco vincentem te, multo fortius vinco te. in consil.vj.nume.iij. car.18.
¶ Uir ꝛ vxor si sunt diuersarum ciuitatum, quo ad lucrum dotis attenditur statutum ciuitatis viri, quod procedit, etiam si vxor ignorauerit statuta ciuitatis viri. in consil. xiiij.nume.ij. ꝛ nume.ix. car.26.
Uir vxore dignior est.in consil.xiiij.nu.vj. car.26.
Uiri vnius magni dicto stãdũ est.in ꝯsi.lxix.nu.xx.car.99.
Uir bonus dř iudex.in ꝯsi.cxlj.nu.x. car.252.
¶ Uirtus ꝯsistit in paucis ꝫm phm.in ꝯsi.lxj.nu.i.ca.83.
¶ Uis turbatiua, ꝛ inquietatiua ad hoc vt dicatur illata que sufficiant.in consi.cxlvj.nu.ij. car.264.
Uis ꝛ turbatio dř inferri in possessione ex quo in ea arando quis non sinit possidentem, modo quo velit, vti re possessa.in consil.cxlvj.nu.xxj. car.265.
Unum Qui vult censeť velle omne id sine quo illud esse non põt.in ꝯsil.xxxviij.nu.ij.ca.59. in consil.lxv.nu.ix.car.87.et in ꝯsi.cxx.nu.i. car.201.
Uocatus Ad rem particularem loco legatarij habeť. in consi.lxxxiij.nu.v.ca.142.
Uocati si sint plures sub noie collectiuo cũ alio, oẽs illi ꝑ vno reputanť, ꝛ sic cẽsenť fieri tñ due ptes, ꝛ hoc qꝛ sub duplici denoiatione fit vocatio.i ꝯsi.ciiij.nu.xv.ca.171.
Uocati ꝑ distributiuũ qſqꝫ veniũt i viriles qꝛ ꝑinde est ac si ꝓprio noie singuli vocati eẽnt.i ꝯsi.ciiij.nu.xxij.c.172.
Uocati plures sub noie collectiuo ordine successiuo dñr vocati, hoc est ꝙ ꝓximiores i gradu sp ꝑferunť.in ꝯs.cxvi. nu.ij.car.191.vide tñ nu.xv.vbi limitatur. car.192.
Uolens aliqd cẽseť velle omne eius necessariũ antecedẽs. in consil.lxvij.nu.xx.car.95.in ꝯsi.cj.nu.vj. car.165.
¶ Uoluntas principis pro lege ꝛ ratione habetur in prouenientibus a iure positiuo.in consi.vj.nu.xxj. car.18.
Uoluntas disponentis semper interpretari debet sic facta vt valeat.in consil.lxxij.nu.liiij. car.110.
Uoluntas disponentis semper ad possibilia adaptatur. in consil.lxxiiij.nume.iiij. car.114.
Uolũtas nedũ ṽbis, sꝫ et fcõ dclaľ.i ꝯ.lxxvj.n.78. c.124.
Uolũtas defũcti obseruare dꝫ.in ꝯsi.lxxxvij.nu.i.car.144.
Uoluntas hominis ambulatoria est vsqꝫ ad extremum vite spiritum.in consil.lxxxix.nu.i. car.145.
Uolũtas sicut ṽbis ita ꝛ fcõ dclaľ.i ꝯs.xcviij.n.xij.c.159.
Inimo magis facto declaratur, ibidem.
Uolũtatis mutatio nõ ꝓsumiť.in ꝯs.cvj.nu.xxxviij.c.175.
Uolũtas vltima defũcti attẽdi dꝫ.in ꝯsi.cxx.nu.ix.ca.200.
Uolũtas fcõ declarata opaľ ꝛ attẽdi dꝫ, si fcm̃ effectũ illuꝫ opetur, ad quem dirigitur.in ꝯsi cxxij.nu.xiij. car.206.
Uolũtas vltia ꝑ lege seruãda est.i ꝯsi.cxxiiij nu.xij.c.208.
Uolũtas superior potior bř, ꝛ que postea per testatorẽ fiũt prioribus derogant.in ꝯsi.cxxiiij.nu.xiij. car.208.
Uoluntas tacita ꝛ interpretata in fideicõmissis sufficit. in consi.cxxiiij.nume.xxj. car.208.
Uolũtas dcedẽdi ab intestato, nõ aũt testm̃ qñ pcessit ex eo ꝙ fit iter liberos, nõ dꝫ hře clꝛꝫ ďrogatoriã ad sequẽtia testamẽta, sꝫ simplr ex sequẽti testõ, maxime iter liberos dꝫ dici reuocata.in consil.cxxiiij.nume.xxxv. car.209.
Uoluntatis mutatio illius qui fecit primuꝫ testm̃ per scõm sufficit ꝙ verisimiliter ꝛ ex ꝯiecturis ostendatur, ꝛ narrat vnam coniecturam.in consil.cxxiiij.nu.liiij.car.209.
Uoluntas secunda in qua datur filijs libera facultas disponendi valet.in consil.cxxvij.nu.xiij. car.217.
Uolũtas disponentis ꝑ causa ꝛ ratione sufficit in hijs que sunt iuris positiui cum ea procedant ex libera voluntate superioris.in consil.cxlij.nu.xxv. car.254.
Uoluntas enixa disponentis qñ constat ꝙ aliquid fiat, vt valeat, si id quod fit, non potest valere vt fit, valere debet vt potest.in consil.cxliij.nu.xviij. car.256.
¶ Uota ad scõa trãsire licitũ est. in ꝯsi.viij.nu.xvij. c.21.
Uotuꝫ captande mortis tollitur, qñ adest ꝯsensus eoꝝ, de quoꝝ bonis agitur.in consil.cxliij.nu.xxxij. ca.256.
Item quando conuentio de succedendo alteri est vicissitudinaria.in consil.cxliij.nu.xxxiij. car.256.
Usucapio Absqꝫ bona fide non ꝓcedit. in cõsil.cl.nu.xxiiij. car.271.
Usucapioni necessaria sunt titulus ꝛ possessio. in consil.cl. nume.xxv. ꝛ nu.xxix. car.271.
Usucapio ex solo titulo nõ ꝓcedit.i ꝯs.cl.nu.xxviij.c.271.
¶ Usufructuarius tenetur vti frui ꝛ administrare arbitrio boni viri, ꝛ si in aliquo defecit, finito vsufructu tenetur. in consil.lxxxviij.nume.vj. car.145.
Usufructuarius omnium bonoꝝ tenetur regulariter conficere inuentarium.in ꝯsi.xcix.nu.xvj. car.161.
Usufructuarius omnium bonorum tenetur cauere de vtendo ꝛ fruendo arbitrio boni viri, ꝛ de rebus restituẽdis finito vsufructu.in consil.xcix.nu.xxj. car.161.
Usufructuarius ꝛ etiam heres qñ in detrahẽdo es alienũ damnum patianť.in ꝯsi.cix.nu.xiiij. car.178.
Usufructuarius creditoribus oibus nõ tenetur soluere cõtra opi.Bar.in consil.cix.nu.xv. car.178.
Usufructuarius omniuꝫ bonoꝝ non debet hře vsumfructũ prelegati alicui facti, sed pleno iure legatario debet dari.in consil.cxv.nu.iij. ꝛ nu.xij. car.189.
Usufructuarius teneť de redditibus soluere legata annua ꝫm cõem opi.in ꝯsil.cxv.nu.xj. car.189.
Usufructuarius oium bonoꝝ, posito ꝙ dẽret hře aliquem vsufructum in rebus legatis ob aliqua verba in testamẽto posita, puta ꝙ non possit ab herede vel legatario molestari, tamen in legatis non habebit nisi dimidiam vsufructus.in consil.cxv.nu.xiij. car.189.
Usufructuarius omniuꝫ bonoꝝ tam legatoꝝ, q̃ꝫ non legatorum non habebit in rebus legatis, nisi dimidiam vsufructus.in consil.cxv.nu.xiij. car.189.

Usufructuarius

Usufructuarius omniuz bonorum dato ꝙ vsufructuarius remiserit ꝯfectionem inuentarij an teneat̃ illud facere. in consil. cxv. nu. xv. ⁊ nu. xvij. vbi ꝙ sic. car. 189.
Et quid in vsufructuario particularis rei.
Usufructuarius teneẗ prestare cautionẽ, nõ obstãte ꝓhibitione testõris, tã de hijs que vsu nõ ꝯsumunẗ, ꝗ̃ de hijs q̃ vsu ꝯsumunẗ, vt est pecunia. in ꝯsi. cxv. nu. 23. ca. 190.
¶ Usufructus morte vsufructuarij finitur. in consilio. lxxij. numero. xix. car. 108.
Usufructus morte vsufructuarij cum proprietate cõsolidatur. in consil. lxxxiij. nu. x. car. 142.
Usufructus relictus post mortem non valet. in cõsil. lxxxv. numero. x. car. 143.
Usufructum rei habens largo modo dicitur illius rei dominus. in consil. lxxxv. nu. xvj. car. 143.
Usufructus dr̃ relictus, lz verba hoc non exprimant, qñ ex multis verbis testamẽti simul iunctis arguiẗ, ꝙ talis fuerit testatoris volũtas. in consil. lxxxv. nu. xviij. car. 143.
Idem est qñ in testamento est dictum, ꝙ vxor sit dña maiorissa oium bonoꝝ, ⁊ eoꝝ habeat regimen, ⁊ administrationem. in eo. ꝯsi. nu. xix. car. ea.
Usufructus relictus vxori filijs institutis in alimentis conuertiẗ, q̃ ꝓpria auctoritate a seipsa vxor ꝑcipere poterit, nec reqriẗ ꝙ manu filij accipiat. i ꝯsi. lxxxvj. n. vij. c. 144.
Usufructus legatum inducitur ex presumpta mente testantis per illa verba dõna madõna cum alijs verbis simul iunctis. in consil. lxxxviij. nu. ij. car. 145.
Usufructum rei qui habet dicitur quasi dominus. in consilio. eo. nume. iiij. car. 145.
Usufructus omnium bonorum dicitur relictus quando alicui relinquiẗ ꝙ vt dominus gubernet ⁊ administret omnia bona. in consil. eod. nu. v. car. 145.
Usufructus in pecunia non cõsistit, sed quasi. in consil. xcvj. numero. ij. car. 156.
Usufructus ꝓprie i imobilibus ꝯsistit. i ꝯs. eo. nu. v. c. 156.
Usufructus est ius vtendi ⁊ fruendi in rebus alienis. in ꝯsilio. xcix. numero. iiij. car. 161.
Usufructus oium bonoꝝ legari põt. in ꝯsi. cix. nu. i. c. 178.
Usufructus vnius rei est pars integralis, ⁊ nõ substãtialis vsufructus oiuz bonoꝝ. in ꝯsil, cix. nu. xxxvij. car. 179.
Usufructus vnius fundi est substantialis illius fundi. in cõsil. cix. numero. xxxviij. car. 179.
Usufructus oium bonoꝝ imobiliũ si legeẗ alicui non bẽbit vsufructũ pdij alij ꝑticul'r legatũ. i ꝯ. clxx. n. xxix. c. 203.
¶ Usuraꝝ taxatio a noua lege facta trahitur ad stipulationes antea factas, pro tempore tamẽ quod post nouã legem decurrit. in consil. xxj. nu. vj. car. 34.
Usure de iure canonico ob peccatum non debentur. in consil. lxxiiij. nume. xxxv. car. 116.
Usure non currunt, nisi a tempore more. in consilio. lxxiiij. numero. xxxvj. car. 116.
Utilitas Et equitas publica priuate vtilitati ⁊ equitati semper est preferenda. in consilio. xvj. nume. xvj. car. 29.
Utilitas publica priuato cõmodo preponi debet. in consilio. xxxvij. nume. xj. car. 58.
Uxor Cũ sequat̃ forũ, municipiũ, ⁊ iurisdictionẽ viri, videẗ ei dedisse dotem ẜm leges, statuta, ⁊ consuetudines loci, vbi maritus habet domicilium. in consil. xiiij. nume. viij. car. 26.
Uxor instituta heres vniuersalis, si solũ femina nascat̃, cui certũ qd relinquiẗ, an possit admitti, si nec masculus, nec femina nascat̃. i ꝯsi. xlij. nu. xij. car. 63. et. nu. xxxiij. c. 64.
Uxores maritorum radijs corruscantur. in consilio. lxxvj. numero. cxxv. car. 126.
Uxores maritorum honore eriguntur ⁊ genere nobilitantur. in consil. lxxvj. nume. cxxvj. car. 176.
Uxor si est directa dña feudi, vassallus debet seruire tam eius marito, ꝗ̃ sibi. in consil. lxxvj. nu. cxxxviij. car. 126.
Uxori sue testatorẽ velle legare, sufficit ex verbis testamenti posse colligi. in consil. lxxxviij. nu. i. car. 145.
Uxor relicta dña, ⁊ massaria, ⁊ vsufructuaria ẜm Bulgari ꝯsuetudinem dz existentibus filijs habere solũ alimenta, ⁊ preeminentiam in domo, si aũt filij nõ extant dz habere vsufructum. in consil. xciij. nu. ij. car. 151. in cõsi. xcvj. nume. i. car. 156. ⁊ in ꝯsi. xcix. nu. xij. car. 161.
Uxor qñ simpliciter relinquiẗ dña ⁊ massaria, vel dña, ⁊ dñatrix, vel dõna, ⁊ madõna absq; eo ꝙ addat̃ vsufructuaria, siue filij, siue extranei sint hr̃des, indistincte vxor alimẽta sola cũ pemineñtia hẽbit. in ꝯsi. xciij. n. iij. c. 151.
Uxor relicta dña ⁊ vsufructuaria extraneo hr̃de istituto habebit vsufructuz, ẽt in pecunijs, q̃ vsu ꝯsumunẗ, lz in eis non sit vsufructus, sed quasi. in ꝯsi, xcvj. nu. ij. car. 156.
Uxor relicta vsufructuaria, q̃ vltra ꝑlegatuz reperiẗ hr̃s ꝑ pte, qũo ꝯstituet vsufructum in bonis coheredis, ⁊ qũo ea diuidet. in consil. xcvj. nu. iij. car. 156.
Uxor relicta dña ⁊ vsufructuaria filio hr̃de instituto, ⁊ si sit a ꝯfectione inuentarij, ⁊ a redditione [illegible]inistrationis liberata, an tm̃ alimẽta hr̃e dẽat. in ꝯsi. [illegible] nu. iij. c. 161.
Uxor dum est in domo mariti eo viuente qu[illegible] domina dicitur. in consil. xcix. nu. ix. car. 161.
Uxor si sit factum legatum, ꝙ sit dña ⁊ vsufructuaria, ⁊ ꝙ non teneatur facere inuentarium, qũo tale legatum participat de legato alimentorum, ⁊ de legato vsufructus. in consil. xcix. nume. xx. car. 161.
Uxori si fuerit relictus vsufructus, si vidua permanserit, ⁊ post eius mortem relictus sit alter, licet ille debeat hr̃e ꝗ̃ primum vxor secũdo nupserit, tamen si dictuz fuerit, tunc ⁊ eo casu mors vxoris expectari debebit. in ꝯsi. cvj. nu. vj. car. 174. et nu. xxvij. xxix. ⁊. xxx. car. 175.
Uxor relicta dña ⁊ vsufructuaria, ꝗ̃ diu cũ filio steterit, vbi filio viuente fuerat alimẽtaria, ipso mortuo an efficiatur vsufructuaria. in consil. cviij. nu. i. car. 177.
Uxor relicta dña ⁊ vsufructuaria donec cum matre testantis hr̃de habitauerit, q; illa ꝯditio est adiecta fauore matris, matre viuente solũ habebit alimenta, mortua post ea matre non habebit vsufructum, nec etiam alimenta ob defectum ꝯditionis. in ꝯsil. cviij. nu. v. car. 177.
Uxor relicta dña ⁊ vsufructuaria, sicut viuente filio a patre herede instituto non habet vsufructuz, ita non debet habere vsufructum dotis filio, in qua est instituta, ea viuente. in consil. cix. nume. x. car. 178.
Uxor relicta dña ⁊ vsufructuaria vt viuente filio non habeat vsufructum interpretatio que fit ex mente testãtis, fit ad fauorem filij, vt ille pleno dominio fruatur ⁊ fructibus potiatur. in consil. cix. nu. xxiiij. car. 178.
Uxor relicta dña ⁊ vsufructuaria gnal'r omniuz bonoꝝ an post mortẽ filij dẽat hr̃e vsufructũ predij per mrituz per substõnẽ particularẽ relicti Titio heredi ipsius filij. in cõsil. cix. nu. xxx. ⁊. xxxiij. vbi ꝯcludit ꝙ non. ⁊ nu. xlij.
Uxor dz in domo mariti permanere, ⁊ in officio eius esse, ⁊ ibi operari. in consil. cx. nu. iiij. car. 179.
Uxor cui relictus est vsufructus omnium bonoꝝ mobiliuz ⁊ imobiliũ non dz habere vsufructum actionum, ⁊ nominum debitorum. in ꝯsil. cxv. nu. i. car. 189.
Uxor ad successionẽ mariti ex vltio capite vocat̃ nõ extãtibus liberis vel alijs ꝯiũctis. in ꝯsil. cxix. nu. i. car. 199.
Uxor, cui legatus est victus ⁊ vestitus, si voluerit stare ⁊ habitare cum heredibus, ⁊ sine causa discedit a domo heredum, non poterit petere victum, ⁊ vestitum. in consilio. cxxxiiij. nume. x. ⁊. xij. car. 245.
Secus si ꝓbet ex iusta causa recessisse, vt ibi nu. xiij.
Uxor si dedit in dotem bona valoris ducatorum ducentorum eueniente casu restitutionis dotis, an possit petere dicta bona, an vero ducatos ducentos accipere compellatur. in consil. cxlj. nume. i. car. 252.
Uxor si ꝓmisit noie dotis ducatos ducẽtos si tradit aliqua bona marito, ⁊ demũ pro residuo det certã quantitatem puta. 50. an dicat̃ dicta bona dedisse ꝑ extimatione ducatoꝝ. cl. ⁊ sic an dos dicatur in quãtitate data, in consi. cxlj. nu. ij. ⁊ nu. v. car. 252. vbi diciẗ ꝙ dicti ducati. cl. presumuntur soluti non in bonis sed in pecunia, ⁊ illa bona dicuntur vltra dotem data.

FINIS.

colorchecker CLASSIC



calibrite

mm